VALERII MAXIMI
LIBRI NOVEM
FACTORUM DICTORUMQUE
MEMORABILIORUM.

TOMUS SECUNDUS.

VALERII MAXIMI
FACTORUM DICTORUMQUE MEMORABILIUM
LIBER SEXTUS.
CAPUT I.
DE PUDICITIA.

QUAM COLUERE ROMANI.

1. *Lucretia Sp. F. L. Collatini.*
2. *L. Virginius.*
3. *Pontius Aufidianus eq. Rom.*
4. *P. Maenius.*
5. *Q. Fab. Max. Servilianus.*
6. *P. Atilius Philiscus.*
7. *M. Claudius Marcellus aed. cur.*
8. *Q. Metellus Celer trib. pleb.*
9. *T. Veturius T. F. Calvinus.*
10. *C. Pescennius triumvir capitalis.*
11. *Cominius trib. pleb.*
12. *C. Marius Cos. 2.*
13. *Privati qui adulteria deprehensa vindicarunt.*

EXTERNI.

1. *Hippo femina Graeca.*
2. *Chiomara Orgiagontis reguli.*
3. *Teutonorum uxores.*

[1] UNDE te virorum pariter ac feminarum praecipuum firmamentum Pudicitia invocem? Tu enim prisca religione consecratos Vestae focos incolis. [2] Tu Capitolinae Junonis pulvinaribus incubas. Tu palatii columen, augustos penates [3] sanctis-

1. *Unde te virorum pariter ac foeminarum praecipuum firmamentum Pudicitia invocem*] Scribendum est, *evocem*. Varia enim ejus domicilia recenset: & velut ambigit, ubi potissimum habitet. Vocem etiam *Firmamenti* (nescio an non calide) mutem in *Ornamenti*. LIPS. *Unde te virorum pariter ac feminarum praecipuum firmamentum Pudicitia invocem?*. Lipsius scribendum censet *evocem*. varia enim pudicitiae domicilia auctorem recensere, ac velut ambigere, ubi potissimum illa habitet. In uno cod. Brand. pro *invocem* est simplex *vocem*: quod itidem satis commodum. Porro pro *firmamentum* Lipsius legendum putat *ornamentum*: quod sane nec displicet. VORST. Barb. prim. & Leid. sec. *Praecipuum fundamentum*.

2. *Tu Capitolinae Junonis*] Pertinet huc quod aram Junonis tangere pellici non licebat. VORST.

3. *Sanctissimumque Juliae genialem thorum*] In Campensi, Susiano ac Pulmanniano; *Juliae gentis genialem thorum* legitur. Quod placet: impudentissime enim adularetur alioquin Valerius, cum Julia Augusti filia, & Tiberii uxor libidine atque adulteriis toto orbe terrarum fuerit infamis. PIGH. *Sanctissimumque Juliae gen-*

Vvv

ctissimumque Juliae [4] genialem thorum assidua statione celebras. Tuo praesidio puerilis aetatis insignia munita sunt. Tui numinis respectu sincerus juventae flos permanet. Te custode matronalis stola censetur. Ades igitur, & cognosce quae fieri ipsa voluisti.

I. Ann. urb. 444. Livius I. Ovid. Fast. II. Dionys. IV.

Dux Romanae pudicitiae [5] Lucretia, cujus virilis animus, maligno errore fortunae, muliebre corpus sortitus est, [6] à Sex. Tarquinio, regis Su-

gentis genialem thorum assidua statione celebras. Insignis plane restitutio, quam tamen libris debemus: quibus fere vox, *gentis*, abest. Et quî expedias alioqui hanc sententiam? Quaeso te, an gentis Juliae genialis aliquis thorus? imo singulorum is est, nec nisi matronarum. Itaque de *Julia* hoc capiendum sive *Livia Augusta*: cui serviliter, ut & Tiberio alias, adulatur, tantamque pudicitiam ejus facit, ut numen ipsum inhabitare velit *Genialem ejus thorum.* Porro *Julium* nomen post adoptionem vulgo datum *Liviae*, docui in Commentario ad Tacitum. cujus rei inobservantia locum foedavit. LIPS. *Juliae gentis.* Vox posterior in lib. Dan. non habetur, ut & in aliis abesse intelligo. Quae ad hunc locum Lipsius dixit, mera sunt oracula. Ait Liviam in Julium nomen transiisse; idque multis demonstrat in immortali illo ad Tacitum commentario. Nec vero Julia tantum, sed etiam Juno appellata fuit Livia. Prudentius Lib. I. contra Symmachum:

Adjecere sacrum, fieret quo Livia Juno. COLER.

Sanctissimumque Juliae genialem thorum. Ita unus cod. Brandeb. omissa voce *gentis*: quam & à libro P. Dan. aliisque abesse viri docti testantur. Atque ita sane oportet. Totius alicujus gentis thorus genialis esse nequit; sed singulorum, & non nisi matronarum, ut Lipsius hic monet. Male ergo hic fecit Pighius, quod, cum in uno atque altero cod. reperisset *Juliae gentis*, vocem *gentis* adjecit. Ceterum *Julia* hic est Livia, Tiberii mater, cui non minus quam filio noster adulatur. Tacitus I. Ann. *Livia in familiam Juliam, nomenque Augustae assumebatur.* Inde in numis & lapidibus *Julia* fere & vocata est; ut ad locum hunc Taciti notat Lipsius. VORST. Ovid. de Ponto L. IV. 13. 29.

Esse pudicarum te Vestam, Livia, matrum,
Ambiguum nato dignior, anne viro. PEZON.

Etiam omnino huc facit locus, quem ibi citat Heinsius ex L. III. I. 115.

Quae praestat virtute sua, ne prisca vetustas
Laude pudicitiae secula nostra premat.
Quae Veneris formam, mores Junonis habendo,
Sola est coelesti digna reperta toro.

Gentis exstat in utroque Med. Ultraj. Leid. sept. a manu secunda, & Ed. Mog.

4. *Genialem thorum*] In eum mihi videtur dehiscere Prudentius ibidem:

Nondum maternam partu vacuaverat alvum,
Conceptamque viri sobolem paritura gerebat
Pronuba, jam gravidae fulcrum geniale paratur.

Haec ardens ille & piissimi zeli plenus Poëta, quem velim emendatiorem, quam hactenus circumfertur, aliquando edi. Est in meis scriniis antiquissimus membranaceus ejus codex, quem lubens communicabo, si quis illi Consulari admodum adhuc aegrotanti manum adhibere voluerit. Poterit ejus bonitas, vel ex his quae subscribam, facile cognosci. Lib. I. contra Symmachum:

Mox patre deterior silvosi habitator Olympi
Juppiter incestas spurcavit labe Lacaenas.

MSc. *Juppiter incesta spurcavit.* Melius. sequitur:

Nunc bove subvectam rapiens ad crimen amatam:

MS. *boe.* sic de eodem Jove post: *Esse boem praedicari aquilam, confingere Cycnum.* Sequitur statim:

Et numos serere & gremium penetrare puellae.

Vulgo. male.: *Et numos fieri. Serere* in re Veneria usitatum. Post satis longum intervallum:

Nocturnique equites, celsae duo numina Romae
Impendent retinente solo, magnique triumphi
Nuncia, suffuso figunt vestigia plumbo.

Longe aliter medius horum versuum in meo libro scribitur, & ni fallor, longe melius:

Impendent retinentque veru.

Hastatos scilicet esse Castorem & Pollucem. Illud nescio quod sequitur an probare debeam: Dux

Superbi filio, per vim stuprum pati coacta, cum gravissimis verbis injuriam suam [7] in consilio necessariorum deplorasset, ferro se, quod veste tectum attulerat, interemit. Caussamque tam animoso interitu imperium consulare pro regio permutandi, populo Rom. praebuit.

[8] Atque haec illatam injuriam non tulit: [9] Virginius plebeji generis, sed patricii vir spiritus, ne probro contaminaretur domus sua, proprio san-

Dux Salius Janusque bifrons. Pro: *Dux Italus.* Post versus decem: *Morsque tenebrosa vitiosa in secula fluxit.* Corrigo ex membrana: *Mosque tenebrosus vitiosa in secula &c.* Versa pagina:

Quidquid humus, pelagus, coelum mirabile gignunt
Id duxere Deos. MS. *Induxere Deos.*

Longiuscule illi absunt:

Incassum arguere jam taurica sacra solemus.
Funditur humanus Latiali in munere sanguis.

Deterior lectio Msc. *tam turica sacra.* Nam suovitaurilia intelligere apparet. Sed posteriori versu melior scriptura in MS. *Latiari in munere.* Pagina sequenti:

——— *non ille impune dolorem*
Prodidit, aut confessa nimis suspiria traxit.

Mire in Msc. *convexa animis suspiria.* Paulo post de statuis:

——— *haec pulcherrima nostrae*
Ornamenta fuant patriae.

Vulgatur alias: *cluant patriae.* Sub finem hujus libri:

——— *obstrictos aegre retinentia cultus.*

In Msc. *Obtritos*, i. neglectos, desuetos & spretos. Tertio post versu: *Posthinc ad populum converte oculos, quis in urbe est Qui Jovis infectam sanie non despuat urbem.* Legitur in membrana:

——— *quota pars est Quae Jovis infectam.*

Sed quousque exerro: Ex his facilis est conjectura, quanto melior Prudentius, quam à Giselino emendatus, concinnari possit. Ego nunc tandem in viam redeo. COLER.

5. *Lucretia*] Factum hoc Lucretiae diserte & erudite disputat Augustinus Lib. I. cap. 19. & Libro III. cap. 15. de civitate Dei. Meminit & Tertullianus in exhort. ad Castitat. & in libro de Monogam. ubi Lucretiam κατ' ἐξοχὴν *matronam Romanam.* Vide & Servium VIII. Aeneid. COLER.

6. *A Sex. Tarquinii regis superbi filio*] Legeunt in Atrebatensi, Wincheliano & aliis; *A Sex. Tarquinio regis Superbi filio.* PIGH. MSS. decem, *A Tarquinio regis superbi filio.* & sic Ed. Mog. duo *A Tarquinii.* sed Leid. quint. *Sext. Tarquinio.* sext. *a Sex. Tarquino.*

7. *In consilio necessariorum*] Sic Leid. prim. quint. sext. Periz. Ultraj. sec. reliqui *concilio* cum omnibus Edd. praeter Mog. ut sunt haec duo perpetuo confusa. Mihi vero hic conventus necessariorum Lucretiae *concilium* rectius, quam *consilium* dici videtur. Vide de utriusque significatione J. Fr. Gron. ad Liv. L. XLIV. 2.

8. *Atque hanc illatam injuriam non tulit Virginius plebei vir generis, &c.*] Scribe & distingue: *Atque haec illatam injuriam non tulit. Virginius, &c.* Claudit exemplum praecedens, & transit ad alterum: atque haec Lucretia, inquit, illatam injuriam ulta est ferro: Virginius etiam inferendam. LIPS. *Atque hanc illatam* Lipsius: *Atque haec.* Nihil verius. COLER. *Atque haec illatam injuriam non tulit.* In uno cod. Brand. post *tulit* est punctum. Et recte sane. Pertinent enim haec revera ad proximum superius exemplum, quod est Lucretiae; non ad Virginium. Quod idem & Lipsius observavit, proque *hanc illatam injuriam* legendum monuit *haec illatam inj.* Nempe verbis istis auctor superius istud exemplum claudit atque ita ad aliud transit. suntque istiusmodi transitiones nostro plane familiares. Sensus igitur est, Lucretiam injuriam jam illatam; at Virginum injuriam, quae ut inferretur prope fuit, non tulisse. Quam male autem in vulgaribus editionibus haec ad Virginium referantur, id vel ex eo intelligi potest, quod inter *tulit* & *reperit* nulla conjunctio copulativa intercedit. VORST. Sic Barb. prim. Uterque Med. Leid. prim. Ultraj. prim. & hi connectunt fere haec verba, veluti clausulam exemplo priori. Nimis autem manifesta est oppositio, inter, *Haec non tulit illatam*, & *Ille non pepercit sanguini suo, ne domus sua contaminaretur*; i. e. ne inferretur illi injuria, quam ut de veritate hujus lectionis dubitari possit.

 Quod

Ann. urb. 304. Livius III. Dionys. XI. sanguini non pepercit. Nam cum Ap. Claudius decemvir filiae ejus virginis struprum, potestatis viribus fretus, pertinacius expeteret, [10] deductam in forum puellam occidit, pudicaeque interemptor, quam corruptae pater esse maluit.

3. Nec alio robore animi praeditus fuit Pontius Aufidianus, eques Rom. qui postquam comperit filiae suae virginitatem à paedagogo proditam [11] Fannio Saturnino, non contentus sceleratum servum affecisse supplicio, etiam ipsam puellam necavit. [12] Itaque ne turpes ejus nuptias celebraret, acerbas exequias duxit.

Quid

Quod vero Vorstius dicit, id vel ex eo quoque intelligi, quia inter *tulit*, & *pepercit* in vulgaribus editionibus nulla conjunctio copulativa intercedit, ea difficultas tollitur, in plerisque enim MSS. qui *hanc* habent, additur *qui* post *spiritus*. *Qui ne probro contaminaretur domus sua*. Ceterum longe hic a ceteris abit codex Perizonianus toto exemplo, sed quod facile deprehendas Valerii non esse, per librarios auctior, hoc modo. *Atque haec illatam injuriam non tulit. Nam duce Bruto & hujus Lucretiae patre, Tarquinius regno pulsus cum liberis, & omni gente Tarquinia ab urbe in exilium truditur, bona populo diripienda concessa, & quia tam acer ultor violatae pudiciciae Brutus fuit, matronae per annum eo consule pro liberata patria dimicante occiso, ut parentem luxerunt, ante omnia suo funeri decus insigne.* Post haec verba subjungitur novum exemplum, sed cui rubrica, ut ceteris non est adscripta, & litera major omissa in initio, quam puto esse D. incipit enim ita *Julius* (*L. Duilius*) *qui primus Romae navali certamine triumphavit Biliam virginem duxit uxorem tantae pudiciciae, ut illo quoque seculo pro exemplo fuerit. Quod in pudicicia monstrum erat, non vicium: Is jam senex & trementi corpore in quodam jurgio audivit exprobrari sibi os faetidum, tristis se domum contulit: Cumque uxori conquestus esset, quare numquam se monuisset, ut huic vicio mederetur: fecissem, inquit illa, nisi putassem omnibus viris sic os olere. Laudanda in utroque pudica & nobilis femina, & si ignoravit vicium viri, & si patienter: & quod maritus infelicitatem corporis sui non uxoris fastidio, sed maledicto sensit inimici. Certe quae secum dum dicit, maritum hoc dicere non potest. Virginius plebei generis.* Prorsus simile responsum Hieroni Syracusano ab uxore datum narrat Plutarch. in Apophth. p. 175. Λοιδορηθεὶς δὲ ὑπό τινος εἰς τὴν δυσωδίαν τοῦ στόματος, ᾐτιᾶτο τὴν αὑτοῦ γυναῖκα μηδέ ποτε περὶ τούτου φράσασαν. ἡ δὲ εἶπεν, Ὤμην γὰρ τοιοῦτον ἅπαντας τοὺς ἄνδρας ὄζειν.

9. *Virginius*] Cicero libro v. de Finibus: *Nostra in Republica, & quae per vim oblatum stuprum voluntaria morte lueret, inventa est, & qui interficeret filiam, ne stupraretur.* Intelligit hunc Virginium. COLER.

10. *Deductam in forum puellam occidit*] Imo jam in foro erat puella ad Appii tribunal. Lego, *seductam in foro*. Ita res è Livio, aliisque: qui seductam paullum à patre puellam, & tunc interfectam clare scribunt. LIPS.

11. *Faunio Saturnio*] Corrigendum, *Fannio Saturnino*, ut in Atrebatensi, Campensi & aliis. PIGH. *A paedagogo proditam Fannio Saturnino*. Paedagogum illum mox *servum sceleratum* vocat. Nimirum inter servos, & paedagogos habebant. Vide & supra III. 1. 2. de paedagogo Sarpedone. *Fannio Saturnino* rescripsit Pighius ex codd. MSS. cum alii edidissent *Faunio Saturnio*. VORST. Factum Pighii *Fannio Saturnino* pro *Faunio Saturnio* scribentis probatur a MSS. nostris & Ed. Mog. Cl. Perizonius adscripsit f. *Valgio* vel *Sentio*.

12. *Itaque ne turpes ejus nuptias celebraret*] Longe major MSS. pars cum antiquis Edd. *Ita ne turpes*. si tamen *Itaque* retinere malis, expones cum Perizonio per *Atque ita*, non per, *igitur*. Vide etiam supra L. 1. 7. ext. 8.

13. *P. Maenius*] Bit. prim. *Quintus premenens*. Leid. prim. quart. Ultraj. sec. Ed. Mog. *Primenius*. sic Periz. Sed erasum *ri* ita est, ut ejus tamen exstent vestigia. Leid. tert. quint. & sept. *premenius*. Sed in sept. al' *P. Menius*. Cop. & alii *P. Merius* ut edebatur a multis ante Pighium.

14. *Servilianus*] Macrobius librum hujus de

Fe-

Quid [13] P. Maenius, quam severum pudicitiae custodem egit! In libertum namque gratum admodum sibi animadvertit, quia eum nubilis jam aetatis filiae suae osculum dedisse cognoverat; cum praesertim non libidine, sed errore lapsus videri posset. Ceterum amaritudine poenae, teneris adhuc puellae sensibus, castitatis disciplinam ingenerari magni aestimavit: eique tam tristi exemplo praecepit, *ut non solum virginitatem illibatam, sed etiam oscula ad virum sincera perferret.*

Q. vero Fabius Maximus [14] Servilianus [15] honoribus, quos splendidissime gesserat, censurae gravitate consummatis, [16] exegit à filio poenas du- 5. Ann. urb. 627. censor fuit.

Feriis citat. COLER. Oros. L. v. 16. *Eum die dicta a Cn. Pompeio damnatum* scribit. Quint. Decl. III. 17. *Quid de Fabio Eburno loquar, qui filium impudicum cognita domi caussa necavit.* de *Fabii Buteonis* simili severitate in filium vide Oros. IV. 13. PERIZON.

15. *Honoribus, quos splendidissime gessit*] Gron. L. IV. Obs XIV. *Egerat* legit. PERIZON. Tredecim MSS. *gesserat.* quomodo ante Pighium legebatur, & nunc restitui.

16. *Exegit poenas à filio dubiae castitatis, & & punito pependit, voluntario secessu conspectum patriae vitando*] Injecere denuo irreligiosas manus Valerio nostro audaculi, totamque sententiam hanc prorsus mutarunt. Cur enim quaeso praeterit, quasnam à filio poenas exegerit Fabius? quod maxime exempli causa dicere oportebat. Cur item vindex ille pater sibimet exilium indixit? an quod eum poenituerit severitatis in filium fortassis cinaedo vix honestiorem? Profecto alienum à magnanimitate & constantia clarissimae gentis Fabiae, atque etiam Serviliano indignum, ejusque tot honoribus splendidissime gestis. Jam olim quidem valde frigidum & ineptum mihi visum fuit hoc exemplum; verum nunc exemplaria vetera conferenti veritas ipsa semet insinuat, cum repererim in Susiano libro hanc lectionem: *Exegit à filio punico*, sed corrige, *unico poenas dubiae castitatis; is eas pependit, voluntario secessu conspectum patris vitando.* Eadem est in Pulmanniano, praeterquam quod mendosum vocabulum, *Punico*, corrigere quis cupiens, in *punito* mutarit. Aldus deinde transtulit vocabulum, ut suae opinioni sententiam accommodaret male intellectam. PIGH. *Exegit à filio unico poenas dubiae castitatis. Is eas pependit, voluntario secessu conspectum patris vitando.* Ita locum hunc partim ex codd. MSS. partim ex conjectura refinxit Pighius. Nimirum in cod. Susiano legerat, *Exegit à filio punico*; & in Pulmanniano, *Exeg. à fil. punito &c.* Ceterum antiqui codd. typis expressi, & Brand. MSS. sic, *Exegit poenas à filio dubiae castitatis: & punito pependit, voluntario secessu conspectum patriae vitando.* Ut sensus sit, Servilianum primo filium suum propter libidinem punivisse: deinde punito filio & se ipsum punivisse, sua sponte in exilium eundo. In uno cod. Brand. pro *pependit* est *rependit*: id quod lectionem vulgatam magis confirmat. VORST. Quod in Pulmanniano Pighius invenit *filio punito poenas*, id equidem video exstare in Med. primo. & Leid. sept. sed ubi notatur *punito* ab aliis deleri. Leid. sec. & tert. *Et punito filio pependit.* Quatuor, *Et ex eo punito pependit.* Leid. quart. *Et punito eo.* Ultraj. prim. *Et punito rependit.* ceteri cum Brand. consentiunt, ut & Ed. Mog. Quod vero Pighius quaerit, cur non addiderit, quas poenas a filio exegerit, idem quaerere in exemplo proxime antecedenti potuisset, *Quomodo in libertum animadverterit?* nam neque hoc addit. Praeterea, an non majore jure rogaverim, si *pater poenas a filio exegerit*, quomodo *filius* dici possit *voluntario secessu conspectum patris vitasse.* Quod procul dubio non est ita insolens, ut pro exemplo severitatis in patre in vindicanda pudicitia proferri debuerit. Verum quum *dubiae castitatis poenas a filio patrem exegisse dicat* auctor, fieri sane potuit, ut patrem nimiae in filium severitatis, & poenae illi ob delictum non satis liquido probatum impositae poenituerit, & ideo vitam deinde a luce hominum remotus in secessu egerit: praesertim quum ipsum videatur punivisse gravissime, unde mox addit ipsum *nimis atrocem potuisse videri, quamvis virum censorium.* Sic enim plerique scripti

dubiae castitatis, & punito pependit, voluntario secessu conspectum [17] patriae vitando.

6. Dicerem censorium virum [18] nimis acerbum extitisse, nisi [19] P. Atilium Philiscum in pueritia corpore quaestum à domino facere coactum, tam severum postea patrem cernerem. Filiam enim suam, [20] quod ea se stupri crimine coinquinaverat, interemit. Quam sanctam igitur in civitate nostra pudicitiam fuisse existimare debemus, in qua etiam institores libidinis, tam severos ejus vindices evasisse animadvertimus.

7. Ann. urb. 527. Plut. in vita. Sequitur excellentis nominis, ac memorabilis facti exemplum. [21] M. Claudius Marcellus, aedilis curulis, C. Scantinio Capitolino, [22] tribuno pl. diem ad populum dixit, *quod filium suum de stupro appellasset:* eoque asseverante [23] *se cogi non posse ut adesset*, *quia* [24] *sacrosanctam potestatem haberet*, & ob id tribunicium auxilium implorante, totum collegium tribu-

Codices exhibent, non *acerbum*. Et refert hoc inter exempla eorum, qui violatam pudicitiam morte vindicarint; nam & libertum illum ultimo supplicio affectum fuisse, inde fere licet colligere, quod ipse *poenam* dicit *amaram*, & *exemplum triste*. Itaque, quamquam in re obscura, & testimoniis aliorum destituta adfirmare nihil possim, satius tamen duxi pluris hic tot scriptorum codicum, quam Pighii, auctoritatem facere. Necasse autem ipsum filium, idque a Valerio innui, putavit certe etiam Glandorpius, qui ait a Valerio *Serviliano* tribui, quod Quintilianus tradit de *Eburno*, quem ipse conjicit Serviliani filium fuisse.

17. *Patriae*] Med. prim. *Patris al' patriae.* & ita Leid. sept.

18. *Nimis acerbum exstitisse*] Sic. Cop. & Periz. Sed tredecim alii cum Ed. Mog. *atrocem* exhibent.

19. *P. Atilium Philiscum*] Med prim. *Paulium Filiscum.* Ultraj. sec. *Philistum.* Leid. quint. *Phiscum.* Harl. *Filistum.*

20. *Quod ea se stupri crimine coinquinaverat.* Ante Pighium edebatur. *Eo quod se.* Sed Ed. Mog. cum MSS. decem habent. *Quod ita se stupri crimine.* alii *quod ea.* Leid. sext. *Eo quod.* Posses ex *ita* commodissime facere *ista*.

21. *M. Claudius Marcellus*] Vetus querela, sed saepius fortasse quam expediat, nunc audita, saepe dicta, saepe dicenda. Cum tot fierint M. Claudii Marcelli, de quonam Marcello loquatur author. Oliverius statim in commentario omneis Marcelli ejus, qui secundo bello Punico adversus Hannibalem & Poenos strenue operam navavit, res gestas acervatim enumerat, perinde ac si certum sit, de hoc loqui authorem: quod ut non negaverim, ita nec affirmarim. Refertur autem hic lex Scantinia in paedicones lata, de qua Juvenalis satyra secunda haec habet.

Quod si vexantur leges ac jura, citari
Ante omneis debet Scantinia.

Scatinia & *Scantinia* per *n.* ante *t.* varie legitur. Haec obiter indicare placuit, ne temere adseramus, quod incertum est. GLAREAN.

22. *Tribuno plebis*] Pigh. ad Fast. A. 527. putat legendum *Aedili plebis.* vide Liv. L. III. 55. PERIZON. MSS. Varie scribunt nomen. *Scantinio. Sanctinio. Santinio. Statinio, Satonio. Scatinio. Scantinio. Scantilio.*

23. *Se cogi non posse, ut adesset, quia sacrosanctam potestatem haberet*] Particula, *ut adesset*, in tribus exemplaribus non reperitur. PIGH. *ut adesset*, non reperitur etiam in Leid. prim. & quint.

24. *Sacrosanctam potestatem*] Tribunos plebis sacrosanctos esse Cato singulari oratione adseruit. Idque lege sancitum. Vide Livium Libro III. COLER. *Quia potestatem sacrosanctam haberet.* Livius III. 55. *Ipsis quoque tribunis* (plebis) *ut sacrosancti viderentur, cujus rei prope jam memoria aboleverat, relatis quibusdam ex magno intervallo cerimoniis, renovarunt, & cum religione inviolatos eos, tum lege etiam fecerunt.* Vi-

burorum negavit *se intercedere, quo minus pudicitiae quaestio perageretur.* [25] Citatus itaque Scantinius reus, [26] uno teste, qui tentatus erat, damnatus est. Constat juvenem productum in Rostra defixo in terram vultu perseveranter tacuisse, verecundoque silentio plurimum in ultionem suam valuisse.

8. Metellus quoque Celer stuprosae mentis acer punitor extitit, [27] Cn. Sergio Silo promissorum matrifamiliae nummorum gratia diem ad populum dicendo, eumque hoc uno crimine damnando. [28] Non enim factum tunc, sed [29] animus in quaestionem deductus est: plusque voluisse peccare nocuit, quam non peccasse profuit. Ann. urb. 684.

9. Concionis haec: illa curiae gravitatis. [30] T. Veturius, [31] filius ejus Veturii, qui in consulatu suo Samnitibus, ob turpiter ictum foedus, deditus fuerat, cum propter domesticam ruinam, & grave aes alienum, [32] C. Plotio nexum se dare admodum adolescentulus coactus esset, servilibus ab eo ver- Ann. urb. 427. Livius VIII. de L. Papirio simile refert, & Suidas in C. Laetorio. Quint. Decl. III.

Vide & nostrum infra VI. 5. 4. VORST. *Eodemque tribuno asseverante se cogi non posse, quia sacrosanctam haberet potestatem, & ob id tribunicium auxilium implorante, totum collegium tribunorum negavit se intercedere, quo minus pudicitiae quaestio perageretur.* Videtur excidisse *Marcello.* Tribunus enim sua potestate, qua sacrosanctus erat, se tuebatur, proinde vim ei facere non licebat, nisi Tribuni ceteri id permitterent. Ergo haud dubie Marcellus imploravit tribunicium auxilium. Sic plane infra VI. 5. 4. Tribunus plebis creditoribus suis satisfacere nolebat fiducia sacrosanctae potestatis. illi appellarunt Tribunos, qui decreverunt, *appellantibus se creditoribus auxilio futuros.* Hoc tamen interest, quod hoc loco dicunt se non intercedere, quasi collegae auxilium suum imploranti negarent. PERIZON.

25. *Citatus itaque*] Med. prim. Harl. Leid. prim. *Convictus* Periz. *Itaque Scatinius reus uno teste &c.* Deinde Leid. prim. *In ultionem sui.*

26. *Uno teste*] M. Claudii Marcelli filio, qui de stupro appellatus fuerat. VORST.

27. *Cn. Sergio Silo*] Copes. *Sillo.* quatuor alii, *filio.*

28. *Non enim factum tunc*] Ut fieri solet legitime. Nam, ut ait Ulpianus, *cogitationis poenam nemo patitur.* Adde Asconium in Miloniana. Servius ad illud: *Ausi omnes immane nefas, ausoque potiti. Et qui fecerunt inquit & qui conati sunt, Dicit autem secundum Romanorum ritum, in quo non tantum exitus punitur sed & voluntas.* COLER.

29. *Animus in quaestionem deductus est*] Seneca l. de const. sap. c. 7. *Omnia scelera etiam ante effectum operis, quantum culpae satis est, perfecta sunt. Nec minus latro est, cujus telum opposita veste elusum est.* Et Lib. v. de Benef. c. 14. *Latro est etiam antequam manus inquinet, qui ad occidendum jam armatus est.* VORST. *In quaestionem* restituit Pighius probantibus MSS. antea edebatur *in quaestione*, praeterquam Moguntiae.

30. *T. Veturius*] Nonnulli MSS. *Tib. Veturius*, postea Med. sec. *initum foedus.*

31. *Filius ejus Veturii*] Mirum est hanc historiam ita apud Romanos variatam, Livius & nomina & tempora alia ponit Lib. VIII. ab U C. anno 428. cum Caudina pax fuerit 433. & filius haud dubie post eam calamitatem patris vixit. Quod Author hic satis innuit. At haec, atque hujusmodi multa alia nobis passim dissimulanda, sicuti paulo post de Cornicularii, ubi de M. Lectorio, non enim commentarium, ut ante diximus, sed difficilium ac corruptorum locorum lectiones scribimus. GLAREAN.

32. *C. Plotio nexum se dare*] *Necti* & *nexum se dare* idem est quod in vincula conjici, compedibus & nervis teneri. Livius VIII. 28. *Eo anno plebi Rom. velut aliud initium libertatis factum*

verberibus, quia ſtuprum pati noluerat, affectus, querelam ad conſules detulit. A quibus hac de re certior factus ſenatus, *Plotium in carcerem duci* juſſit. [33] In qualicunque enim ſtatu poſitam Romano ſanguini pudicitiam tutam eſſe voluit.

Et quid mirum, ſi hoc univerſi P. C. cenſuerunt? C. Peſcennius [34] triumvir capitalis, Cornelium fortiſſime militiae ſtipendia emeritum, virtutiſque nomine quater [35] honore primipili ab imperatoribus donatum, quod cum ingenuo adoleſcentulo ſtupri commercium habuiſſet, publicis vinculis oneravit. A quo appellati tribuni, cum de ſtupro nihil negaret, ſed [36] *ſponſionem ſe facere paratum* diceret, *quod adoleſcens ille palam atque aperte corpore quaeſtum factitaſſet*, interceſſionem ſuam interponere noluerunt. Itaque Cornelius in carcere mori coactus eſt. [37] Non putarunt tri-

ctum eſt, quod necti deſierunt. Item: *L. Papirius is fuit. Cui cum ſe C. Publilius ob aes alienum paternum nexum dediſſet.* VORST. Edebatur ante Pighium *Coelio Plotio.* Sed *C. Plotio* eſt in MSS. & antiquiſſimis editionibus.

33. *In qualicunque enim ſtatu poſitam Romano ſanguini pudicitiam*] Melius, *poſito.* LIPS. *In qualicunque ſtatu poſitam Romano ſanguini pudicitiam tutam eſſe voluit.* Lipſius pro *poſitam* legendum cenſet *poſito:* quod ſane & nobis ita videtur. VORST. *In qualicumque enim ſtatu poſitam Romano ſanguini tutam eſſe voluit.* Lipſ. & Vorſt. contra Codd. legunt *poſito.* Male. *Pudicitia in qualicumque ſtatu poſita*, id eſt, qualiſcumque ſtatus hominibus, vel pudicus animo in qualicumque ſtatu fuerit. PERIZON. *Poſitam*, defendunt utique omnes ſcripti. Recte explicuit Perizonius. Fraudi fuit Lipſio & Vorſtio, quod parum meminerant, quam frequens noſtro ſit adjuncta pro ſubjectis uſurpare.

34. *Triumvir capitalis*] *Triumviri* variorum generum fuere; inter alios autem & *capitales:* qui ſupra v. 4. 7. & alibi, ſimpliciter *triumviri* dicuntur. Vide Notas ad eum locum. VORST. Nonnulli MSS. nomen triumviri [illegible] *C. Peſcennius.* τὸ *Capitalis*, deeſt in editionibus vetuſtis & multis MStis.

35. *Honore primipili ab imperatorib. donatum*] *Primipilus* & *primipilaris* dicebatur, qui pilum, id eſt, primum ordinem triariorum ducebat; primarius ſcilicet centurionum. VORST. Vide Sp. Liguſtini orationem apud Liv. L. XLII. 34. L. XLIV. 33. *Tribunus militum primo pilo legionis edere ſecretum imperium.* PERIZON. Videtur id ſpectaſſe vir Cl. haec adſcribendo. an non praeſtaret disjungere *primi pili*; & ſane faciunt illud aliquot MSS. quod placet.

36. *Sponſionem ſe facere paratum diceret, quod adoleſcens ille*] Phraſin *ſponſionem facere*, & ſimiles, ſequi ſolet *ni.* Ut ſup. II. 8. 2. *Sponſione Lutatium provocavit, ni ſuo ductu* &c. Cujus generis plura vide apud Briſſonium de form. p. 370. Sed interdum tamen ſequitur *quod:* uti hic, & infra VII. 2. 4.

37. *Non putarunt tribuni*] MSS. Undecim. *Non putarunt enim tribuni plebis.* ut in fine exempli ſuperioris. *In qualicumque enim ſtatu poſitam.* Et ſaepe alibi, ſed tamen non ſemper, loquitur Valerius.

38. *M. Laetorii*] Ante Pighium *M. Lectorii* legebatur, quod in quibuſdam invenio MStis. Sed *Laetorius* rectum eſſe etiam ex Suida patet.

39. *Aeque ſimilis foedus exitus ſequitur*] Illud, *ſimilis*, infarctum eſt. LIPS. *Aeque ſimilis foedus exitus.* Lipſius τὸ *ſimilis* infartum, & expungendum cenſet. Schottus item vel *aeque foedus exitus* vel *ſimilis exitus* legendum judicat. Vide Obſ. hum. III. 32. VORST. Suſpecta eadem vox fuit Perizonio. Conſtantiſſime tamen retinent hoc omnes ſcripti. An denuo duo adjectiva junxit, pro *aeque ſimiliter foedus* id eſt prorſus ſimiliter? Vide ſupra L. V. 9. init. Aſcenſius omiſit, *ſimilis.*

40. *Cornicularium ſuum*] *Cornicularii* in militia Rom. fuere milites honoratiores, tribunorum ac centurionum beneficiarii; dicti ita à *corniculis* galearum, quae ſpeciem cornuum referebant.

tribuni pl. rempub. nostram cum fortibus viris pacisci oportere, ut exteris periculis domesticas delicias emerent.

Libidinosi centurionis supplicium, [38] M. Laetorii Mergi tribuni militaris, [39] aeque similis foedus exitus sequitur. Cui Cominius trib. pleb. diem ad populum dixit, quod [40] cornicularium suum [41] stupri caussa appellasset. [42] Nec sustinuit ejus rei sententiam Laetorius; sed se ipse ante judicii tempus fuga prius subtraxit: deinde etiam morte punivit. Naturae modum expleverat: fato tamen functus, universae plebis sententia crimine impudicitiae damnatus est. Signa illum militaria, sacratae aquilae, & certissima Romani imperii custos severa castrorum disciplina, [43] usque ad inferos persecuta est. Quoniam [44] cujus magister esse debuerat, sanctitatis corruptor tentabat existere. 11. Ann. urb. 436. circiter. Suidas. voce Γάϊος.

[45] Hoc movit C. Marium imperatorem tum, cum [46] *C. Luscium*, *soro-* 12.

bant. Vide Buchnerum ad Lexicon Fabri, Rupertum in Differt. ad Val. M. quique ante hos ea de re scripserunt, Lindenbrogium ad Amm. Marc. & Salmasium in Exercit. in Solin. p. 548. Suetonius in Orbilio *corniculo & equo mereri* dicit. VORST.

41. *Stupri caussa*] Med. prim. *Ad stuprum.* sec. *De stupro.*

42. *Nec sustinuit ejus rei sententiam Laetorius; sed se ipse ante judicii tempus fuga prius subtraxit; deinde etiam morte punivit*] Satis liquet *Nec sustinuit ejus rei sententiam Laetorius*, non aliter intelligi debere, quam non exspectasse ipsum donec judices de crimine, quo accusabatur, sententiam ferrent. Sed quis veterum hoc ita dixit? Ultraj. sec. Periz. Leid. sept. habent *scientiam.* Lego *conscientiam. Non sustinuit conscientiam ejus rei*, i. e. conscientia ejus rei nimium ipsi fuit gravis, ideo se ipse ante judicii tempus punivit. Ceterum etiam ea, quae sequuntur, varie admodum scripta occurrunt, aliis libris alia omittentibus. Bit. prim. & sec. Med. prim. Leid. sec. quart. quint. sext. *Sed se ipse fuga prius, deinde etiam morte punivit.* & sic Ed. Mediol. sed alii quinque delent *Morte punivit*, hoc modo. *Sed se ipse fuga prius subtraxit, deinde etiam naturae modum expleverat.* quod exhibet Ed. Mog. Harl. vero Leid. quart. sept. Ultraj. prim delent, *naturae modum expleverat.* Ultraj. sec. *se ipse ante judicii tempus fuga prius punivit, deinde etiam neque modum expleverit.* Quis verum in tanta varietate elegerit? Equidem in eam inclino sententiam, ut credam proxime a vero abesse libros, qui scribunt. *Sed se ipse fuga prius subtraxit: deinde etiam naturae modum expleverat. Fato tamen functus*, &c. Ut indicet, ipsum ante judicii tempus in exilium abiisse, deinde morbo ex animi aegritudine contracto obiisse supremum diem, & tamen vel sic, fato functum ipsum fuisse damnatum. Nam *naturae modum explere*, &, *fato fungi*, rectius videntur dici illi, qui consumuntur morbo, quam qui violentas sibi inferunt manus. non pugno tamen.

43. *Usque ad inferos persecuta est*] MSS. fere, *Ad inferos usque.* Ultraj. prim. *persecuta sunt.*

44. *Cujus magister esse debuerat*] Sic Pighius, Antea legebatur, *quoniam cujus virtutis magister esse debuerat.* Quod invenio in novem MSS. Ultraj. prim. *Virtute.* Suspicor auctorem scripsisse. *Cui virtutis magister esse debuerat.* i. e. Cui praeire ad omnem virtutem debuerat. Perizonius nihil certius existimabat, quam legendum esse *cujus virtutis*, ut erat in Copesiano. vel in *cujus* subintellige, *sanctitatis.*

45. *Hoc movit*] Cop. Periz. & complures alii, *Hoc monuit*; & ita Antiquae editiones. Mutavit Pighius.

46. C. *Luscium*] Ita legendum, non ut praeter alios Danielis: *C. Clusium. C. Luscii* hujus meminit Cicero quoque in Miloniana. Meminit & *C. Luscii* cujusdam Asconius. aitque centurionem Sullanum fuisse COLER. *C. Luscium* Ita rescripsit Pighius; cum alii edidissent *Clusium. C. Luscii* & Ciceronem Or. pro Milone, itidemque Asconium, mentionem fe-

Ann. urb. 549. Plut. in vita. Apoph. Cic pro Mil. 4. 13.

roris ſuae filium, *tribunum militum*, 47 *à C. Plotio*, *manipulario milite*, 48 *jure caeſum* pronuntiavit, *quia eum de ſtupro* 49 *compellare auſus fuerat.*

Sed, ut eos quoque, qui in vindicanda pudicitia 50 dolore ſuo pro publica lege uſi ſunt, ſtrictim percurram. 51 Sempronius Muſca C. Gallium 52 deprehenſum in adulterio flagellis cecidit: 53 C. Memmius 54 L. Octavium ſimiliter deprehenſum nervis contudit: 55 Carbo Accienus à Vibieno, 56 item Pontius à P. Cernio deprehenſi caſtrati ſunt: 57 Cn. etiam Fu-

feciſſe obſervavit Colerus. VORST. *Cluſium* invenio in MSS. ſeptem. Edit. Mog. *Cluſium*. ſunt qui *G. Cluſium*, *clauſium* vel *cum concluſium* exhibent. *Luſius* exhibetur etiam apud Quint. L. III. Inſt. C. II. Sed ibi quoque MSS. variant. ita tamen ut *Luſium* praeferant. Quemadmodum & *Luſius* vocatur apud Plut. utrumque locum obſervante Perizonio.

47. *A C. Plotio*] Ante legebatur *Coelio Plotio*, quod ſecundum MStos bene correxit Pighius. Pauculi habent *Plucio*. *Ca. Plotio* Mog. A Plutarcho militem appellari *Tribonium* jam monuerunt viri eruditi. Plut. apophthegm. p. 202.

48. *Jure caeſum pronunciavit*] Imo inſuper, narrante Plutarcho, corona, quae ob res praeclare geſtas donari ſolebat, eum ornavit. Κελεύσας οὖν ὁ Μάριος τὸν ἐπὶ ταῖς ἀριστείαις διδόμενον στέφανον κομισθῆναι, τῷ Τρεβωνίῳ περιέθηκε.

49. *Compellare auſus erat*] Nonnulli *compellaſſe*: & ſupra *militiae jure*, uterque Ultraj. cum quatuor aliis.

50. *Dolore ſuo pro publica lege*] Aldus & eum ſecuti omittunt *pro*. Sed addunt MSS. & Edd. antiquiſſimae.

51. *Sempronius Muſca*] Sunt MSS. qui *Muſa* habent. Pro *Gallium*, *Galium*, *Gallum*, *Gellium*.

52. *Deprehenſum in adulterio flagellis cecidit*] Sic M. Varro C. Salluſtium ab Annio Milone in adulterio deprehenſum loris bene caeſum, &, quum dediſſet pecuniam, dimiſſum, ſcripſit, teſte Gellio Lib. XVII. 18. PERIZON.

53. *C. Memmius*] Ven. Aldus, Gryph. Colin. Steph. *C. Menius*. Aſcenſ. *C. Mevius*. Mog. *Meninius*. Mediol. *Memmius*, quod plures praeferunt ſcripti. Sunt qui, *Memnius*, item *Mennius*, habent. Unus *Menturus*.

54. *L. Octavium deprehenſum nervis contudit*] Sambuci codex, *pernix contudit*. unus e meis, *protinus contudit*: alii, *pugnis*. Ego haereo. LIPS. Liber Dan. *pernis*. Placet magis vulgata lectio. In adulterio deprehenſos flagellis fere ſive loris caedi ſolitos legimus. Proinde hoc loco nervos pro loris accipio. Ita *Salluſtium loris bene caeſum* Agellius ſcribit. COLER. *Nervis contudit* Ita Aldus & Chalcoc. edidere. Eaque lectio & Pighio atque Colero placet. Lipſius obſervavit & ſic ſcriptum, *protinus contudit*; itemque pro *nervis* ſcriptum *pugnis*; aut *pernix*. Brandeburgenſium unus, *protinus contudit*: alter *pernis cont.* Quorum poſterius codex quoque P. Dan. habet. uti Colerus teſtatur. VORST. Med prim. Copeſ. Barb. prim. Periz. *pernix*. Barb. ſec. *pernix*, *al' pernis*. Leid. prim. *pennis*. quint. & Med. ſec. *penis*. Leid. tert. quart. Ultraj. ſec. Harl. Duac. uterque *pugnis*. Leid. ſept. *pernis*, *al' pugnis*. Ultraj. prim. *Protinus*. Mog. *Pugnis*. Theophil. notat. *Nervis*, antiqui Codices habent *pernis*, i. e. calcibus. *Nervis contudit*, ſi poteſt placere, nihil aliud ſignificabit, quam quod jam dixerat, *flagellis cecidit*. Hic vero aliud poenae genus indicari videtur; nam diverſa omnino ſuppliciorum genera auctorem enumerare voluiſſe exiſtimo. Jam vero *pugnis contundere* levius eſt, quam pro gravitate delicti, aut poenae, quae ceteris impoſita hic memoratur. Barthius conjecit *Pernis concidit*, ut de Annibale Ennius. Vide Feſt. in voce *ſuppernati*.

Heis pernas ſuccidit iniqua ſuperbia Poeni.

Similiter etiam locutus Catullus. Vide ibi notas Scaligeri. Ceterum cur non & noſter tum potius dixit *pernas ſuccidit*? nam *ſuccidere* in ea re verbum omnino eſt proprium. ut *ſuccidere poplites*. vide Cl. Burman. ad Petron. c. I. Sed & ipſa voce *pernis* cur potius uſus eſt quam *poplitibus*, ſi idem ſignificare voluit? ut Ennium imitaretur? an hauſit ex aliquo antiquiore poëta, cujus verba retinuit? Haereo; fateor, cum Lipſio, & ampliandum cenſeo.

55. *Carbo Acceinus a Vibieno*] MSS. *Aclienus*, *Atthienus*, *Avienus*, *Attienus*, *Acilius*. Deinde *a Bibieno*, ut edi ante Pighium ſolebat, vel *a Vibieno*. Torrentius ad Horat. I. Sat. 2. 37.

Furium Brocchum, qui deprehenderat, 58 familiae ſtuprandum objecit. ...us irae ſuae indulſiſſe, fraudi non fuit.

EXTERNA.

Atque ut domeſticis externa ſubnectam, Graeca femina nomine Hippo, cum hoſtium claſſe eſſet excepta, in mare ſe, ut morte pudicitiam tueretur,

2. 37. legit *Carbo Attienus a Bibieno*, monente Perizonio.

56. *Item Pontius a P. Cernio deprehenſi*] Harl. *Pompicius*. Tum alii *Cernio*, *Ceronio*, *Curnio*, *Cervio*. Torrent. loco citato *M. Pontius a P. Cervio deprehenſi*, etiam ad Lib. 11. Sat. 1. 47. Ed. Mog. *P. Servio.* ut quoque in illo Horatii loco Lambinus legere voluit, improbante Torrentio.

57. *Cn. etiam Furius Broccum quem deprehenderat*] In Campenſi e contra; *Cn. etiam Furium Brochus.* In aliis, *Cn. etiam Furium Brochum qui deprehenderat.* Tu vide lector quid ſequi velis. Illam vero lectionem plura confirmant exemplaria; *Brochus* Anniorum cognomen eſt; & apud Furios reperiri, denarii antiqui teſtantur etiam. Itaque legere malim, *Cn. etiam Furium Brochum quidam deprehendit, & familiae ſtuprandum objecit.* PIGH. *Brochus.* Lib. Danielis *Brocchus.* Cicero pro Ligario *Brochus.* Conſentit vetus Gloſſarium: *Brochus ὁ τὸ ἄνω χεῖλος ἀσηκώς.* Nonius ſcribit *Broncus.* Et ita apud Plautum legitur Milite:

——— *compernem aut broncum filium.*

Sed malae iſtae ſcripturae. Suidas: *βρόγχος χαλεπότης.* Brocchorum familiae nomen Furiorum fuiſſe, indicat Ful. Urſinus. Ita etiam ſcribendum eſſe docet ejuſdem numiſma vetus. L. FVRIVS. CN. F. BROCCHVS. Emendo verſum Lucillii apud Nonium:

Brocchus bovillanus dente adverſo eminulo uno,
Hoc eſt Rhinoceros.

Salſe vocat *Brocchum Bovillanum* ob eminentem unum dentem Rhinocerota. Ita *ἀλληγορικῶς* Martialis:

Et pueri naſum Rhinocerotis habent. COLER. *Cn. etiam Furium Brocchum qui deprehenderat.* Ita uterque cod. Brand. Eamque lectionem in codd. MSS. & Pighius obſervavit. Mirum igitur, quod idem tamen pro *qui deprehenderat*, ſcripſit *quidam qui deprehendit &c.* Aldus ediderat, *Cn. etiam Furius Broccum, quem deprehenderat*; quaſi Furius & Broccus diverſi ſint. Verum Brocchorum familiae & nomen Furiorum fuiſſe, conſtare poteſt ex numo Urſini, qui ſic habet, L. FVRIVS CN. F. BROCCHVS. VORST. Harl. Leid. tert. quart. *Cum Gajus etiam Furium Brocum quem deprehenderat.* Copeſ. *C. Furius Broccum, quem deprehenderat.* uterque Ultraj. *Cn. Furium Brocchum quem.* Leid. ſept. *Brocus, qui, al, Brochum, quem.* Barb. & Med. ſec. *Brocchum quem.* Leid. ſec. *Brochum qui.* Bit. prim. & Med. prim. *Brochus, qui.* Ed. Mog. *Brocchum quem.* Periz. *Cneum etiam Brocum, qui deprehenderat familiae ſtuprum, dum objecit. ſtuprum dum*, eſt etiam in Bit. primo. Torrentius legit. *Cn. etiam Furium Brochum, qui deprehendit, familiae ſtuprandum objecit.* ad Hor. L. 1. Sat. 11. 37. Verum *Brocchus* non ſolum cognomen *Anniorum* eſt, & *Furiorum*, ſed etiam *Turpiliorum*, ut liquet ex inſcriptione apud Sponium, T. 1. p. 366. quam citavit Perizonius.

IVNONI AVGVSTAE
APPVLEIA M. F. QVINTA
SVO ET L. TVRPILII BROCCHI
LICINIANI FILII NOMINE.

Occurrit etiam mentio *Armenii Brocchi* proconſulis tempore Domitiani apud Plin. L. x. Ep. 21. ad quem locum notavit Catanaeus Claudium Imperatorem ſcripſiſſe ad *Junium Brocchum* Illyrii praefectum. Hic tamen cum Torrentio legerim, *Furium Brocchum, qui.*

58. *Familiae ſtuprandum*] Poſſit haec paena parum juſta & legitima videri. Sed ita eſt ut Papinianus ait: *Qui occidere poteſt adulterum, multo magis contumelia poterit jure adficere.* ita caſtrationis quoque poena olim talio fuit. COLER. Alluſit huc Horat. L. 1. Sat. 2. 44.

Hunc perminxerunt calones &c.

59. *Cujus corpus Erechtheo littori appulſum*] Sic ediderunt Aldus, Aſcenſius & ceteri uſque in hunc diem. Ven. *Erichtheo.* Mog. *Erythreo*, Mediol. *Erythraeo*, quod Oliverius exponit, *Mari rubro*, nam *erythron* rubrum dicitur. quod

 reje-

tur, abjecit. 59 Cujus corpus Erythraeo littori appulsum, 60 proxima undis humus sepulturae mandatum, ad hoc tempus tumulo contegit. Pudicitatis vero gloriam aeternae traditam memoriae Graecia laudibus suis celebrando, 61 quotidie florentiorem effecit.

2\. Ann. urb. 564. Livius XXXVIII. 24. Plut. de clar. mul. Flor. II. II. A. Victor 55.

Vehementius hoc: illud consideratius exemplum pudicitiae. Exercitu & copiis Gallograecorum à Cn. Manlio consule in Olympio monte ex parte deletis, ex parte captis, 62 Orgiagontis reguli uxor mirae pulchritudinis à centurione, cui custodienda tradita erat, stuprum pati coacta, postquam ventum est in eum locum, 63 in quem centurio, misso nuntio, *necessarios mulieris pretium, quo eam redimerent, afferre* jusserat, 64 aurum expendente centurione, & in ejus pondus animo oculisque intento, Gallograecis lingua gentis suae imperavit, *ut eum occiderent*. Inter-

rejecit, & merito, Ascensius. Theophilus ad hunc locum ita commentatus est. MSS. codices habent *Entro littori*. Janus existimabat *Aenio* castigandum, nec *Hippo*, sed *Archo* legebat. Herodici Thessalorum longe principis ea filia fuit, uxor Paridis, quae se praecipitem dedit in mare, ne sua pudicitia Philippo Demetrii filio ludibrio foret. Historiam refert belli Macedonici Lib. X. Livius, aliter quam Valerius: Graecos & alios secutus est Auctores. *Aenio*, quia res ad *Aenum* gesta est. Hactenus ille. Sed Livium inspicienti Lib. XL. 4. patebit facile, illam, quam ibi refert historiam, ab hac nostra omnino esse diversam, & mulierem illam, quae se cum marito *Paride* pariter in mare praecipitavit, non *Archo*, sed *Theoxenam* fuisse appellatam; neque id adeo factum, ut libidinem, sed ut crudelitatem effugeret Philippi, in domum suam atrocem in modum saevientis; praeterea eam non hostium classe fuisse exceptam, sed in mare se dejecisse, antequam lembus ad eam persequendam missus, navim, in qua ipsa erat, adsequi potuerit. Interim MSS. omnes habent vel *Eritheo*, vel *Erichreo*, vel, qui longe plurimi, *Erithraeo*. Mihi dubium non est, quin *Erythraeo* scripserit auctor, & intelligat littus vicinum urbi *Erythris* in Ionia, cui vicinae fuerunt insulae nomine Ἵπποι, quae fortasse ab hoc ipso casu, & hac muliere nomen invenerunt. Strabo Lib. XIII. p. 644. Ed. Paris. Κατὰ μέσον δέ πȣ τὸν περίπλουν αἱ Ἐρυθραί, πόλις Ἰωνική, λιμένα ἔχουσα καὶ νησίδας προκειμένας τέτταρας Ἵππους καλουμένας. Urbem *Hippum* in Ionia memorat etiam Mela. Ab *Erythrae* autem est *Erythraeus*. Liv. L. XXXVII. II. *Erythraeae triremes*. Porro insolens est in soluto sermone littus *Atticum*, dicere *Erechtheum*. Neque quidquam est, quo ista fulciatur lectio; cum alteri faveant MSS. imo eam omnino postulent.

60\. *Proxima undis humus sepulturae mandatum ad hoc tempus tumulo contegit*] Manuscripti libri sic. *Proxima undis humo, &c. tumulus contegit.* Recte. Tumuli namque fiunt memoriae causa, cujus & gloriam Graecia laudibus suis celebravit. PIGH. *Proxima undis humus sepulturae mandatum, ad hoc tempus tumulo contegit.* Ita veteres typis expressi, & Brand. MSS. Quae lectio nec spernenda videtur. Pighius tamen ex codd. itidem MSS. maluit sic, *Proxima undis humo sepulturae mandatum ad hoc tempus tumulus contegit*. VORST. Uterque Med. Bit. prim. Barb. sec. Leid. sec. & quartus Pighio favent. ceteri servant, quod probavit Vorstius, & restituit. sic quoque Mog. Ed.

61\. *Quotidie florentiorem effecit*] MSS. Copes. *Efficit*. Rectius. PERIZON. Ita quoque Bit. Med. & Leid. primi cum Leid. quinto.

62\. *Orgiagontis reguli*] Ita plerique MSS. Leid. sept. a manu prima *Oriagontis* Bit. prim. *Ortigontis*. Med. prim. *Orgiagentis*. Viri Docti, quoniam a Graecis Ὀρτιάγων dicitur, *Ortiagontis* legere malunt. Vide quos citat Cl. Dukerus ad Flor. L. II. II. *Ortiagontis* legendum esse ad hunc locum monuit etiam Theophilus. Nomen mulieri *Chiomaram* fuisse, Viri Do-

terfecti deinde caput [65] abscisum manibus retinens ad conjugem venit, abjecitque ante pedes ejus, & injuriae & ultionis suae ordinem exposuit. Hujus feminae quid aliud quisquam, quam corpus in potestatem hostium venisse dicat? [66] Nam neque animus vinci, nec pudicitia capi potuit.

[67] Teutonorum vero conjuges Marium victorem orarunt, *ut ab eo virginibus Vestalibus dono mitterentur*, affirmantes *aeque se atque illas virilis concubitus expertes futuras*. Eaque re non impetrata, laqueis sibi nocte proxima spiritum eripuerunt. Dii melius, quod hunc animum viris earum in acie non dederunt. Nam si mulierum suarum virtutem imitari voluissent, incerta Teutonicae [68] victoriae tropaea reddidissent.

3. Ann. urb. 651. Plutarch. Oros. v. 6. Florus III. 3. Hieron. de Monog.

Docti ad Aurelium Victorem docuerunt; ut &, non *centurionem*, sed *tribunum militum* a Plutarcho dici, a quo stuprum pati coacta sit.

63. *In quem consulis jussu centurio*] Verba *consulis jussu*, falsum aliquod glossema est, manuscriptis enim meis libris, demptis Wincheliano & Coloniensi, excluditur omnibus, atque etiam historiae Livianae aliorumque scriptis adversatur. PIGH. *Jussu consulis.* Haec verba reperi in MSS. sex. in Leid. sept. a manu secunda. Ceteri cum Ed. Mog. rectius omittunt.

64. *Aurum expendente centurione, & in ejus pondus*] Unus cod. Brand. *Aurum numerante cent.* Sed *expendente* est melius. Livius item eadem de re agens Lib. XXXVIII. *Centurionem pensantem aurum occiderent, imperavit.* Idem quoque aurum istud summam talenti Attici explevisse scribit. VORST. Aliquot MSS. male *Expetente* habent, Ultraj. prim. *Numerante.*

65. *Abscisum*] Sic recte MSS. fere omnes, & Mog. cum Mediol. Edit. quod secutus fuit Colerus; Pighius *abscissum.* τὸ *&* ante *injuriae* omnes fere MSS. delent. Ed. Mog. *Abjectoque ante pedes ei injuriae & ultionis suae ordinem exposuit.* & sic Ultraj. uterque. quod non omnino displicet.

66. *Nam neque animus vinci*] Sic plerique MSS. quos secutus credo ita restituit Pighius. Antea legebatur. *Namque animus neque vinci.* Sic Copes. *Namque animus nec vinci.* Periz. & Ed. Mog.

67. *Teutonorum*] Nonnulli MSS. ut multis editum fuit, *Theutonicorum.* Sed potiores *Theutonorum.* Vide Cl. Duker. ad Flor. L. III. 3. 7. Ultraj. prim. *Aeque se uti illas*, Pontanus legit, *se atque illas*, ex MSS. suis ad Macrob. L. II. Sat. VI.

68. *Victoriae trophaea*] Liber Danielis *Tropaea.* Varro Bimarco: *Ideo fuga hostium vocatur Graece τροπή. Hinc spolia capta, fixa in stipitibus, appellantur Tropaea.* Glossae *Tropeum τρόπαιον, τρόπαιον.* COLER.

CAPUT II.

[1] QUAE LIBERE DICTA AUT FACTA.

A ROMANIS.

1. *Legato Privernatium.*
2. *L. Marcio Philippo Cos.*
3. *Scipione Aemiliano.*
4. *Cn. Calpurnio Pisone.*
5. *M. Catone Uticensi.*
6. *Cn. Lentulo Marcellino Cos.*
7. *M. Favonio.*
8. *Helvio Mancia Formiano.*
9. *Diphilo tragoedo.*
10. *M. Castricio Placentino.*
11. *Ser. Sulpicio Galba.*
12. *A. Cascellio jurisscon.*

AB EXTERNIS.

1. *Machaera Macedonica muliere.*
2. *Syracusana quadam.*
3. *Theodoro Cyrenaeo.*

[2] Libertatem autem vehementis spiritus dictis pariter ac factis testatam, ut non invitaverim, ita ultro venientem non excluserim. Quae inter virtutem vitiumque posita, si salubri modo se temperaverit, laudem: [3] si, quo non debuit, profuderit, reprehensionem meretur. Ac vulgi sic auribus gratior, quam sapientissimi cujusque animo probabilior est: utpote frequentius aliena venia, quam sua providentia tuta. Sed quia [4] humanae vitae partes persequi propositum est, nostra fide, propria aestimatione referatur.

Pri-

1. *Quae libere dicta aut facta sunt*] Complures MSS. *Libere dicta aut facta.*

2. *Libertatem autem*] *Libertatem* vocat, quam Virgilius Lib. III. Aen. *libertatem fandi*, & Graeci *παῤῥησίαν* vocant. Horatius Lib. I. ep. 18. *Dum vult libertas mera dici, veraque virtus.* VORST.

3. *Si, quo non debuit, profuderit*] Guyetus legebat, *si, quod non debuit, profuderit.* Sed non sollicitanda est lectio vulgata. Significat auctor, si invecta fuerit in eos, a quibus abstinere debuerat: quibus propter majestatem suam aut virtutem oportuerat parci. Sunt scripti, qui habent, *temperavit*, & *profudit.* frequenti librariorum errore, ut plus semel supra vidimus.

4. *Humanae vitae partes persequi*] MSS. Octo cum editionibus ante Pighium praeter Mog. *prosequi.* Periz. & Leid. sec. *sequi.* Vide L. III. 2. initio.

5. *Ingenui & Italici sanguinis*] In Pulmanniano, Susiano & Wincheliano; *Ingeniti Italici sanguinis.* Recte. PIGH. *Ingeniti Italici sanguinis.* Ita Pighius è tribus MSS. Aldus sic; *Ingenui & Italici sang.* Sic alibi saepe *sanguinem Romanum* vocat. VORST. MS. *Ingenui & Italici.* Quomodo & Antiqua editio. Et credibile est etiam Brandeburgicos habere. Pighius tamen ex tribus non optimae notae Codd. illam, quae editur, lectionem eruit; eumque secutus est Vorstius. Sed pessime. amplius enim est *ingenuum sanguinem & Italicum.* hoc est non servilem, & proinde libertatis studiosissimum, quum hic de libertatis studio agitur. sic Liv. in eadem re Lib. VIII. c. 21. *Viri & liberi vocem auditam.* PERIZON. MSS. Novem *Ingenui & Italici.* Bit. sec. cum Harl. *Et ingenui & Italici.* uterque Ultraj. cum Leid. quinto & Ed. Mog. *Ingenii & Italici.* Barb. prim. *Ingeniti al. ingenui.* Recte jam *Ingenuum sanguinem* vindicavit Perizonius. Ipse Privernas se memorem sanguinis ingenui significat respon-

Priverno capto, interfectisque qui id oppidum ad rebellandum incitaverant, senatus indignatione accensus consilium agitabat, quidnam sibi de reliquis quoque Privernatibus faciendum esset. Ancipiti igitur casu salus eorum fluctuabat, eodem tempore & victoribus & iratis subjecta. Ceterum cum auxilium unicum in precibus restare animadverterent, [5] ingenui & Italici sanguinis oblivisci non potuerunt. Princeps enim eorum in curia interrogatus, *quam poenam mererentur*, respondit, *Quam merentur*, [6] *qui se dignos libertate judicant.* Verbis arma sumpserat, exasperatosque Patrum conscriptorum animos inflammaverat. [7] Sed Plautius consul favens Privernatium caussae, regressum animoso ejus dicto obtulit, quaesivitque, *qualem cum eis Romani pacem habituri essent impunitate donata.* At is constantissimo vultu, *Si bonam dederitis*, inquit, *perpetuam*: [8] *si malam*, *non diutur-*

1\. Ann. urb. 424. Livius VIII.

spondens, *Quam merentur, qui se dignos libertate judicant. Ingenui* placuit etiam Guyeto.

6\. *Qui cum se dignos libertate judicarent, arma sumpserant, exasperatos patrum conscriptorum animos verbis inflammaverat*] Alia est lectio sex veterum codicum, quae magis placet; *Quam merentur, qui se dignos libertate judicant. Verbis arma sumpserat, exasperatosque patrum conscriptorum animos exasperaverat. Sed Plautius consul, &c.* Nec plura legati verba refert Livius, ex quo desumtam historiam cognoscimus. *Interrogatus*, inquit, *a quodam tristioris sententiae auctore, quam poenam meritos Privernates censeret; Eam, inquit, quam merentur, qui se libertate dignos censent.* PIGH. *Qui se dignos libertate judicant. Verbis arma sumpserat, exasperatosque Patrum conscr. animos inflammaverat.* Ita rursus Pighius ex aliquot MSS. Aldus ediderat sic, *Qui, cum se libertate dignos judicarent, arma sumpserant. Exasperatos P. conscriptorum animos verbis inflammaverat.* A qua lectione codices Brand. non discrepant; nisi quod habent *exasperatosque*: & unus eorum, *qui se libertate dignos judicantes.* VORST. Inter collationes Gudianas haec adscripta sunt. Puto excidisse verbum, legendumque, *Arma sumpserant, cesserant: exasperatosque P. C. animos verbis inflammaverant.* Acute, ut amat. Respicit ad verba praecedentia, quod dixerat. *Salus eorum & victoribus & iratis subjecta.* sc. *iratis*, quia arma sumpserant: *Victoribus*, quia *arma cesserant.* Nisi malis legere *arma summiserant.* Guyetus revocat antiquam lectionem, quam Pighius exterminavit, legitque. *Arma sumpserant, exasperatosque P. C. animos verbis inflammaverat.* Sed post addit, delenda videtur tota ῥῆσις, *verbis arma sumpserat.* Placet *summiserant.* Ita apud Lucan. L. VI. Scaeva terror Pompejanorum magnifice de se.

> ——— *Pacem gladio si quaerat ab isto,*
> *Magnus adorato submittat Caesare signa.*

Stat. L. XII.

> ——— *Stat debilis altera pubes*
> *Summissos enses nequicquam amentaque dextris*
> *Laxa tenens.*

Hactenus ille vir eruditus. Ceterum aliquot MSS. habent *judicarent*, uterque Ultraj. *judicarunt.* Bit. prim. Leid. quart. *judicarunt. Cum* quod est in vulgatis delent omnes praeter Barb. prim. & Med. sec. In reliquis cum vulgata lectione consentiunt Harl. Bit. sec. Barb. prim. Leid. sec. quint. Ultraj. uterque, sed prim. *exasperatos quoque.* Cop. & Periz. *Verbis contra quos arma sumpserant.* Leid. quart. *Verbis arma sumpserant.* Leid. quint. *Urbis arma sumpserant.* Bit. prim. Non dubito quin veram lectionem Pighius restituerit. Mutarunt librarii non capientes Valerii acumen, quod est in *Verbis arma sumpserat.* i. e. Hostilem animum declaraverat, ea oratione usus erat, unde liquebat animus ejus adhuc arma, quantum in ipso erat, pro libertate sumere volentis.

7\. *Sed Plautius consul*] Errarunt Sigonius & Onuphrius, qui hunc putarunt C. Plautium consulem A. 412. PERIZON. Pro *Privernatium* aliquot Codd. *Privernatum.*

8\. *Si malam non diuturnam*] Bit. prim. *Diuturnam, al' duraturam.* idem delet *dederitis.* Verba, quibus Pighius sequens exemplum inchoa-

turnam. Qua voce perfectum est, ut victis non solum venia, sed etiam jus & beneficium nostrae civitatis daretur.

2. Ann. urb. 662. Cic. de Orat. III. Sic in senatu Privernas loqui ausus est. L. vero Philippus consul adversus eundem ordinem libertatem exercere non dubitavit. Nam segnitiem pro Rostris exprobrans, *alio sibi senatu opus esse* dixit: tantumque à poenitentia dicti absuit, ut etiam L. Crasso, summae dignitatis & eloquentiae viro, id in curia graviter ferenti, manum injici juberet. Ille rejecto lictore, [9] *Non es*, inquit, *mihi*, *Philippe*, *consul*, *quia nec ego quidem tibi senator sum.*

Quintil. VIII. inst. 3. extr.

3. Ann. urb. 622. Livius LIX. Plut. Apoph. Vellejus. Plut. Graccho. [10] Quid? populum ab incursu suo tutum libertas reliquit? Imo & similiter aggressa, [11] & aeque experta patientiam est. [12] C. Carbo, trib. pleb. nuper sepultae Gracchanae seditionis turbulentissimus vindex, idemque

choavit, in ceteris editionibus & MSS. huic exemplo adnectuntur.

9. *Non es, inquit, mihi, Philippe, consul*] MSS. complures. *Non est, inquit, mihi Philippus consul, quia nec ego quidem senator sum.* scripsit forsan. *Non est, inquit, mihi Philippus consul, cui nec ego quidem senator sum.*

10. *Quid? Philippum de incursu suo tutum libertas reliquit*] Lege, ut in v. c. *Quid? populum, &c.* Aemilianus enim liberrime castigavit *populum*, non *Philippum.* PIGH. *Quid? populum ab incursu suo tutum libertas reliquit?* Sic & codices Brand. Editiones veteres Aldi & Chalcoc. pro *populum* male *Philippum* habent. VORST. *Populum* habet Mog. Ed. & propemodum omnes MSS.

11. *Et aeque experta patientia est*] Depravata sententia est, quae rectius in Atrebatensi aliisque; *Et aeque experta est patientem.* PIGH. *Aeque experta patientem est.* Bene Pighius restituit *patientem*; cum Aldus edidisset *aeque experta patientia est.* Sed non scribendum tamen ei fuit *experta est patientem*; sed, ut in uno cod. Brand. extat, *experta patientem est.* Elegans positus vocum, si inter participium & verbum subst. *est* aliquid intercedat: idque saepissime in auctoribus observatur. Quod autem & Valerius tali vocum positu uti voluerit, ipsa illa prava lectio, quam editiones veteres habent, *experta patientia est*, confirmat. VORST. Ultraj. prim. *patiente est.* Undecim cum omnibus editis *patientia*; quod idoneam sententiam non efficit. Veram scripturam credo retinuisse Ultraj. sec. *Et aeque experta patientiam est.* Linea transversa *m* denotans super *a* fuit omissa.

12. *C. Carbo*] C. Filius. de quo Cicero Lib. III. de Oratore, Praetorius fuit. COLER. *C. Carbo, trib. pl. nuper sepultae Gracchanae seditionis turbulentissimus vindex.* Ti. Gracchus caesus erat; atque ita seditio quam is excitarat, sepulta. Verum frater ejus Cajus in vivis adhuc erat: cum quo & cum Fulvio Flacco seditionem de agro dividendo C. Carbo denuo excitavit, ut ex epitome L. LIX. Livii apparet. VORST In tredecim MSS. est *Cn. Carbo*, ut vulgo legebatur ante Pighium, etiam in antiquissimis edd. Ultraj. prim. *C. Carbo*, ut alii scriptores ipsum appellant. Vide Pighii ann. A. U. 622.

13. *In Rostra perductum*] Barb. prim. solus habet *productum*, quomodo legebatur ante Pighium. Sed *perductum* etiam Mog.

14. *Ut auctoritate &c.*] Haec verba cum sequentibus usque ad *locuturus*, addita erant in margine Leid. prim.

15. *Auctoritate clarissimi viri*] Si Scipio Africanus diceret, affinem suum, Ti. Gracchum, male caesum esse. VORST. Uterque Med. Ultraj. sec. Ed. Mog. *Gravissimi Viri.*

16. *Jure caesum*] Florus tamen Libro III. cap. 14. *Atque ita duce Scipione Nasica, concitato in arma populo, quasi jure oppressus est.* COLER.

17. *Cujus dicto*] Melius, *cui dicto*, in manuscriptis. PIGH. etiam longe plurimis nostrorum.

18. *Cui dicto cum concio Tribunicio furore instin-*

que orientium civilium malorum fax ardentissima, P. Africanum à Numantiae ruinis summo cum gloriae fulgore venientem, ab ipsa pene porta [13] in Rostra perductum, *quid de Ti. Gracchi morte*, cujus sororem in matrimonio habebat, *sentiret*, interrogavit; [14] ut [15] auctoritate clarissimi viri, inchoato jam incendio multum incrementi adjiceret: quia non dubitabat, quin propter tam arctam affinitatem aliquid pro interfecti necessarii memoria miserabiliter esset locuturus. At is [16] *jure eum caesum videri* respondit. [17] Cui [18] dicto cum concio tribunicio furore instincta violenter succlamasset, *Taceant*, inquit, [19] *quibus Italia noverca est.* Orto deinde murmure, *Non efficietis*, ait, *ut solutos verear*, [20] *quos alligatos adduxi.* Universus populus iterum ab uno contumeliose [21] correptus erat (quantus est honos virtutis!) & tacuit actutum. Recens victoria ipsius Numantina, & [22] patris Macedonica, [23] devictaeque Carthaginis avita spolia, ac duo-

stincta vehementer succlamasset] MS. *Tribunicia* quod praefero. *Concio* enim *Tribunicia*, sunt assecla & socii, qui ad ejus concionem confluunt. Sic aliquoties, ni fallor, Cicero.. Sed *tribunicius furor* infra L. VI. 5. 7. PERIZON. MS. Periz. *Cui dicto cum continuo tribunicio furore instincti violenter succlamassent. cum continuo* invenio etiam in Bit. Med. prim. Leid. sec. *succlamassent*, in Med. prim. Bit. utroque, Barb. prim.

19. *Quibus Italia noverca est*] Quod non magis amarent patriam, quam privigni novercam. Vel quod non amplius veri cives essent, ut qui in hostium fuissent potestate, & per Scipionem liberati. VORST. Petron. cap. 122. *Ac viles operae, quorum est mea Roma noverca.* Id est, qui non sunt neque moribus, neque fortunis veri & integri cives: quos non peperit bono loco, fovetque benigne patria, ut mater gratos uteri labores, sed quos nescio unde acceptos in sordibus per facinora & serviles labores tolerat, ac fastidit, ut noverca privignos ac notos. Ita rectius, quam Vorstius fecit, explicat hoc J. Fr. Gronovius Lib. III. Obs. c. 11. Copes. *Taceant, inquit, illi, quibus Italia noverca est.*

20. *Quos alligatos adduxi*] Multos ex plebe, qui apud Carthaginienses & Numantinos captivi fuerant, Scipio liberarat. VORST. Bit. sec. *Ut vos solutos verear.* Leid. quart. *Quos ligatos.*

21. *Correptus erat (quantus erat honos virtutis!) & tacuit actutum.*] In cod. Schotti, ut Obs. hum. III. 32. ipse testatur, sic fuit, *Correptus erat (quantus erat honos virtutis!) & tacuit.* Quod sane concinnius quam si legatur per interrogationem, *Quantus erat honos virtutis?* & sine *&*; ut Pighius & alii edidere. *Actutum* tamen cum Pighio retinui. VORST. Barb. prim. Med. uterque, Leid. sec. tert. quart. quint. uterque Ultraj. Periz. Duac. Chart. Ed. Mog. *Quantus est honor virtutis; & tacuit.* Harl. Duac. memb. *Virtutis exacte.* Leid. sext. *virtutis & actuum.* in Copesiano, alterutrum deest, sed unius tamen vocis spatium est, qua expuncta reponitur quid aliud, sive *tacuit*, sive *actutum*, seu potius, *& tacuit*, ut in suo Schottus quoque invenit. in Lips. quoque *& actuum*, & supra scriptum *& tacuit.* Mediol. *Quantus est honor virtutus & actuum; tacuit recens ejus victoria.* Ven. *& actum tacuit.* Alterutrum denuo omissum videtur ob similitudinem literarum in *& actutum*, atque *& tacuit.* Equidem *actutum* quoque eliminare non ausim; crediderim potius Valerium scripsisse. *Et actutum tacuit.* ceterum MSS. omnes videntur habere *quantus est honos*, vel *honor*, non *erat*, ut placebat Schotto.

22. *Patris Macedonica*] Quod Scipionis Aemiliani pater Paullus Aemilius Macedoniam subegerat. VORST.

23. *Devictaeque Carthaginis spolia habita*] Rectius in Cauchiano, Batavico *Avita spolia*, loquitur enim de victoriis Africani Majoris, qui avus Aemiliani fuit. Quaedam vetera exemplaria adjectivum illud omittunt. PIGH. *Devi-*

duorum regum Syphacis & Persae ante triumphales currus catenae, cervices [24] tunc totius fori prementes, ora clauserunt. Nec timori datum est silentium; sed quia beneficio [25] Aemiliae Corneliaeque gentis [26] multi metus urbis, atque Italiae finiti erant, plebs Romana libertati Scipionis libera non fuit.

Quapropter minus mirari debemus, quod amplissima Cn. Pompeji auctoritas toties cum libertate luctata est; nec sine magna laude: [27] quoniam

victaeque Carthaginis avita spolia. Ita recta Pighius ex cod. Cauchiano. Alii codd. *habita spolia.* Sunt autem *avita spolia*, quae Scipionis Aemiliani avus, P. Scipio Africanus superior, nactus fuerat. Sane alludi hic ad res gestas Africani superioris vel ex eo intelligitur, quod sequitur, *ac duorum regum Syphacis & Persae.* Syphax enim ab Africano superiore, Perseus à Paullo Aemilio superatus est. Quod autem Scipio Africanus superior posterioris *avus* dici potuerit, apparet ex v. 1. 7. & v. 2. ext. 4. VORST. In MSS. quatuordecim & omnibus Editionibus invenio *Devictaeque Carthaginis habita spolia.* Mog. *Devictaque*, & sic Ultraj. sec. Mirum vero, cum hic ipse Africanus Carthaginem deleverit, nulla mentione ipsius victoriae facta, *avita* potius ejus *spolia* commemorari. Quare suspecta est mihi illa vox, quamquam in *habita* facile potuerit transire, & auctor videatur velut per gradus adscendere, & hinc mentionem deinde facere tam *Syphacis* quam *Persei.* In MSS. fere est *bita.* An scripsit *inclita?* ut prior Syllaba propter similitudinem antecedentis exciderit. Praefero tamen *avita*, & malo statuere praetermissam ab ipso Valerio mentionem Carthaginis ab Africano minore devictae.

24. *Tunc totius fori prementes ora clauserunt*] In Campensi libro, *fori frementis.* Eleganter, ut Virgilius:

Cuncti simul ore fremebant. PIGH.

Fori prementes. Rectius in lib. Danielis *Frementis*, ut & Pighius corrigit. Populus Romanus in concionibus *fremere* dicitur, quoties aliquid non approbat. Cicero de Responsis Haruspicum: *Responsum Haruspicum hoc recens de fremitu in concione recitavit.* Hinc recte Servius ad 1. Aeneid. *fremere* exposuit recusare. Cassius Annal. *Ne quis regnum occuparet, si plebs nostra fremere imperia coepisset.* Coelius lib. VIII. Epist. ad Ciceronem: *Hic tibi strepitus, fremitus, clamor, tonitrus & rudentum sibilus.* Ex quibus verbis nescio quis mihi antiquitatis odos ad nares advolat. Varro *Rudentisibilum* ait fecisse Pacuvium. unde colligo haec Coelii ex Pacuvio sumpta esse, & emendandum haud dubie apud Coelium: *Rudentisibilus.* Apud Servium quoque ad 1. Aeneidos lego: *Pacuvius Teucro Armamentûm stridor & rudentisibilus* pro *rudentum sibilus.* Virgilius Pacuvium emolliit:

Insequitur clamorque virum stridorque rudentum. COLER.

Fori frementis ora. Ita Pighius è cod. Campensi; cum Aldus edidisset *Fori prementes ora.* Nec aliter in cod. P. Dan. scriptum reperit Colerus. Qui & populum *fremere* dici censet, quoties aliquid non approbat. Quod tamen non perpetuum esse; sed *fremere* & illos dici qui probant, Cl. Loccenius monet. VORST. MSS. quatuordecim haec ita constituunt. *Syphacis & Persae ante triumphales currus catenae, cervices tunc totius fori prementes, ora clauserunt.* Quod cur non retineamus? Catenae illorum regum, tunc veluti cervicibus populi injectae, effecerunt ut omnes veluti captivi & vincti obmutescerent Quis non agnoscit quaesivisse hoc acumen Valerium? certe mihi hoc argutius videtur, quam ut cervices ipsae regum catenatae populi ora clausisse dicantur. Novi vim verbi *fremere* in seditione. Vide Bentl. ad Hor. L. 1. ode 35. Sed non minus etiam proprie *cervices premi catenis* dicuntur. MS. Periz. *Catenae cervices tunc totius fori clauserunt*, quomodo legitur in Moguntina.

25. *Aemiliae & Corneliae*] MSS. *Aemiliae Corneliaeque.*

26. *Multi metus urbis atque Italiae finiti erant, plebs Romanae libertatis Scipionis libera non fuit*] Nihil haec postrema ad eam clausulam. itaque amove, & copula cum sequenti exemplo, hoc modo: *Plebs Romanae libertati Scipionis libera non fuit. quapropter minus mirari,* &c. LIPS. *Plebs Rom. libertatis Scipionis libera non fuit.* Τῇ παῤῥησίᾳ & libertati Scipionis populus cessit; eaque quasi captiva habita fuit, ne repugnaret. Usitatissimum est *liber ab aliqua re* & *liber aliqua re.* Sed dicitur tamen & *liber alicujus rei.* Ut *Laborum liber rusticus* apud Hora-

niam omnis generis hominum licentiae ludibrio esse quieta fronte tulit. Cn. Piso, cum [28] Manilium Crispum reum ageret, eumque evidenter nocentem gratia Pompeji videret eripi, juvenili impetu ac [29] studio accusationis provectus, multa & gravia crimina praepotenti defensori objecit. Interrogatus deinde ab eo, *cur se quoque non accusaret:* [30] *Da*, inquit, *praedes, reipublicae te, si postulatus fueris, civile bellum non excitatu-* Ann. urb. 696. circiter.

ratium. VORST. *Plebs Romana libertatis Scipionis libera non fuit.* Locus elegans, sed parum hactenus intellectus. Lips. cum sequenti exemplo copulat, & pro transitione habet legitque *libertati.* Videtur igitur cepisse quasi dicat, plebem Romanam libertati Scipionis non visam esse liberam, cum respectu ad dictum; *Non efficietis ut solutos verear, quos ligatos adduxi.* quasi eo plebis Romanae servitutem, quam Tribunis serviebant, exprobraret. Vorstius recte quidem exponit *libertati Scipionis populus cessit*, sed dum retinet *libertatis*, & exponit *libera libertas* pro *libera a libertate*, ostendit intellexisse, quasi non abierit plebs intacta a libertate Scipionis. Sensus vero est populum, cum ad liberrimum Scipionis dictum astutum taceret, non dedisse illud silentium timori, sed quia ab Aemiliis & Corneliis multi publici metus dempti sibi erant, metuisse libere respondere libertati Scipionis, liberum agere contra libertatem Scipionis. Legendum vero hic omnino *libertati*, & haec huic exemplo vel sequenti connectenda. Vorstius illud *cessit* intellexit, quasi in ditionem venit, ut apparet ex ejus nota. PERIZON. *Libertati.* sic reponere jubebant quindecim MSS. & Edd. omnium antiquissimae.

27. *Quoniam omnis generis hominum licentiae ludibrio se esse quieta fronte tulit*] In Susiano & Pulmanniano sic: *Quoniam qui omnis generis hominum licentiae ludibrio esset, quieta fronte tulit.* *Qui*, pro *ut*, Terentianum est:

Non qui argumentum narret, sed qui malevoli
Veteres poëtae maledictis respondeat.

In Andriae Prologo. PIGH. *Quoniam omnis generis hominum licentiae ludibrio esse quieta fronte tulit.* Ita codices Brand. & veteres typis expressi; nisi quod editio Aldina habet *se esse.* At codices Susii & Pulm. ut Pighius testatur, habent, *Quoniam, qui omnis gen. hominum licentiae ludibrio esset, quieta fronte tulit.* Atque eos codices Pighio & sequi libuit. Sed vocula *qui* tamen in editione ejus non comparet. Et omissa itidem in editionibus Coleri & Thysii. VORST. Ut Brandeb. Codd. ita quoque nostri tredecim. & Mog. sed. Harl. & Bit. prim. *quin esset.* Bis. prim. *Amplissimi viri.* Perizonius aliquando legebat. *Nec sine magna laude, quum* (vel, *quoniam*) *etiam omnis generis hominum ludibrio esset, non sine magna laude tulit.* Sed deinde videtur mutasse sententiam addens, sic tamen bis, *Nec sine caussa* L. VI. 9. Ext. V. & L. VIII. 12. Ext. 2. Et, *summa ratione*, L. VII. 2. 2. Et dein, *Aeque prudenter.* L. VII. 4. Ext. 1. *Neque sine effectu.* L. VIII. 6. 4. *Magna cum clade Reipublicae.* Melius hoc.

28. *Manilium Crispum*] Ab hoc reor lex illa Manilia, procurata Cn. Pompejo, de bello Mithridatico. Conjectura sic auguror, quia gratia Pompeji subnixum, ostendit Valerius. de hoc Paterculus libro II. *Manilius Tribunus Plebis semper venalis & alienae minister potentiae.* COLER. Nonnulli MSS. *Manlium Crispum* exhibent. *Manilium* autem hunc illum esse, a quo lata fuit lex Manilia, pro qua Ciceronis exstat oratio, existimavit etiam Glandorpius.

29. *Studio ad accusationem provectus*] In Campensi, Cauchiano & Atrebatensi: *Studio accusationis provectus.* PIGH. *Studio accusationis provectus.* Sic & codices Brand. Aldus, *ad accusationem provectus*: quod in uno quoque cod. Brand. ad marginem notatum video. VORST. *Ad accusationem* habet Med. prim. Leid. quart. quint. sext. *Ac studio accusationem.* Cop. Ceteri recte, *studio accusationis. Impetu ac studio ad accusationem* legitur apud Joh. Sarisber. Polycr. L. VII. 25.

30. *Da* (*inquit*) *vades reip.*] In Campensi aliisque; *praedes.* Recte. *praedes* enim populo vel reip. se obligant, interrogati à magistratu in publicum ut praestent. Auctores Varro & Festus. PIGH. *Da, inquit, praedes reip.* Ita rursus & codices Brand. Aldus pro *praedes* habet *vades.* Sed Pighius maluit *praedes*, ex Campensi, aliisque codd. quod ex Varrone & Festo sciret, *praedem* vocari, *qui se obligat* po-

turum: [31] *etiam de tuo prius, quam de Manilii capite in consilium judices mittam.* Ita eodem judicio duos sustinuit reos: accusatione Manilium, libertate Pompejum: & eorum [32] alterum lege peregit, [33] alterum professione, qua solum poterat.

5. Ann. urb. 702. Dion. XL. Plut. Pomp. & Catone.

Quid ergo? [34] libertas sine Catone? non magis quam Cato sine libertate. Nam cum in senatorem nocentem, & infamem, reum judex sedisset, tabellaeque [35] Cn. Pompeji laudationem ejus continentes prolatae essent, proculdubio [36] efficaces futurae pro noxio, submovit eas è quaestione, legem recitando, qua cautum erat, *ne senatoribus tali auxilio uti liceret.* Huic facto persona admirationem ademit. Nam quae in alio audacia videretur, in Catone fiducia cognoscitur.

[37] Cn.

populo, interrogatusque à magistratu, si praes sit, respondet, Praes. VORST. *Vades* habent Bit. prim. uterque Med. Leid. prim. Copes. Leid. sext. Periz. *praesides.* Leid. sec. conjunxit utrumque. Curt. L. IX. 6. 25. *Vestram virtutem rerum, quas gesturus sum, vadem praedemque habeo.* Perizonius adscripsit, videndum Liv. Epit. 48. & ibi notas. *praedes*, videtur legisse etiam Joh. Sarisberiensis. *Vades* certe cum maxime de re capitali dicantur, cur minus ea vox hic loci habeat, quam *praedes*, non video. L. VI. 9. Ext. 2. *Haec enim salutis eum suae patronum habuit, illa vadem victoriae assumpsit.*

31. *Etiam de tuo prius, quam de Manilii capite, in consilium judices mittam*] Pro *etiam* legendum puto & *jam*; ut in uno cod. Brand. scriptum reperio: idque imperativus, qui praecedit, requirere videtur. Quod *judices in consilium mittere* dicitur actor, non mirum est: quippe cum actor & *judicem aliquem precare*, id est, poscere; itemque *judicem aliquem alicui ferre* dicatur. Vide Brisson. Form. lib. v. p. 369. Similis autem phrasis est ei qua centuriae dicebantur *in suffragium mitti.* VORST. Non opus ut *etiam*, cum Vorstio in & *jam* mutes. habent tamen ita quoque Ultraj. sec. Leid. quint. sext. Periz. Ed. Mog. Ceteri ante Pighium *jam de tuo prius*, scribere maluerunt. Porro uterque Med. Harl. Bit. sec. Leid. prim. sext. Cop. *In consilium judicium mittam.* Periz. Ultraj. sec. Leid. sec. Ed. Mog. *In consilium judicum.* Possit videri *judicium* hic pro *judicibus* dici, ut L. VIII. 3. 1. *L. Titio praetore judicium cogente.* Sed minus videtur tamen illud huic loco accomodatum, tum propter vocem praecedentem *consilium* similiter terminatam, tum quia quarto verbo post, *judicio* repetitur. Multo tamen minus recte, Ven. Mediol. Ascens. *consilium judicis* exhibent. Joh. Sarisber. *in consilium judices mittam.*

32. *Alterum lege peregit*] Subaudi *reum.* Praecessit, *Cum Manilium Crispum reum ageret. Peragere reum* plus est quam *agere*; convincere scil. atque ut damnetur, efficere. VORST.

33. *Alterum professione*] Quod libere profiteretur, se, nisi vereretur, ne Pompejus civile bellum excitaret, ipsum quoque postulaturum. VORST.

34. *Libertas sine Catone*] Sic Senec. *Aut Scipio Romae deesse debebat, aut Roma esse in libertate.* COLER. Videtur legendum. *Quid ergo? libertas sine Catone?* scilicet *fuit*; vel potius, *memorabitur, laudabitur.* PERIZON. Edd. Ven. *Quid poterat ergo libertas.* De formula. *Quid ergo?* &, *Quid ergo est*, vide Cl. Burman. ad Petron. c. 4.

35. *Cn. Pompeji*] De laudatione illa judiciali Suetonius Augusto. Asconius in Orat. pro Scauro de Fausto Sulla. COLER.

36. *Efficaces futurae pro noxio, submovit eas e quaestione*] Cauchianus liber ita, *Efficaces futurae protinus submovit eas.* Duo item codices illud. *pro noxio*, non habent. PIGH. *Procul dubio efficaces futurae pro noxio.* Ita Aldus & Martinus Herbip. ediderant. At Pighius expunxit *pro noxio* scripsitque *protinus*; quod in uno cod. repererat. Codicum Brand. unus, *proximo:* alter *proxima;* quomodo & editio Chalcocondylae habet. Quae quidem lectionem illam Aldi non obscure confirmant. VORST.

37 Cn. Lentulus Marcellinus consul, cum in concione de Magni Pompeji nimia potentia quereretur, assensusque ei clara voce universus populus esset: *Acclamate*, inquit, *Quirites, acclamate, dum licet, jam enim vobis* 38 *impune facere non licebit.* 39 Pulsata est tunc eximii civis potentia; hinc invidiosa querela, hinc lamentatione miserabili. 6. Ann. urb. 697. Dion. XXXIX.

Cui candida fascia crus alligatum habenti 40 Favonius, *Non refert*, inquit, *qua in parte corporis* 41 *sit diadema;* exigui panni cavillatione 42 regias ei vires exprobrans. At is 43 neutra in parte mutato vultu, utrumque cavit, ne aut hilari fronte 44 libenter agnoscere potentiam, aut tristi iram profiteri videretur: eaque patientia inferioris etiam generis & fortunae hominibus aditum adversus se dedit. E quorum turba duos retulisse abunde erit. 7. Ann. urb. 699. circiter. Amm. Marc. L. XVII.

45 Hel-

VORST. *Pro noxio*, habet Ed. Mog. & Asc. cum Harl. Leid. prim. quint. sext. Ultraj. sec. *proxima* Copes. cum sex aliis, & ita Ven. ac Med. Editt. prius recte a Vorstio revocatum videtur.

37. *Cn. Lentulus*] Harl. & Bit. sec. praenomen delent. Barb sec. & Cop. *Cn. enim Lentulus*, quod mutavit Pighius, consentientibus reliquis nostris MSS. & Ed. Mog. Perizonius conjiciebat *etiam*, quod exstat in Mediol. editione, nec displicet.

38. *Impune facere non licebit.* Sic omnes typis express. item Cop. Ultraj. sec. & Periz. Ceteri, *facere non licet.* Quod ortum fortasse ex eo, quod praefert Ultraj. prim. *Non liceat. Licebit*, Joh. Sarisberiensis.

39. *Pulsata est tunc eximii civis potentia*] *Pulsari* idem est quoque quod vapulare, verberari. Virgilius VI. Aen. *Pulsatusve parens, aut fraus innexa clienti.* Livius II. 29. *Pulset tum mihi lictorem.* Hic tamen *pulsata* idem est quod *accusata, reprehensa*; idque per metaphoram. VORST.

40. *Favonius*] Hic ille est de quo Sallustius altera epistola ad C. Julium Caesarem de Rep. Ord. Is molis potius quam Moloni operam dedisse visus Ciceroni ad Atticum. COLER.

41. *Sit diadema*] Adeo Romanis erat invisum istud imperii, aut regni potius signaculum. Florus lib. III. de Tib. Graccho: *Manu caput tangens, praebuit speciem regnum sibi & diadema poscentis* Quare & ab Antonio accipere Caesar recusavit ut scribit Sueton. Idem de Tito: *In consecrando apud Memphim bove diadema gestavit: de more id quidem priscae religionis: sed non deerant, qui secius interpretarentur.* Cetera dicam ad lib. VII. COLER. *Qua in parte corporis sit diadema.* Quoniam *fascia candida*, qua alligatum crus Pompejus habuit, *diadema* vocatur, apparet vel hinc, diadema, insigne regium, fasciam candidam fuisse, qua frontem obligarent. In quam sententiam varia quoque alia congesta vide à Lipsio in Notis ad lib. VI. Tac. VORST. Vide Magii Misc. L. III. 3. Casaub. ad Suet. in Aug. c. 82. PERIZON. Et Gudium ad Phaed. L. V. 7.

42. *Regias ejus vires exprobrans*] Leid. quint. & Harl. *Ei.* ut legere etiam Perizonio placebat. Nec immerito. Pro *vires.* Leid. sec. sext. uterque Ultraj. Barb. prim. Bit. sec. *Ejus res* scribunt; Leid. prim. *Opes. Ejus res* habet quoque Mog. Nempe ex *Ei vires*, natum est *Ejus res.*

43. *Neutra in parte*] An non legendum, *Neutram in partem?* PERIZON.

44. *Libenter agnoscere*] *Libenter*, deest in Med. primo. pro *inferioris.* Harl, *Miserioris.*

45. *Aelius Mantia*] In hoc cap. multa a commentatoribus temere commiscentur, maxime de Perpenna praetorio viro a Pompejo caeso; quem eumdem existimant cum eo, qui postea Aristonicum vicit. Septuaginta circiter annis ante hunc Perpennam, quod Libro tertio indicavimus, quam hoc loco copiosius: ideoque hic supersedeo plura dicere. Badius putat etiam Pompejum occidisse Ch. Carbonem, quando ipse Pompejus jam tertium es-

8. [45] Helvius Mancia Formianus, libertini filius, ultimae [46] senectutis, L. Libonem apud censores accusabat. In quo certamine cum Pompeius Magnus humilitatem ei, aetatemque exprobrans, *ab inferis illum ad accusandum remissum dixisset: Non mentiris*, inquit, *Pompei. venio enim ab inferis; in* [47] *L. Libonem accusator venio:* [48] *sed dum illic moror, vidi cruentum* [49] *Cn. Domitium Abenobarbum deflentem, quod summo genere natus,* [50] *integerrimae vitae, amantissimus patriae, in ipso juventutis flore, tuo jussu esset occisus. Vidi pari claritate conspicuum Brutum ferro laceratum, querentem id sibi prius perfidia, deinde etiam crudelitate tua accidisse. Vidi Cn. Carbonem, acerrimum pueritiae tuae, bonorumque patris tui defensorem,* [51] *in tertio consulatu catenis, quas tu ei injici jusseras, vinctum, obtestantem te,* [52] *adver-*

Ann. urb. 698. Ann. urb. 672. Livius LXXXIX. Plut. Pomp. Appian. I. Ann. urb. 676. Livius XC. Plutarch. Zonaras. Ann. urb. 671. Livius LXXXIX. Plutarch. Appian. Zonaras.

set consul; cum contra Pompejus eum occidit, cum Cn. Carbo tertium gereret consulatum: plus enim 30 annis post hanc historiam Pompejus fit consul. quod autem hic de Perpenna dicitur *Quiritatu tuo*, ego τὸ *tuo*, quid ibi faciat haud equidem intelligo. Si tollatur optime habebit locus. *Vidi* (inquit) *eodem habitu & quiritatu praetorium virum Perpennam.* GLAREAN. *Helvius Mancia.* Aliquot MSS. *Helius*, vel *Elius*, praeferunt. Cic. L. II. de Orat. c. 66. meminit *Helmii Manciae*, ut & Quintil. L. VI. Instit. c. 3. ubi tamen Cl. Burmannus summo jure dubitat, an rectum sit *Helmius*, & non potius scribendum, *Helvius*, vel, *Aelius*. *Helvius* videtur etiam legisse P. Leopardus L. XV. Emend. c. 17. *Aelius Mancia* hic legebatur ante Pighium. Leid. quint. *Pelnius*. Ultraj. prim. *Helnius*. Joh. Sarisber. *Helvius*.

46. *Senectutis ultimae*] Citat hoc exemplum Johannes Sarisberiensis lib. VII. c. 25. COLER.

47. *L. Libonium accusaturus*] Liber Danielis: *L. Libonium accusator*, legitur eadem ratione apud Sallustium *aemulus dicta ac facta*. COLER. *Venio enim ab inferis L. Libonem accusaturus.* Uterque cod. Brand. *In L. Libonem accusator venio.* Cum quo fere congruit, quod in libro P. Dan. legit Colerus, *L. Libonium accusator.* Sed & Joh. Sarisberiensis ita legit. Nam & ipse lib. VII. c. 25. verba Helvii sic refert, *Ab inferis in Libonem venio accusator.* Denique & Gronovius in duobus libris ita scriptum reperit; ut in lib. IV. Obs. c. 20. ipse testatur. VORST. Ed. Mog. habet, *Marci L. Libonis accusator venio.* Leid. prim. *M. L. Libonis accusator venio.* Duac. unus, Ultraj. sec. *M. Lucii Libonis accusator venio.* Harl. Bit. sec. Med. prim. Leid. tert. *Marcum Lucium Libonem accusator venio.* Sed Venn. Mediol. Ascens. Lugdunensis 1512. quae ex prima Aldina videtur expressa, *In L. Libonem accusator venio*, cum MSS. Bit. prim. Barb. Leid. quart. quint. sext. sept. Periz. Copes. Ultraj. prim. Duac. alter. Quare cum id etiam valde summo in his literis viro J. Fred. Gronovio verum videretur, ita restitui. *Marcum*, ortum fuit ex *in*, pro quo scriptum fuit *m.* quod pro *Marco* acceptum locum varie interpolandi caussam praebuit. *In Libonem accusator venio*, legit etiam Joh. Sarisberiensis.

48. *Sed dum illic moror*] In tribus codd. quos Gronovius inspexit, verbum *venio* bis ponitur, legiturque, *venio: sed dum.* VORST.

49. *Cn. Domitium Abenobarbum*] Nonnulli MSS. G. plerique. *Anobarbum*, vel *Enobarbum* item *Inobarbum*, ut habet quoque Mog. Etiam *Enobardum.* Sunt quoque qui *Abenobarbum* retinent. quod primus edidit Pighius.

50. *Integerrimae vitae, amantissimus patriae*] Harl. *Integerrimus vitae.*

51. *In tertio consulatu suo*] MSS. omittunt pronomen *suo*, quod a Pighio primum adjectum, ideo expellendum duxi.

52. *Adversus omne fas & nefas*] Conjunguntur ita *fas* & *nefas*, quomodo *jus* & *injuria*. Terentius And. I. 3. *Quo jure, quaque injuria, praecipitem me in pistrinum dabit.* VORST. *Et nefas* videntur delenda: nisi legendum sit *fas ac jus*. Solent enim saepe conjungi. Liv. L. XLV. 33. *Quibus spolia hostium dicare jus fasque est.* PERIZON. MSS. nihil variant. Absurdum

versus omne fas ac nefas, cum in summo esset imperio, à te equite Romano trucidatum. Vidi 53 *eodem habitu, & quiritatu praetorium virum Perpernae saevitiam suam execrantem, omnesque eos una voce indignantes, quod infemnasti sub te adolescentulo carnifice occidissent.* 54 Obducta jam vetustis cicatricibus bellorum civilium vastissima vulnera, 55 municipali homini, servitutem paternam redolenti, 56 effrenatae temeritatis, intolerabilis spiritus, 57 impune revocare licuit. Itaque eo tempore & fortissimum erat Cn. Pompejo maledicere, & tutissimum. Sed non patitur nos hoc longiore querela prosequi personae insequentis aliquanto sors humilior.

Ann. urb. 681. Livius xcvi. Vellejus. Appian.

58 Diphilus tragoedus, cum Apollinaribus ludis inter actum ad eum ver- 9.

dum tamen ut etiam *adversus nefas* Carbo trucidatus dicatur. Quare omnino verisimile est a Valerio id non esse profectum. Quamvis enim *fas & nefas* alibi conjungantur, non tamen usquam, opinor, ubi alterutrum sententiae sit prorsus contrarium. Placet cum Perizonio legere *fas ac jus*, vel *jus ac fas*. Ascensius exponit nulla habita ratione fasne an nefas esset. Quod non putem exemplo probatum iri.

53. *Eodem habitu & Quiritatu*] Ascens. edidit. *Habitu & Quiritatu tuo*, & exponit, donatum insignibus & civitate Romana, licet Graecus esset, ut tu. In quo sequitur fere Oliverium. Vel, inquit, *Quiritatu tuo*, i. e. lamentatione, qua tu uti debebas. Theophilus dicit *Quiritare* esse Quiritum fidem implorare. Sed pronomen *tuo*, quod illis molestiam peperit, in paucissimis est MStis. nec debet adesse, ut olim jam vidit Glareanus. *Quiritatu*, nihil aliud hic esse quam lamentatione, monuit dudum Paul. Leopardus L. xv. Emend. c. 16.

54. *Obducta jam vetustis cicatricibus*] In Atrebatensi perperam, *vetus cicatricibus.* Verum in Cauchiano quam rectissime, *vietis cicatricibus*, eleganti epitheto. Est enim *vietus*, ut Festus interpretatur, languidus, sine vi, putris ac naturalibus privatus viribus. Terent. Eunucho:

Hic est vietus, vetus, veternosus senex.

Item Plautus in Mercat.

Acherunticus senex, vietus, decrepitus.

Vietas igitur *cicatrices* aptissime vocat veteres quidem, sed putres ac male curatas. PIGH. *Obducta jam vietis cicatricibus.* Ita Pighius ex uno cod. Cauchiano. Alii codices, *vetustis cicatricibus.* VORST. Et sic habent quoque MSS. duodecim. Leid. prim. *vetustatis*, quint. *Vetustas. Vieta* vero cum dicantur, quae ipsa vetustate marcida, ac corrupta sunt, vox illa minus cicatricibus his convenire videbatur, quam ut hic diutius deberet retineri: Auctor enim hic nihil aliud significat, quam, vulnera ipsa vetustate sanata.

55. *Municipali homini*] Helvius Mancia non Romanus, sed, ut praedixit, Formianus, Formiis, Campaniae oppido oriundus, fuit. VORST.

56. *Effrenatae temeritatis, intolerabilis spiritus*] Ita in codd. Brand. MSS. & vetustis typis expressis est. Et referenda haec sunt ad vocem *homini*, quae praecedit. Pighius nescio qua de caussa maluit, *infrenata temeritate, intolerabilique spiritu.* Schottus quoque in suo scriptum reperit, uti nos reperimus; nisi quod in uno cod. perperam *intolerabiles* fuit pro *intolerabilis.* Vide Obs. hum. III. 32. VORST. Forte, *Effrenatae temeritatis intolerabili spiritu,* ut proprie ad hanc ejus audaciam referatur, non ad ceteram ejus vitam, quod fit, si cum Vorstio omnia in genitivo legas. PERIZON. Leid. quart. *Effrenata temeritate intolerabilis spiritus*; ceteri omnes, ut Vorstius restituit, omnia ponunt in Genitivo.

57. *Impune revocare licuit*] Inter excerpta Lipsiensia annotatum video, Concinnius hic legi posse *renovare.* Respexit credo ille ad hoc Virg. L. II. Aeneid. 4.

Infandum regina jubes renovare dolorem.

Sed *Revocare* passim pro *renovare* ponitur. Vide Passeratium ad Prop. Lib. I. 15. 25.

Desine jam revocare tuis perjuria verbis

Cynthia, & oblitos parce monere Deos.

58. Di-

Ann. urb. 694. Cic. ad Att. II. 19. versum venisset, in quo haec sententia continetur, [59] *Miseria nostra magnus est*, [60] directis in Pompejum magnum manibus, pronuntiavit: [61] revocatusque aliquoties à populo, sine ulla cunctatione, nimiae illi et intolerabilis potentiae reum [62] gestu perseveranti egit. Eadem petulantia usus est in ea quoque parte, *Virtutem istam veniet tempus cum graviter gemas.*

10. Ann. urb. 669. Livius XXXIV. [63] M. etiam Castricii libertate inflammatus animus. qui cum Placentiae magistratum gereret, Cn. Carbone consule jubente decretum fieri, quo sibi obsides à Placentinis darentur, nec summo ejus imperio obtemperavit, nec maximis viribus cessit. [64] Atque etiam dicenti *multos se gladios habere*, respondit, *Et ego annos.* Obstupuerunt tot legiones, tam robustas senectutis reliquias intuentes. Carbonis quoque ira, quia materiam sae-

58. *Diphilus*] Duo hic sunt versus, alter Jambicus dimeter, alter Trochaicus tetrameter catalecticus *Eamdem virtutem istam veniet tempus cum graviter gemas.* Tractat hunc locum diligenter Erasmus in Apophthegmatum Lib. VIII. GLAREAN.

59. *Miseria nostra magnus est*] Cicero l. II. ep. 19. Att. *Ludis Apollinaribus Diphilus tragoedus in nostrum Pompejum petulanter invectus est: Nostra miseria tu es magnus. Millies coactus est dicere eadem. Virtutem istam veniet tempus cum graviter gemes.* VORST. *Miseria nostra magnus est.* Lege omnino, *es.* Ita enim sonabat versus; ita scribitur apud Ciceronem; & aeque hic secunda persona retinenda, quam paulo post *cum graviter gemas*, quae & ἐμφαλικωτέρα. In MS. *est.* Mox *directis in Pompejum manibus.* MS. *dir. in Pompejum magnum manibus.* melius ut appareat clarius allusio. PERIZON. *Est*, retinetur a scriptis, tamen cum Perizonio *es*, praetulerim. *in Pompejum magnum* legebatur ante Pighium, & exstat in MSS. undecim.

60. *Directis in Pompejum manibus*] Falsum hoc esse monuit Lipsius l. I. var. lect. c. II. idque demonstrat verbis Ciceronis quae modo posita insequuntur: *Caesar cum venisset mortuo plausu, Curio filius est insecutus. Huic ita plausum est, ut salva rep. Pompejo plaudi solebat. Tulit Caesar graviter. Literae Capuam ad Pompejum volare dicebantur.* Ex his nimirum apparet, quod Pompejus tum temporis non Romae, sed Capuae fuerit. VORST. Non patitur tamen auctorem nostrum ita mendacii argui Pighius, sed mavult eos dicere, ita Diphilum, ut histriones inter agendum solent, cum ea verba pronunciaret, manuum gestus direxisse, uti populo palam fieret Pompejum ab eo signari; forte statuam vel monumentum ejus aliquod indicando, quo cognosci posset. ad A. U. C. DCXCIV. sed nemo ex verbis Valerii hoc intellexerit, qui proculdubio ad id, quod Pighius vult significandum, alia quadam elocutionis forma fuisset usurus.

61. *Revocatusque*] Cic. *millies coactus est dicere.* COLER.

62. *Gestu perseveranti egit*] MSS. decem cum omnibus ante Pighium impressis, *gestu perseveranter egit.* Cop. *perseverante.*

63. *M. etiam Castricii*] Sic Pighius. Recte probant enim MSS. ante fere *Castritii* excudebatur: & paulo post, *dum Placentiae*; verum MSS. *cum* habent.

64. *Atque etiam dicenti*] MSS. septem, *Atque etiam dicente.* Harl. *Atque eodem dicente.* Sed omnes Edd. *dicenti.* Leid. quart. sext. cum Med. prim. *In se ipsam.*

65. *Quid agam? dependam*] Bit. prim. *Aut dependam?* Med. prim. Ultraj. sec. in principio Copes. *Temeritatis plena fuit postulatio.*

66. *Ex suo fisco*] Caesar nondum constituerat sibi fiscum. PERIZON.

67. *Caesellius*] Lib. Dan. *Pascellius.* in veteribus Codd. Horatianis *Cassellius Aulus.* Pandectae Florentiae *Cascelius.* Pomponius: *Ex his Trebatius peritior Cascelio, Cascelius Trebatio eloquentior fuisse dicitur, Ofilius utroque doctior.* COLER. *A. Cascellius.* Mentionem hujus & infra VIII. 12. 1. facit, dicitque consultores ad hunc rejectos fuisse à Scaevola. Sed varia nominis scriptio. Scribitur enim & *Cascellius*,

saeviendi perquam exiguam habebat, parvulum vitae tempus ablatura, in seipsa collapsa est.

Jam Ser. Galbae temeritatis plena postulatio, qui divum Julium consummatis victoriis, in foro jus dicentem, in hunc modum interpellare sustinuit: *C. Juli Caesar, pro Cn. Pompejo Magno, quondam genero tuo, in tertio ejus consulatu pecuniam spopondi, quo nomine nunc appellor:* [65] *Quid agam? dependam?* Palam atque aperte ei bonorum Pompeji venditionem exprobrando, ut à tribunali summoveretur, meruerat: sed illud ipsa mansuetudine mitius pectus, aes alienum Pompeji [66] ex suo fisco solvi jussit. 11. Ann. urb. 708. circiter.

[67] A. Cascellius, vir juris civilis scientia clarus, quam periculose contumax! Nullius enim aut gratia, aut auctoritate compelli potuit, [68] ut de aliqua earum rerum, quas triumviri dederant, [69] formulam componeret; hoc animi judicio [70] victoriae eorum beneficia extra omnem ordinem legum 12. Ann. urb. 740. circiter.

lius, & *Casellius*, & *Cassellius*. In Macrobii l. II. c. 6. scriptum est *Cascellius*. Et monet Pontanus, in MSS. legi *Casellius*. In veteribus libris Horatianis legi *Cassellius Aulus*, testis Colerus. Verba Horatii in de A. P. sunt: *Nec scit quantum Cassellius Aulus*. In Pandectis Florentinis legitur *Cascelius*. Ad quod proxime accedit quod in codd. Brand. Valerii Max. legitur *Pascelius*. Item quod in altero illo loco loco Valerii VIII. 12. 1. iidem codices habent *Castellium*, & *Castellum*. Pighius utroque loco Valerii scribit *Caesellius*. VORST. In MSS. novem legitur *Pascelius*, vel *Passelius*, vel *Passellius*. Mog. *Passelius*. Ven. & Mediol. *Caselius*. Sed plerique scripti pro *A.* habent *Age*. non male profecto. Et sic legebatur ante Pighium. Fortasse scripsit *Age A. Cascellius*. L. III. 5. 2. *Age, Q. Maximi &c. filius quam perditam luxuria vitam egit*. L. V. 1. 4. *Age, M. Marcelli clementia, quam clarum, quamque memorabile exemplum haberi debet*. L. II. 6. Ext. 6. *Age, quid illud institutum Athenarum quam memorabile*. Et sic alibi saepe. De vera scriptione nominis *Cascellii*, etiam inter Jurisconsultos non satis constat. Vide Ampl. Bynkershoek in Opusc. p. 79. ubi etiam in optimis illis Pandectarum membranis Florentinis modo *Cascellium*, modo *Cascelium* scribi docet. Apud Joh. Sarisber. legitur *Paschelius Junius*.

68. *Ut de aliqua earum rerum, quas triumviri dederant*] *Dare* hic pro *facere*, *constituere*. Triumviri autem sunt ii, qui sese ipsi triumviros reip. constituendae appellarant, Octavius Caesar, M. Antonius & M. Lepidus. VORST. Imo *dare* hic solita etiam significatione accipi debet; unde mox dicit *beneficia*. Nec enim triumviri minus multa dono dederunt, quibus gratificari volebant, quam eorum caussa constituerunt. Dio Cassius L. XLVII. p. 335. Τῶν γὰρ λογιμωτέρων τοὺς μὲν τοῖς κτήμασι τοῖς τῶν ἀπολωλότων ἐδελέαζον, τὰ μὲν ἐπωνίζοντες, τὰ δὲ καὶ προῖκα σφίσι χαριζόμενοι. Sed hoc paulo post vidi etiam Perizonium annotasse.

69. *Formulam componeret*] Qua probaret, quae improbanda ac vituperanda erant. VORST. Sic explicat etiam Oliverius. Intellige *formulam*, qua liqueret, ea, quae a triumviris tributa erant, juste & legitime possideri. Liv. L. XXXII. 33. *Panapolin Byzantiis in antiqui formulam juris restitui*. L. XXXIII. 38. *Omnes Asiae civitates in antiqui formulam imperii redigere est conatus*. L. XXXIX. 26. *Paracheloïda nullo jure Aetolorum formulae factam*.

70. *Victoriae eorum beneficia*] *Victoriarum beneficia*, habetur in Susiano & aliis. Quod placet. PIGH. *Victoriae eorum beneficiis extra omnem ordinem legum ponens*. Pighius in quibusdam codd. reperit *victorum beneficia*: id quod & in textum recepit. Mihi *eorum* videtur non abesse posse. Et habet illud uterque cod. Brand. veteresque typis expressi. Ceterum pro *victoriae* unus cod. Brandeb. habet *universa*: quae vox & apprime commoda hic est. Vellet ergo dicere, Cascellium universa beneficia triumvirorum extra omnem ordinem le-

gum ponens. [71] Idem cum multa de temporibus Caesaris liberius loqueretur, amicique ne id faceret monerent: *duas res*, [72] *quae hominibus amarissimae viderentur*, *magnam sibi licentiam praebere* respondit, [73] *senectutem & orbitatem.*

EXTERNA.

1\. Plut. Apoph. [74] Inserit se tantis viris mulier alienigeni sanguinis: quae à Philippo rege temulento [75] immerenter damnata, *Provocarem ad Philippum*, inquit, *sed sobrium.* Excussit crapulam oscitanti, [76] ac praesentia animi ebrium resipiscere, caussaque diligentius inspecta justiorem sententiam ferre coëgit. Igitur aequitatem, quam impetrare non potuerat, extorsit: [77] potius praesidium à libertate, quam ab innocentia mutuata.

Jam

legum posuisse, id est, minime ea pro legibus habuisse, ut propter illa quicquam inhonesti faceret. VORST. Non *victorum*, sed *victoriarum* in textum Pighius receperat. Quod equidem in MSS. non invenio. Sed vel *victoriae eorum*, quod exstat in MSS. quinque, Mog. & plerisque editionibus. Sed Harl. Bit. prim. Leid. quart. quint. sext. sept. Ultraj. primus habent. *Universa eorum beneficia.* Bit. sec. Med. sec. Leid. tert. *Victoriae universa eorum beneficia.* Barb. prim. *pritoriae.* Ed. Mediol. *Universa victoriae eorum beneficia.* Quod non displicet; Magnam enim emphasin habet, *universa* beneficia victoriae eorum extra *omnem* legum ordinem ab ipso posita dici.

71\. *Idem cum multa de temporibus Caesaris liberius loqueretur*] Veteri deest vox, *Caesaris*; & pro *temporibus*, legit *patribus.* Tu non ambiges quin, *partibus*, vera scriptio sit, voce etiam illa rejecta. Partes eo sensu quem supra notavi. LIPS. Mutationem Lipsii concoquere non possum. Quid venustius, quam *tempora Caesaris* appellare singulare illud imperium? COLER. Lipsius pro *temporibus* legi malit *partibus*: verum sine causa. *Tempora Caesaris* ipsa Caesaris acta & res gestae sunt. VORST. *Cum multa de temporibus Caesaris liberius loqueretur.* In hoc Cod. ut & Lips. omittitur *Caesaris.* Sed *temporibus* retinet. quod cum Lipsii codex non intelligeret, mutavit in *patribus.* unde ille facit *partibus.* Quod rejiciunt Colerus & Vorstius, retinentque *de temporibus Caesaris.* Non male tamen simpliciter dicitur *de temporibus.* Sic enim & Ciceroni male cessit, *quod de temporibus quereretur.* Paulo ante, *quas triumviri dederant* non exponendum est cum Vorstio *fecerant*, sed vulgari sensu. Respicitur enim ad *beneficia*, quae utique revera *dederant*, formulam illorum beneficiorum intelligo *een acte*, *een ordonnantie.* PERIZON. *Temporibus* recte retinent omnes scripti. Sed Ultraj. sec. Harl. Bit. sec. Med. uterque Barb. prim. Leid. sec. cum Ed. Mog. omittunt *Caesaris* Perizon. nonnihil favet Lipsio, in eo enim scribitur. *Cum multa de patribus liberius ejus loqueretur.* Ex notis Oliverii colligas ipsum quoque legisse *de temporibus liberius loqueretur:* dum ait, ipsum sine dubio carpsisse crudelitatem triumvirorum. Non ausim tamen τὸ *Caesaris* hic suspectum habere. Potuit enim hoc factum fuisse ut, etiam tempore triumvirorum, Cascellius de temporibus Caesaris quereretur. *tempora* vero simpliciter si accipias, nisi praesentia intelligi non possunt. quod etiam rectum est.

72\. *Quae hominibus amarissimae viderentur*] Ita omnino legendum; non, ut Pighius & hunc secuti Colerus & Thysius edidere, *videntur.* Et habet ita uterque cod. Brand. VORST. *Videntur* habent etiam typis expressi ante Pighium, praeter Mogunt. quae cum compluribus MSS. *viderentur* exhibet.

73\. *Senectutem*] Similiter Considius apud Plutarch. in Caesare p. 714. Ed. Franc. & de Solone Lib. An Seni gerenda sit Resp. p. 794. item L. II. Macchab. 6. 23. PERIZON.

74\. In-

Jam illa non solum fortis, sed etiam urbana libertas. [78] Senectutis ultimae quaedam, [79] Syracusanis omnibus [80] Dionysii tyranni exitum, propter nimiam morum acerbitatem & intolerabilia onera, votis expetentibus, sola quotidie matutino tempore deos, ut incolumis ac sibi superstes esset, orabat. Quod ubi is cognovit, non debitam sibi admiratus benevolentiam, arcessit eam, &, *quid ita hoc, aut quo suo merito faceret*, interrogavit. Tum illa, *Certa est*, inquit, *ratio propositi mei. puella enim, cum gravem tyrannum haberemus, carere eo cupiebam: quo interfecto, aliquanto tetrior* [81] *arcem occupavit. Ejus quoque finiri dominationem magni aestimabam: tertium te superioribus importuniorem habere coepimus rectorem.* [82] *Itaque timens, ne, si tu fueris absumptus, deterior in locum tuum succedat, caput meum pro tua salute devoveo.* Tam facetam audaciam Dionysius punire erubuit.

[83] In-

74. *Inserit se tantis viris*] Med. prim. *Interserit.*

75. *Immerenter damnata*] Unus cod. Brand. *Immerens damnata.* VORST. Et nostri quatuor *immerens. Immerenter* nescio an alibi facile invenias.

76. *At praesentia animi ebrium resipiscere*] Ita unus cod. Brand. & editio Aldina. Nec multum discrepant alii tum MSS. tum typis expressi; ut in quibus est *praesentis animi.* Pighius tamen maluit *praesenti animo:* eumque Colerus ac Thylius sunt secuti. Vera lectio omnino est *praesentia animi.* Et sensus est, feminam istam praesentia animi, id est, audacia sua effecisse, ut Philippus resipisceret, justioremque sententiam ferret. VORST. *Praesentia animi* habet Leid. quart. quint. sext. Ultraj. prim. Ceteri cum Edd. Mog. Ven. Mediol. *Praesentis animi.* & sic apud Joh. Sarisberiensem Recte *praesentia animi* Vorstius restituit.

77. *Potius praesidium à libertate quam ab innocentia mutuata*] Ita Pighius, & ante eum Martinus Herbip. Aldus & Chalcocond. *mutuavit.* Uterque cod. Brand. *mutuatum.* VORST. *Mutuata* MS. *Mutuatum* Quomodo & codd. Brand. uterque: quapropter non rejiciendum puto, cum Edd hic varient. Aliae *Mutuata*, aliae *mutuavit*, praeferentes. vide Vorstium. Scilicet non viderunt, quis in his verbis esset sensus. Nempe conjungenda sunt omnino. *Igitur aequitatem, quam impetrare non potuerat, extorsit potius praesidium* (id est melius, fortius) *a libertate quam ab innocentia mutuatum.* Sic plane Jul. Firmicus de Prof. Rel. errore p. 176. Ed. Commel. *Nomen a ferendis fructibus mutuatum.* sic *mutuare* active. VII. 4. 3. *Virtutis Romanae praesidium ab astutia mutuantis.* sic IX. 2. Ext. 8. *vires a labore mutuatus est.* VIII. 7. ext. 1. PERIZON. MSS. septem *mutuatum.* Tres, *mutuata*, ceteri *mutuavit. Mutuata*, habet etiam Ed. Mog. quod praetulerim.

78. *Senectutis ultimae quaedam*] Exemplum hoc ac superiora pleraque omnia, citat Joh. Saresberiensis Lib. VII. c. 25. Policratici. VORST. Uterque Med. cum Ultraj. sec. & Ed. Mog. *Quaedam mulier.*

79. *Syracusanis omnibus &c.*] MSS. Tredecim habent *Syracusis*, ut & omnes ante Pighium Edd. Quod non opus fuerat mutari. Lego *senectutis ultimae quaedam mulier Syracusis, omnibus &c.* ut rem Syracusis factam significet. Nec soli enim Syracusani exitum ejus votis expetebant, sed omnes, qui sub ejus imperio erant Siculi. Vide L. II. 7. Ext. 6. *Himerae quaedam non obscuri generis femina.*

80. *Dionysii tyranni exitium*] MSS. decem cum omnibus Pighio vetustioribus Edd. *Exitium* habent. Paulo post MSS. tredecim *Non debitam sibi*, quod Pighius mutaverat in *indebitam.* pro *tetrior* aliquot MSS. *deterior*, quas voces supra jam plus semel confusas vidimus.

81. *Arcem occupavit*] Vide Gudium ad Phaed. L. I. 2.

Arcem tyrannus occupat Pisistratus.

82. *Itaque timens ne si tu fueris absumptus*]

3. Cic. Tusc. I. & V. Sen. de Tranquill.

83 Inter has & Theodorum Cyrenaeum quasi animosi 84 spiritus conjugium esse potuit, virtute par, felicitate dissimile. Is enim Lysimacho regi mortem sibi minitanti, *Enimvero*, inquit, *magnifica res tibi contigit*, 85 *quia cantharidis vim assecutus es*. Cumque hoc dicto accensus, 86 cruci eum suffigi jussisset, *Terribilis haec*, ait, *purpuratis sit tuis: mea quidem nihil interest*, 87 *humine an sublime putrescam*.

Dele illud, *timens*, fide libri. LIPS. *Itaque timens, ne, si tu fueris absumptus*. Notat Lipsius, *timens* à quodam libro abesse: idemque expungendum esse. Abest sane & ab utroque cod. Brand. Sed ego tamen fide aliorum codicum retinendum putem. Legit & Joh. Saresberiensis, ut ex L. VII. c. 25. Policratici apparet. VORST. Abest etiam ab Ultraj. prim. Harl. Bit. & Med. sec. Barb. prim. Cop. & Periz. Nec valde desideres. Animosius certe ita responsum est, quia sic quod faciebat non tribuebat timori suo, sed saluti patriae, pro qua non dubitat caput suum devovere, & sua morte ejus vitam redimere a diis parata.

83. *Inter has*] Duas feminas puta, de quibus praedixit. VORST.

84. *Spiritus conjugium*] Nimis quam eleganter. i. Societas καὶ ἡ πρὸς τὰ ἁρμονία. COLER. *Animosi spiritus conjugium. Conjugium* pro societate. VORST.

85. *Quia cantharidis vim assecutus es*] Cic. V. Tusc. *Magnum vero, inquit, effecisti, si cantharidis vim consecutus es.* Idem L. IX. ad Fam. 21. *Cajus, accusante L. Crasso, cantharidas sumpsisse dicitur.* Apparet *cantharidas* animalculi venenati genus esse. VORST.

46. *Cruci eum suffigi*] Multi MSS. *Affigi*. Vide ad L. II. 7. Ext. I.

87. *Humine an sublime*] MSS. Undecim cum Vetustissimis editionibus. *Humi an sublime.*

CAPUT III.

DE SEVERITATE.

1. *Populi Rom.*
2. *P. Mucii Scaevolae, trib. pl.*
3. *Senatus Rom.*
4. *M.' Curii Dentati Cos.*
5. *L. Domitii Ahenobarbi pr.*
6. *M. Horatii Tergemini.*
7. *Senatus Rom. in incestas.*
8. *Cognatorum in veneficas.*
9. *Egnatii Metelli.*
10. *C. Sulpicii Galli.*
11. *Q. Antistii Veteris.*
12. *P. Sempronii Sophi.*

EXTERNORUM.

1. *Lacedaemoniorum.*
2. *Atheniensium.*
3. *Cambysis regis Persarum.*

Armet se duritia pectus necesse est, dum horridae ac tristis severitatis acta narrantur; 1 ut omni mitiore cogitatione seposita, rebus auditu asperis vacet. Ita enim 2 destrictae & inexorabiles vindictae, & varia poena-

1. *Ut humaniore cogitatione seposita*] Sic edidit Pighius & eum secuti. Miror hic tacere Vorstium: equidem enim in omnibus MSS. & Edd. invenio, *Ut omni mitiore cogitatione seposita*. Quod etiam melius est, & multo quidem, quare restituendum credidi.

2. *Districtae & inexorabiles vindictae*] Pighius edidit *destrictae*: quem Colerus atque Thysius sequuntur. Antiquiores typis expressi & Brand. MSS. habent *districtae*. VORST. Vide supra ad. L. II. 9. 6. *Districtae* esset occupatae, distractae. Flor. L. IV. 12. *Districto circa mala sua*

natum genera in medium procurrent: utilia quidem legum munimenta; sed minime in placido & quieto paginarum numero reponenda.

[3] M. Manlius, [4] unde Gallos depulerat, inde ipse praecipitatus est; quia fortiter defensam libertatem nefarie opprimere conatus fuerat. Cujus justae ultionis nimirum [5] haec praefatio fuit: [6] *Manlius eras mihi, cum* [7] *praecipites agebas Senones:* [8] *postquam imitari coepisti, unus factus es ex Senonibus.* Hujus supplicio aeternae memoriae nota inserta est. Propter illum enim lege sanciri placuit, nequis patricius in arce, aut Capitolio, habitaret: quia domum eo loci habuerat, [9] ubi nunc aedem Monetae videmus. [10] Par indignatio civitatis adversus Sp. Cassium erupit: cui plus suspicio concupitae dominationis, quam tres magnifici consulatus, ac duo speciosissimi triumphi profuerunt. Senatus enim, populusque Rom. non contentus capitali eum supplicio afficere, [11] interempto domum superjecit, ut penatium quoque strage puniretur. *In solo autem aedem Telluris fecit.* Itaque

1. Ann. urb. 370. Livius VI. 20. Plut. Camill. Zonaras. Gell. 17. 21.

Ann. urb. 268. Livius II. Dionys. VIII. Cic. p. domo.

sua imperio. Liv. L. XXXV. 18. *Hannibalem quoque in Africam mittendum ad distringendos Romanos.* Curt. L. III. 3. 4. *Ad haec vates varia interpretatione curam distrinxerant.* MSS. septem habent *inexorabilis vindictae*, quibus accedit Ed. Mog. Deinde Harl. cum Leid. sec. *In placito & quieto.*

3. *M. Manlius*] In MSS. fere est *Mallius.*

4. *Unde Gallos depulerat, inde ipse praecipitatus est*] De saxo Tarpejo puta. Liv. L. VI. *Damnatum tribuni plebis de saxo Tarpejo dejecerunt: locusque idem in uno homine & gloriae eximiae monimentum* (propter depulsos Gallos) *& poenae ultimae fuit.* VORST.

5. *Haec praefatio fuit*] Ex. 4. *Curius praefatus non opus esse eo cive Reip. qui parere nesciret.* L. IX. 3. 2. *Cum ad eum postero comitiorum die multi consulendi caussa venissent, omnes dimisit: praefatus, An vos consulere scitis, consulem facere nescitis.* Liv. L. XLV. 5. *Omnis praefatio sacrorum eos, quibus non sunt purae manus sacris arcet.* PERIZON.

6. *Manlius eras mihi*] Cic. Phil. XIII. c. 8. *Haec si cogitas, es M. Lepidus, M. Lepidi pontificis maximi pronepos.* Sic enim legendum. PERIZON.

7. *Praecipites agebas Senones*] Multi MSS. *Senonas* habent.

8. *Postquam imitari coepisti*] Lege; *mutari*: ut est in manuscriptis. PIGH. Ultraj. prim. & Med. sec. *immutari.* sept. alii *imitari*, reliqui *mutari.* Equidem *imitari* unice verum censeo. Coeperat enim *imitari Senones*, cum libertatem patriae opprimere conabatur: potuerat mututus fuisse Manlius desciscendo a pristina fortitudine, neque ideo populo *factus fuisset unus ex Senonibus*, id est dignus judicatus, qui de Saxo Tarpejo praecipitaretur, ut nunc, cum hostilem erga patriam declarans animum *Senones imitatur.* Unus MS. habet, *postquam imitari eos coepisti.*

9. *Ubi nunc aedem Monetae videmus.*] Livius: *Adjectae mortuo notae sunt: publica una, quod, cum domus ejus fuisset, ubi nunc aedes atque officina Monetae est, latum ad populum est, nequis patricius in arce aut Capitolio habitaret.* VORST. *Aedem Monetae* vovit Cicerejus Liv. L. XLII. 7. PERIZON. Paulo ante antiquæ Editt. praeter Mog. *Qui domum eo loci habuerat.* Sed Mog. cum MSS. *Quia*, ut Pighius emendavit.

10. *Par indignatio adversus Sp. Cassium erupit*] Veteres libri hæc plenius, *Par indignatio civitatis adversus, &c.* PIGH. *Par indignatio civitatis. Civitatis* omiserat Aldus; quod exemplum multi deinde sunt secuti: sed consentientibus omnibus MSS. servant Ascens. Mediol. Ven. & Mog.

11. *Interempto domum superjecit.*] Non corpori ejus superinjectum fuisse intellige, sed postquam ipse erat interfectus, domum quoque ejus esse dejectam. Sic enim ceteri rem narrant. Liv. L. II. 41. *Dirutas publice aedes.* PERIZON.

 12. Quod

Ann. urb. 214. Livius IV. 16. Cic. p. domo.

que [12] quod prius domicilium impotentis viri fuerat, nunc religiosae severitatis monimentum est. Eadem ausum Sp. Melium consimili exitu patria multavit. Area vero domus ejus, [13] quo justitia supplicii notior ad posteros perveniret, [14] *Aequimelii* appellationem traxit.

Ann. urb. 632 & 653. Livius LXI. & LXIX. Plut Mario & Gracchis.

Quantum ergo odii adversus hostes libertatis insitum animis antiqui haberent, parietum ac tectorum, [15] in quibus versati fuerant, ruinis testabantur. Ideoque & [16] M. Flacci, & L. Saturnini, seditiosissimorum civium, corporibus trucidatis, penates ab imis fundamentis eruti sunt. Ceterum [17] Flac-

12. *Quod prius domicilium potentissimi viri fuerat*] In Campensi, Wincheliano atque Atrebatensi aliisque legitur; *impotentis viri*. Recte, significat enim *impotens* nimis potens, auctore Donato, περισθενής. unde Livius *impotentem decemvirorum dominatum* dixit, atque *impotentissimum tyrannum* Quintilianus. PIGH. *Quod prius domicilium impotentis viri fuerat.* Ita legendum docet Pighius e pluribus MSS. Et habent quoque ita codices Brand. vetusque Ed. Mart. Herbip. Aldus & Chalcocond. ediderunt *potentissimi viri*, sed quid est hic *impotens*. Pighius putat significari *nimis potentem*; ut hic *In* significationem augeat. Verum *impotens* & ideo dictus videri potest Sp. Cassius, quod minus potens sui ipsius fuerit, sibique moderari non potuerit, quin dominatum affectaret. VORST. *Viri potentissimi* habet uterque Med. *præpotentis*. Bit. prim. *potentis*, alii sept. *impotentissimi*. Ultraj. prim. *Impotentis.* Ultraj. sec. Leid. quint. Multo autem rectius quam Pighius, qui per Græcum περισθενής explicuit τὸ *impotens*, per ἀκρατὴς reddidit illud Lambinus, ut sit incontinens, effrenatus, rationi non obediens, ad Horat. L. I. ode, 37. Vell. Pat. L. II. 29. 3. *Potentia sua nunquam aut raro ad impotentiam usus.* Et sic ab eodem C. Marius L. II. 11. 1. dicitur, *Quantum bello optimus, tantum pace pessimus, immodicus gloriae, insatiabilis, impotens, semperque inquietus.*

13. *Quo justitia supplicii notior ad posteros perveniret*] Præferendam puto Wincheliani aliorumque trium codicum lectionem; *Quo justi supplicii notitia ad posteros perveniret*. PIGH. *Notitia*. Lib. Dan. *Notio* Glossarium: *Notio* διάγνωσις. Sed differunt alias *Notitia* & *Notio*, *Notio* ἡ διάγνωσις. *Notitia* γνῶσις. Hinc *Bonorum malorumque notionem* leges apud Ciceronem lib. IV de Fin. COLER. *Quo justi supplicii notitia ad posteros perveniret.* Ita Pighius e Wincheliano & aliis codd. Aldus ediderat sic, *Quo justitia supplicii notior ad posteros perveniret.* Neque aliter ceteri veteres typis expressi & Brandeb. MSS. VORST. Similiter quoque tredecim MSS. nostri, & omnes, quas inspexi Edd. Nec video cur hoc Wincheliani codicis lectioni debuerit postponi. Nam area illa traxit *Aequimelii* appellationem revera, ut justitia supplicii eo esset testatior, quod populus Romanus judicabat *Aequum* accidisse *Melio*. Testis locuples Cic. pro Domo C. 38 *Sp. Melii regnum appetentis domus est complanata. Ecquid aliud? Aequum accidisse Melio Populus Romanus judicavit, nomine ipso Aequimelii stultitia poenae comprobata est.* Ubi summus vir J. Georg. Grævius judicat, Ciceronis manum fuisse. *Nomine ipso Aequimelii Melii poena comprobata est.* Possis etiam suspicari Ciceronis locum ante oculos, ut saepius, habuisse Valerium, & Ciceronem scripsisse, *nomine ipso Aequimelii justitia poenae comprobata est.*

14. *Aequimelii appellationem traxit*] Domus Sp. Melii diruta fuit, ut ex Lib. IV. Livii apparet. Et area domus videtur *Aequimelium* dicta, quod Melii domus solo esset aequata. VORST.

15. *In quibus versati fuerant, ruinis testantur.*] Sic lego in solo Ultraj. sec. reliqui cum omnibus editis ante Pighium praeter Mogunt. *Testabantur* præferunt, quod concinnius. *Veteres testabantur ruinis tectorum, quantum odii insitum animis haberent.* Probabat hoc omnino Perizonius.

16. *M. Flacci*] In C. Gracchi seditione est Fulvii Flacci mentio apud Flor. L. LVIII. sed in Apulejana nulla. Utrum igitur in Floro omissum, an a Valerio diversorum temporum nomina connexa, incertum. Nam C. Gracchi caedes plusquam nonaginta annis praecessit Saturninam seditionem. Considerandum igitur lectori, quis fuerit M. ille Flaccus, quem hic adducit Valerius. Fuit M. Fulvius Flaccus cum

[17] Flacciana area [18] cum diu penatibus vacua mansisset, [19] à Q. Catulo Cimbricis spoliis adornata est.

Viguit in nostra civitate Ti. & C. Gracchorum summa nobilitas, ac spes amplissima: sed quia statum civitatis conati erant convellere, insepulta cadavera jacuerunt: supremusque humanae conditionis honos filiis Gracchi, & nepotibus Africani defuit. Quin etiam [20] familiares eorum, nequis reipubl. inimicis amicus esse vellet, [21] de robore praecipitati sunt. Idem

Ann. urb. 652. Cic. p. domo. Ann. urb. 620. & 632. Livius LVIII. & LXI. Plutarch. App. Civil. I. Livius XXXVIII. Festus.

cum M. Plautio Hypsaeo Cos. quinquennio ante C. Gracchi caedem, a quo usque ad Apulejanam seditionem 26. aut circiter sunt anni: ut non satis commode de eo intelligi queat. GLAREAN. *M. Flacci.* Fulvius Flaccus consularis, socius ejus furoris, quo C. Gracchus correptus fuit. VORST.

17. *Area Flacciana*] Monet Colerus Ciceronem in orat. pro domo, non de Flacci, sed de Fulvii domo hoc praedicare. Verum sciendum Fulvium istum, cujus Cicero mentionem facit, ipsum Flaccum esse. Nomen enim ei utrumque fuit & *Fulvii* & *Flacci*, ut ex Epit. L. LXI. Livii apparet. VORST. Nihil certius. Ipse Cic. pro Domo C. 38. *Ut domus M. Tullii Ciceronis cum domo Fulvii Flacci ad memoriam poenae publice constitutae conjuncta esse videatur.* Sed non opus est probari.

18. *Cum diu penatibus vacua mansisset*] Ultraj. prim. Harl. Barb. prim. Med. uterque. Leid. sec. Cop. Periz. *Cum diu pene vacua mansisset*. Bit. prim. delet *penatibus*. Certe etiam postea *penates* nullos habuit, nam porticum in ea Catulus exstruxit, quam Cimbricis spoliis ornavit. *Penatibus* potest additum videri a sciolo putante, illud e proxime antecedentibus repetendum; cum Valerius significarit, non modo nullam domum in ea area fuisse exstructam, sed illam omni quoque, sive monumento, sive alio substructionis genere, prorsus fuisse vacuam, & tantum aream publicam fuisse. J. Fr. Gronov. L. IV. Obs. 19. cum etiam in Membranis Andinis reperisset *pene vacua*, legit *poenae vacua*. i. e. In poenam, poenae nomine, ut monumentum poenae esset. Quod si cui magis arrideat, me non valde dissentientem habebit.

19. *A Q. Catulo*] Cicero de domo Fulvii non Flacci hoc praedicat. Orat. pro Domo. COLER.

20. *Familiares*] Nonnulli MSS. *Familiarires.*

21. *De robore*] Quod genus carceris id fuerit alii ex Plauto & Lucretio docuere. Sed quomodo de Robore præcipitatus est? COLER. *De robore praecipitati sunt.* Festus. *Robur quoque in carcere dicitur is locus, quo praecipitatur maleficorum genus, quod ante robustis areis includebatur.* Livius L. XXXIX. *Ut in carcere inter fures nocturnos vir clarissimus Scipio includatur, & in robore ac tenebris expiret.* Sed quomodo *de robore praecipitati* dicuntur, si robur est ipse locus, in quo malefici fuerunt? Ita enim, *In robur* præcipitati potius dici debuisse videntur. Lips. in notis in Lib. IV. Taciti scribit. *Robur* videri potius locum supplicii, quam custodiae; atque ita hoc loco accepisse Valerium. Sed ne sic quidem *de robore praecipitati* commode dici videntur. Quid si legatur, *In robore praecipitati.* Idque pro *in robur praecipitati.* Notum enim vocabulis sexti casus motum ad locum interdum significari. VORST. Noster L. IV. 7. 1. *a Senatu consulibus mandatum*, dicit, *ut in eos, qui cum Graccho consenserant more majorum animadverterent.* Et Plutarch in Gracchis p. 834. scribit, Familiaribus ipsorum partim aqua & igni interdictum, partim eos esse interfectos. Appian. multos τῶν γεωχειῶν caesos cum ipso, & in flumen abjectos. p. 360. Ed. Steph. Liv. Ep. 58. *Et inter alios, qui in eadem seditione occisi erant, insepultus in flumen projectus.* Interea MSS. nihil mutant. Oliverius putat ita significari eos praecipitatos esse, postquam aliquot dies *in robore*, i. e. carcere fuerant adservati. Sed quo exemplo docebit, hoc more Romano dictum? *De robore* fateor hic mihi non placere, nec invenire me tamen, quid pro certo ei possit substitui, fateor id quoque. Conjicio tamen auctorem scripsisse, *De rupe praecipitati sunt. De rupe Tarpeja* videlicet, quae saepe simpliciter *Saxum* appellatur. Horat. L. I. Sat. 6. 38.

Tune Syri, Damae aut Dionysi filius audes
Dejicere e Saxo cives, aut tradere Cadmo.

Gell. L. XI. Cap. 18. *Servos item furti manifesti prensos*

2. Ann. urb. 268 Zonaras. Idem ſibi tam licere [22] P. Mucius tribunus pleb. [23] quam Senatui & populo Romano credidit, qui omnes collegas ſuos, [24] qui, duce Sp. Caſſio id egerant, ut magiſtratibus non ſubrogatis, communis libertas in dubium vocaretur, vivos cremavit. Nihil profecto hac ſeveritate fidentius; unus enim tribunus eam poenam [25] novem collegis inferre auſus eſt, quam novem tribuni ab uno collega [26] exigere perhorruiſſent.

3. Ann. urb. 517. Ammian. Marcell. xiv. Zonaras. [27] Libertatis adhuc cuſtos & vindex ſeveritas; [28] ſed pro dignitate etiam ac pro diſciplina [29] aeque gravis. [30] M. enim Claudium ſenatus Corſis, quia turpem cum his pacem fecerat, [31] dedidit: quam ab ho-

prenſos verberibus affici, & e ſaxo praecipitari. Sic Sex. Licinium ſenatorem *de ſaxo dejectum* dicit Liv. Epit. LXXX. quem Vell. Pat. L. II. 24. 2. *Saxo Tarpejo dejectum* ſcribit. Hoc Saxum *rupes* dicitur a Prop. L. IV. I. 7.

Tarpejuſque pater nuda de rupe tonabat.

Tac. L. III. Hiſt. 71. *Tum diverſos Capitolii aditus invadunt, juxta lucum aſyli, & qua Tarpeja rupes centum gradibus aditur.* Nequid vero diſſimulem, *de rupe* paulo longius a MSS. lectione abire videtur, & alibi familiares Gracchi de ſaxo Tarpejo praecipitatos legere non memini. Quare etiam nunc ampliandum cenſeo, tu melius quid inveni, Lector erudite, & ingenio atque doctrinæ tuæ primus plaudam.

22. *P. Mucius*] Mirum ſane de quonam Caſſio loquatur Valerius, in quem Mucius hic tribunus inſurrexerit. Nam ſi de eo, qui ter Coſ. fuit, bis triumphavit, denique primus legem Agrariam tulit, ut Livius Lib. II. refert. Dionyſius Lib. VIII. qui factum eſt ut neuter Author tribunorum poenae ne uno quidem verbo meminerit. Imo contra Dionyſius tribunos ſe meliori parti applicuiſſe plane ſcribit, & C. Robulejum ſe inter conſulum diſcordiam medium interpoſuiſſe, confirmat: ut ſane, quantum ſit fidei his dandum vehementer ambigam. poenam etiam libertatis oppreſſoribus non ignem, ſed de ſaxo Tarpejo praecipitatio ab eodem Dionyſio perhibetur, & exemplum M. Manlii comprobat. Caeſar quidem lib. I. Commentariorum refert Helvetios Eventricho duci talem poenam conſtituiſſe: apud Romanos vero haud ſcio ullum ejus poenae exemplum. At ita Romani ſcribunt hiſtorias. GLAREAN.

23. *Quam ſenatui & Populo Romano*] MSS. Sex, *Quam Senatus Populuſque Romanus*, quod habent etiam typis expreſſi ante Pighium praeter Mog. Copeſ. expunxit *tam* & *quam*, & loca vacua reliquit.

24. *Qui duce Sp. Caſſio*] MSS. tres *quia*. Ultraj. prim. *quoniam*. Mox pro *vivos*. Cop. *Novem viros* Barb. prim. *Novem vivos*.

25. *Novem collegis*] Errat Valerius, nondum enim erant decem tribuni, confer Liv. L. II. 41. 58. & L. III. 30. PERIZON. Pighius in Faſtis ad A. 268. ita citat verba Valerii, quaſi dixerit Mucium collegas ſuos cremaſſe *ex ſenatus populique auctoritate, ut quidam annales produnt*, & addit deinde. *Ex eorum procul dubio annalibus, qui etiam tum decem tribunos plebis fuiſſe volunt.* Item, *Tanta eſt Annalium ejus temporis diverſitas, ut obſcurum ſit in extrema illa antiquitate, quibuſnam auctoribus fides haberi poſſit.* Haec ſcilicet fingenda illi erant, ut erroris culpa Valerius liberaretur: certius enim mihi videtur, quam ut dubitari poſſit, nullos Annales fuiſſe, qui ſtatuerunt, jam tum decem tribunos fuiſſe. Et ſolet Auctor ſaepius numerum ſui temporis, vel qui florente Rep. maxime viguit, antiquiſſimis temporibus tribuere. Vide ſupra L. I. I. I. ubi *Quindecimviros ſacrorum* videtur vocaſſe, quantum ex MSS. licet colligere, qui *decemviri* fuerint.

26. *Exigere exhorruiſſent*] In manuſcriptis; *perhorruiſſent*: Ciceroni frequens vocabulum. PIGH. *Ab uno collega exigere perhorruiſſent.* Ita & Codd. Brand. vetuſque editio Chalcoc. Aldus *Exhorruiſſent.* VORST. Item Ven. & Mediol. Sed *perhorruiſſent* Ed. Mog. cum omnibus MSS. Hor. L. III. 16. 18.

——— ——— jure perhorrui
Late conſpicuum tollere verticem.

27. *Libertatis adhuc cuſtos & vindex ſeveritas, ſed pro dignitate etiam ac pro diſciplina aeque gravis*] Haec in Cauchiano plenius ac foecundius; *Libertatis rigida adhuc cuſtos, & vindex ſeveritas, ſed pro dignitate ac diſciplina aeque gra-*

hostibus non acceptum, in publica custodia [32] necari jussit. Semel laesa majestate imperii, quot modis irae pertinax vindex! factum ejus rescidit, libertatem ademit, spiritum extinxit, corpus contumelia carceris & [33] detestandae Gemoniarum scalarum nota foedavit. [34] Atque hic quidem senatus animadversionem meruerat. Cn. autem Cornelius Scipio, Hispalli filius, prius quam mereri posset, expertus est. Nam cum ei Hispania provincia sorte obvenisset, ne illuc iret, decrevit; adjecta caussa, quod recte facere nesciret. [35] Itaque Cornelius [36] propter vitae inhonestum actum, sine ullo provinciali ministerio, [37] tantum non repetundarum lege damnatus est.

Ann. urb. 644.

Ann. urb. 663.

gravis inventa est. PIGH. *Libertatis rigida adhuc custos. Rigida* adjecit Pighius è cod. Cauchiano. Ab aliis abest. VORST. Itaque cum & ego illud ab omnibus omnino MSS. & editionibus abesse deprehenderem, etiam hinc expellendum censui.

28. *Sed pro dignitate ac disciplina*] MSS. duodecim cum omnibus ante Pighium editis. *Sed pro libertate etiam ac pro disciplina*, nisi quod nonnulli MSS. *pro* posterius omittunt. Ultraj. prim. *Pro dignitate etiam ad disciplinam.*

29. *Aeque gravis inventa est*] Et hic è cod. Cauchiano Pighius aliquid adjecit, & quidem *inventa est.* VORST. Similiter & hoc nusquam mihi comparuit. Adeo usitatus est nominativorum ita absolute in principio exempli positorum usus, ut loca coacervare putidum foret.

30. *M. enim Clodium*] MSS. duodecim cum Ed. Mog. *M. enim Claudium* legunt. Quare quum *Claudius* etiam dicatur ab Ammiano in fine L. XIV. & Pighius quoque in Fast. *Claudium* appellet, putetque fuisse *M. Claudium Gliciam*, hic ita scribendum curavi.

31. *Dedidit*] MSS. mendose *dedit.*

32. *Necari jussit. Semel laesa majestate imperii, quot modis ira pertinax vindex &c.*] Intelligit *Senatum.* Lege igitur omnino cum MS. *irae pertinax.* Ut *tenax* cum Genit. Sic. VI. 5. 1. *deposita belli gerendi pertinacia.* PERIZON.

33. *Detestanda Gemoniarum Scalarum nota*] *Scalae Gemoniae* locus quo damnatorum corpora tracta. Plin. VIII. 40. *gradus Gemonios* vocat. VORST. Illo tempore non puto quidquam de *Gemoniis* in Annalibus occurrere. PERIZON.

34. *Atque hic quidem*] MSS. octo *Eque hic quidem.* i. e. *Aeque.* Sed praestat *atque.* Tum Ultraj. prim. *Quam Cornelius Scipio.*

35. *Itaque Cornelius propter vitae inhonestum actum, sine ullo provinciali ministerio, tamen repetundarum lege damnatus est*] Probo ut extant haec partim in Cauchiano, partim in Atrebatensi aliisque; *Itaque quaestor Cornelius propter vitam inhoneste actam sine ullo provinciali ministerio tantum non repetundarum lege damnatus est. Tantumnon* istic pro ferme usurpat, ut saepe Suetonius ac Livius. PIGH. *Itaque Cornelius propter vitam inhoneste actam, sine ullo provinciali ministerio, tantum non repetundarum lege damnatus est.* Ita omnino haec legenda videntur. Et reperit ita Pighius partim in Cauchiano, partim in Atrebatensi aliisque Codd. Sed addit ille & *Quaestor*, legitque *Quaestor Cornelius*: quae vox minus commoda videtur, & abest ab utroque Cod. Brand. Pro verbis *propter vitam inhoneste actam* alii Codices, inque his & Brandeburgenses habent, *propter vitae inhonestum actum.* Denique *tantum non*, quod nostro frequens est pro *ferme*, in uno quoque Cod. Brand. apparet. VORST.

36. *Propter vitam inhoneste actam*] Omnes fere Codd. *vitae inhonestum actum.* Quod retineo. Nam sicuti *agere vitam*, sic & *actus vitae* recte dici potest, praesertim a Valerio, qui cam vocem saepissime adhibet. sic. VII. 1. 1. *hunc vitae actum ejus consentaneus finis excepit.* Supra de Diphilo *inter actum.* PERIZON. *Vitae inhonestum actum.* Reperio hoc in MSS. quatuordecim & omnibus editionibus. Leid. prim. *Itaque a Q. Cornelio Cornelius.* Ed. Mog. *Itaque a Q. Cornelio propter.*

37. *Tantum non*] MSS. pari fere numero, *tamen*, *tantum*, & *tantummodo* habent. Ultraj. primus totum omittit. Vide supra L. I. 8. 10.

38. *Ne in C. quidem Vettieno*] MSS. Harl. *Veturio.* Ultraj. prim. *Nectieno.* plerique *Vetie-*

eſt. [38] Ne in C. quidem Vettieno, qui [39] ſiniſtrae manus digitos, [40] ne bello Italico militaret, abſciderat, ſeveritas ſenatus ceſſavit. Publicatis enim bonis ejus, ipſum aeternis vinculis puniendum cenſuit, effecitque, ut, quem honeſte ſpiritum profundere in acie noluerat, turpiter in catenis conſumeret.

4. Id factum imitatus [41] M. Curius conſul, [42] cum delectum ſubito edicere coactus eſſet, [43] & juniorum nemo reſpondiſſet, conjectis in ſortem omnibus tribubus, [44] *Polliae*, quae proxima exierat, [45] *primum nomen urna extractum citari* juſſit: neque eo reſpondente, bona adoleſcentis haſtae ſub-

Ann. urb. 478. Livius xiv. Non. Marcel. ex Varr. v. Nebulones.

tieno. Sic Ed. Ven. & Mediol. *Vecieno*, Mog. *Vatieno*, Ald. Aſc. & reliqui.

39. *Siniſtrae manus*] Fuiſſe quoſdam in Italia, qui ne militarent, ſibi digitos praecidere ſolerent, notavit Ammianus Marcellinus; eos *Murcos* fuiſſe dictos ſcilicet. Hinc factum ut hominem ignavum & vecordem *Murcidum* vocarent. Auguſtinus Lib. IV. cap. 16. de civit. Dei: *Deam Murciam, quae praeter modum non moveret ac faceret hominem, ut ait Pomponius, Murcidum, id eſt, nimis deſidioſum & inactuoſum.* Fuit aliquando, ut legendum putarem apud Auguſtinum *Pompejus* pro Pomponius, Feſtum intelligendo, qui vocem *Murcidus* interpretatur ignavum & ſtultum. Murciae meminit etiam Tertullianus & Arnobius. Servius Daniel. ad VIII. Aeneid. *Ideo Murcia dicta, quia quidam vicinum montem Murcum dictum volunt, alii quod fanum Veneris Verticordiae ibi fuerit, circa quod nemus Martis fuiſſet, inde mutata litera Murtium appellatum.* & quae ibi addit. COLER. Ita Auguſtus *equitem Romanum, quod duobus filiis adoleſcentibus cauſſa detrectandi ſacramenti pollices amputaſſet, ipſum bonaque ſubjecit haſtae.* apud Suet. in Aug. c. 24. ubi vide Torrentium. PERIZON.

40. *Ne bello Italico militaret, abſciderat*] In Cauchiano; *ſibi abſciderat*. non male. PIGH. Sed vox ea abeſt a MSS. quatuordecim, & omnibus editis, quae ut non male addi poteſt, ita tamen non deſideratur.

41. *M. Curius*] Alii C. Curium vocant. Sed Varro etiam Manium Curium Γεροντοδιδασκάλῳ: *Manius Curius. Cos. in Capitolio cum delectum haberet, nec citatus à tribu civis reſpondiſſet, vendidit tenebrionem.* COLER. Hunc & C. *Curium* vocari obſervat Colerus. itemque quod Varro eum vocaverit *Manium Curium*, apud Nonium voce *nebulones*. Illud *Manius* in uno quoque Cod. Brand. aſcriptum video. VORST. *Manius* eſt etiam in Bit. primo, ceteri cum editis *M.* habent. Sic & ſupra L. IV. 3. 5. ubi vide. Quod autem Curium dicit id factum eſſe imitatum, non alio ſignificatu accipi debet, quam ſimiliter ipſum feciſſe. Curius enim longe antiquior eſt bello Italico, ut bene hic admonebat Perizonius.

42. *Cum delectum ſubitum educere coactus eſſet*] In manuſcriptis: *ſubito edicere.* Sic Livius, *Edicere conventum*, *Edicere diem.* PIGH. *Delectum ſubito edicere.* Ita Pighius ex MSS. Habetque ita unus quoque Cod. Brand. Aldus *Delectum ſubitum educere*: quae lectio in altero Cod. Brand. apparet. Ceterum *edicere delectum*, dictum fuerit, ut Livius dixit, *edicere conventum, diem.* VORST. *Delectum ſubito edicere*, habent complures MSS. *edicere*, ſed in quatuor eorum eſt *ſubitum educere. Subito edicere*, etiam Ed. Mog. ceterae *educere.*

43. *Et juniorum nemo*] Ultraj. prim. *Manioque nemo.*

44. *Polliae quae proxima exierat*] Mallem, *quae prima.* atque in his vocibus ſaepe commutatum. LIPS. *Quae proxima.* Malit Lipſius: *Quae prima exierat.* COLER repetit hoc Vorſtius. *Proxima* ſervant omnes MSS. videndus Gifanii Ind. in Lucret. p. 408. *Prima* Lipſii videtur Perizonio non placuiſſe, quia altero verbo poſt *primum* ſequitur.

45. *Primum nomen urna extractum*] Med. prim. *Nomen adoleſcentis urna extractum*, & deinde poſt *bona*, delet *adoleſcentis.*

46. *Ad conſulis tribunal cucurrit*] Sic habet Bit. ſec. Ultraj. ſec. & Ed. Mog. Alii duodecim, *ad conſulum tribunal*, cum Edd. ceteris.

47. *Tum M. Curius praefatus*] Unus codex Brand. diſerte *Manium* hic vocat, alter *Manium*

subjecit. Quod ut illi nuntiatum est, 46 ad consulis tribunal cucurrit, collegiumque tribunorum appellavit. 47 Tunc M. Curius praefatus, 48 *non opus esse eo cive reipub. qui parere nesciret*, & bona ejus & ipsum vendidit.

5. Aeque tenax propositi L. Domitius. 49 Nam cum Siciliam praetor regeret, 50 & ad eum eximiae magnitudinis aper allatus esset, *adduci ad se pastorem, cujus manu occisus erat*, jussit. 51 Interrogatumque, *qui eam bestiam confecisset*, postquam comperit, usum venabulo, 52 cruci suffixit. Quia ipse 53 ad exturbanda latrocinia, quibus provincia vastabatur, *ne quis telum haberet*, 54 edixerat. Hoc aliquis 55 in fine severitatis & saevi- Ann. urb. 655. Cic. Verrin. VII. 3.

nium Curium. VORST. *Manium* hic vocat etiam Ultraj. prim. & Bit. uterque.

48. *Non opus esse eo cive Reip*] Varro apud Nonium, voce *Nebulones: Manius Curius consul in Capitolio, cum delectum haberet, nec citatus in tribu civis respondisset, vendidit tenebrionem.* VORST.

49. *Nam cum Siciliam propraetor regeret*] A Pighio hoc est, antiquiores habent *praetor*, ut longe maxima pars MSS. Leid. quart. & quint. *Praetor Romanus* Ultraj. sec. *pro Romanis*, quod est in edit. Mog. *Praetor* quoque appellatur a Cic. L. v. in Ver. 3. Neque in Fastis Pighius ullum satis idoneum protulit argumentum, quo liqueat hunc etiamnunc praetorem, ut alios multos, Siciliae non praefuisse. Flor. L. III. 19. 7. *Quin illud quoque (ultimum belli dedecus) castra capta sunt praetorum.* Et videtur nostro illud praecipue curae non fuisse, ut haec ita accurate distingueret, quod supra jam saepius licuit intelligere.

50. *Et ad eum eximiae magnitudinis aper allatus esset*] MSS. novem *dum ad eum.* Ultraj. prim. *cumque ad eum.* Leid. sext. *Illatus esset.* Sed *allatus* est etiam apud Ciceronem.

51. *Interrogatumque quomodo eam bestiam confecisset*] Rectius in Susiano & aliis: *Interrogatumque quo telo*, Responsum namque, venabulo. Atrebatensis liber habet, *Qui eam bestiam confixisset.* Et sic fere Ciceronis sunt verba; *Quaesisse Domitium, qui tantam bestiam percussisset.* PIGH. *Quo telo.* Insignis plane & palmaria lectio e libro Danielis: *Qui eam bestiam confecisset.* Cruce digniores sunt interpolatores isti, quam bonus ille pastor. Sic autem & Cicero, de quo mutuatus est Valerius: *Quaesisse Domitium, qui tantam bestiam percussisset.* COLER. *Interrogatumque, qui eam bestiam confecisset.* Ita scriptum reperit Pighius in Atrebatensi, Colerus in P. Danielis, & Jac. Schegkius in suo codice. Habetque ita quoque unus cod. Brand. Alter pro *qui* habet *quo.* Pighius ex Susiano & aliis malit legi *quo telo.* Verum *qui* apud ipsum quoque Ciceronem est in 7 Ver. *Quaesisse Domitium qui tantam bestiam percussisset.* Sed nec contextus patitur ut apud Valerium aliter legatur. Edixerat Domitius, nequis telum haberet; adeoque nec venabulum. Quam ineptum igitur esset quaerere, quo telo confecisset, cum praesumendum esset, telum eum nullum habuisse! Vide & Schegkium in Praemessa. VORST. *Quo telo* habet uterque Med. Leid. quart. *quo eam.* sext. *quomodo.* Barb. prim. *qua vi.* Ceteri cum Ed. Mog. *Qui. Qua vi*, defendit Gudius ad Phaed. L. I. 11. Sed ita, ut fateatur quoque, *qui eam* ferri posse; & ego certe praetulerim, *Qua vi.* Ven. & Med. Asc. *Quo*, Ald. alii *quomodo bestiam confecisset.* Leid. prim. & sext. *Occidisset.* Ultraj. prim. *Confixisset.*

52. *Cruci suffixit*] Omnes MSS. habent *Crucifixit*, & omnes editi ante Pighium. Disjungit utramque vocem Ultraj. prim. quod non omnino improbare videtur Cl. Burmannus ad Quint. L. VII. Inst. c. I. p. 587. Vide & supra L. II. 7. Ext. I.

53. *Ad exturbanda latrocinia*] MSS. *Ad exstirpanda latrocinia*, rectius, ni fallor. PERIZON. *Exstirpanda* habent etiam uterque Ultraj. Leid. tert. & quart. cum Ed. Mog. Vide Gifan. Ind. Lucret. p. 408.

54. *Edixerat*] Ait Marcus Tullius post decessum Aquilii omnia instituta atque edicta Praetorum fuisse ejusmodi: *Ut ne quis cum telo servus esset.* COLER.

55. *In fine severitatis & saevitiae*] In confinio

vitiae ponendum dixerit. diſputatione enim utroque flecti poteſt. Ceterum ratio publici imperii praetorem nimis aſperum exiſtimari non patitur.

6. Sic ſe in viris puniendis ſeveritas [56] exercuit. Sed ne in feminis quidem ſupplicio afficiendis [57] ſegniorem ſe egit. [58] Horatius unus proelio trium Curiatiorum, conditione pugnae omnium Albanorum, victor, cum ex illa clariſſima acie domum repetens ſororem ſuam virginem [59] Curiatii ſponſi mortem profuſius, [60] quam illa aetas debebat, flentem vidiſſet, gladio, quo patriae rem bene geſſerat, interemit: parum pudicas ratus lacrymas, quae praepropero amori dabantur. Quem hoc nomine reum apud populum actum, pater defendit. Ita paullo propenſior animus puellae ad memoriam futuri viri, & fratrem ferocem vindicem, [61] & vindictae tam rigidum aſſenſorem patrem habuit.

Ann. urb. 87. Livius 1. Dionyſ. III.

7. Conſimili ſeveritate ſenatus poſtea uſus Sp. Poſtumio Albino, [62] & Q. Mar-

nio ſeveritatis & ſaevitiae; ut à ſaevitia parum abſit. VORST. Multi MSS. habent *in finem* cum editionibus Pighiana vetuſtioribus. Copeſ. tamen & Leid. quatuor, habent *in fine.* pro *ponendum dixerit*, Perizonius malebat *duxerit.*

56, *Exercuit ſe*] Quae magnis cum difficultatibus fuit conflictata; quae non ſine moleſtia & labore haec omnia rigidae ſuae conſtantiae praebuit exempla, & huc reſpicit, quum *non ſegniorem illam ſe egiſſe* in feminis ſupplicio afficiendis dicat, ne quis ſuſpicetur forte legendum eſſe *exeruit*, ut in conſcriptis notis faciebat Perizonius, ſed in margine libri ſui mutavit ſententiam, jungens etiam linea ducta *τὰ Exercuit*, & *ſegniorem.*

57. *Segniorem ſe egit*] Sic omnes editiones praeter Mog. quae omittit praenomen *ſe* cum undecim MSS. Contra L. IV. 5. I. addunt multi. Pro *ſuffragatorem agere coepit*, ſcribentes *ſuffragatorem ſe agere.* ubi diximus pronomen illud non deſiderari, ſi abſit.

58. *Horatius poſt proelium trium Curatium conditione pugnae omnium Albanorum victor*] Aliter in manuſcriptis: *Horatius unus proelio trium Curatiorum, ac conditione pugnae omnium Albanorum victor.* Pulcherrime. PIGH. *Horatius unus proelio trium Curiatiorum, conditione pugnae omnium Albanorum victor.* Ita Pighius haec reſtituit ex MSS. Nec diſcrepant codices Brandeb. niſi quod pro *unus* habent *prius.* Aldus & Chalcoc. ediderant *poſt proelium.* Ante voces *conditione pugnae* in veteribus editionibus Mart. Herbip. & Calcoc. non male additum *ceterum.* VORST. Miror Pighium ita ſcribere de MSS. ſuis, cum ego *unus* in nullo inveniam, & quod Vorſtius legit in Brandd. exſtat in quatuordecim meis, *prius praelio. poſt praelium* habet Med. ſec. & Periz. in ſeptem additur *ceterum*; & utrumque habet Ed. Mog. in Copeſ. *prius* erat expunctum. Nonnulli *Curiatium: τὸ unus* non audeo improbare, videtur enim in eo eſſe acumen Valerii ludentis illud *τῷ trium*, & deinde, *omnium* opponendo. *ceterum* quamvis non valde deſiderem, tamen poſſet etiam ab Auctore profectum eſſe.

59. *Curiatii ſponſi mortem*] Cop. *Curiatii a ſe interfecti ſponſam mortem.* Sex alii cum Mog. *Curiatii ſponſam mortem &c.*

60. *Quam illa aetas*] Non ſane quia praeter aetatem, ſed quia praeter pietatem legerim itaque: *Quam illa pietas.* Cicero II. De Invent. *Is animadvertit ſororem ſuam de fratrum morte non laborantem, ſponſi autem nomen appellantem identidem Curiatii cum gemitu & lamentatione.* COLER. *Aetas* retinent MSS. omnes, & eſt omnino retinendum, cum eodem reſpectu ſubjungat, *lacrimas, quae praepropero amori dabantur.* Hoc ſenſit Perizonius adſcribens priori voci. *Quia virgo adhuc erat:* poſteriori, *Antequam illi jam eſſet nupta.*

61. *Et vindictae tam rigidum aſſenſorem patrem habuit*] Cop. & Barb. *vindictae* omittunt.

62. *Et Q. Marcio*] In nonnullis MSS. deeſt *Et*; in aliis. Q.

63. *Inceſtae uſu*] Libri duo manuſcripti: *Inceſtae uſu.* alii *inceſtae viſu.* Nugae. lego: *Ince-*

Marcio Philippo consulibus mandavit, ut de his, quae sacris Bacchanalium [63] incestu usae fuerant, inquirerent. [64] A quibus cum multae essent damnatae, [65] in omnes cognatas intra domos animadverterunt: lateque patens opprobrii deformitas, severitate supplicii emendata est. Quia quantum ruboris civitati nostrae mulieres turpiter se gerendo incusserant, tantum laudis graviter punitae attulerunt. Ann. urb. 567. Livius xxxix.

8\. Publicia autem, quae Postumium Albinum consulem; item Licinia, quae Claudium Asellum, viros suos, veneno necaverant, propinquorum decreto strangulatae sunt. Non enim putaverunt severissimi viri, in tam evidenti scelere longum publicae quaestionis tempus exspectandum. Itaque quarum innocentium defensores fuissent, sontium [66] maturi vindices exstiterunt. Ann. urb. 599. Livius xlviii.

9\. Magno scelere horum severitas [67] ad exigendam vindictam concitata est. [68] Egna-

cestuosae. Incestuosus ἄζευκτος. COLER. *Incestu usae.* Ita legendum; non, ut Colerus ex mera conjectura scripsit, *incestuosae*. Est omnino ita in veteribus typis expressis, & Brand. MSS. *Incestu uti* dictum ut *consolatione uti*. Talibus enim ipsi actus, sive boni sive mali, significantur. Pighius in margine notavit, esse & codices, qui *incestae visae* habeant. VORST. *Quae sacris Bacchanalium incestu usae fuerant.* Sic plane quoque MS. Unde lego minima mutatione, *Quae sacris Bacchan. incestis usae fuerant. Incesta* enim revera erant sacra: uti vero sacris illis est ea celebrare, iis interesse. Cic. pro Caelio c. 14. *ideo aquam adduxi, ut ea tu inceste uterere?* Forte & apud Valerium ita legendum. Sic *incesti criminis rea* apud Val. VIII. 1. 5. Cic. pro Caelio c. 5. *Ut exercitatione ludoque campestri tunicati uteremur. vulgari & permissa venere uti* Val. VII. 3. 10. PERIZON. Rupertus p. 370. legit, *Incestu usae erant.* Et explicat hoc, eam fuisse horum sacrorum religionem, ut matronae usum sui dederint cognatis. aitque *usae* hic παθητικῶς usurpari. In quo primum non capio, quare cognatis potissimum matronas usum sui dedisse dicat: deinde, quam caussam habuerit, ut passiva significatione τὸ *usae* hic accipi velit. Barb. prim. Leid. quart. sext. *Incestu.* Sex alii *incesto*: Uterque Ultraj. Leid. quint. *Inceste usae fuerant* & sic Ed. Mog. Quod mihi prae ceteris placet.

64\. *A quibus cum multae essent damnatae*] *A quibus*, puta inquirentibus. Pro *damnatae* in editione Martini Herbip. est *inventae*. VORST. *Inventae* habent Ultraj. sec. & Med. prim.

65\. *In omnes cognatas intra domos animadverterunt*] Ita Aldus & Chalcocondyles ediderant. Habetque ita unus quoque cod. Brand. Nec multum discrepat vetus editio Mart. Herbip. ut quae habet, *cognatorum intra domos*. Pighius tamen maluit, *cognati intra domos animadverterunt*. VORST. Bit. prim. *cognatae*. Leid. prim. *cogite*. quint. *cogatae*. *In omnes cognati*, expuncta erant in Cop. deerant in Med. prim. Ultraj. sec. *cognatorum*, quod exstat etiam in Ed. Mog. Edd. Ven. *cognitas*. Reliqui MSS. cum reliquis Edd. *cognatas*. Verum est quod cognati in eas animadverterunt. Liv. Lib. XXXIX. 18. *Mulieres damnatas cognatis, aut in quorum manu essent tradebant, ut ipsi in privato animadverterent in eas.* Hoc dixit Valerius *cognatas intra domos*, Nam salva erunt omnia, si jungas τὸ *cognatas*, non cum antecedenti *omnes*, sed sequenti *domos*. & dicit, *consules in eas animadvertisse intra domos cognatas*, quoniam eorum sententia & jussu ibi in eas animadversum.

66\. *Maturi vindices*] Nonnulli MSS. *Mature vindices exstiterunt.* Sic Ed. Mog.

67\. *Ad exigendam vindictam*] Leid. quint. & sext. *Ad exercendam vindictam*.

68\. *Egnatii*] *Egnatius* ille *Metellus* dicitur hoc loco. At Plin. L. XIV. c. 13. *Mecennium* vocat & Romuli tempore vixisse, quippe a quo absolutus fuerit, ut idem Plinius ait. Idque videtur verisimile. Vix enim credo, Metellos Romuli vixisse imperio. GLAREAN.

Plin. xiv. 13. Tertull. Apologet. 6. [68] Egnatii autem Metelli longe minori de caussa; qui uxorem, quod vinum bibisset, [69] fuste percussam interemit. Idque factum non accusatore tantum, sed etiam reprehensore caruit; unoquoque existimante, optimo illam exemplo violatae sobrietatis poenas pependisse. Et sane quaecunque femina vini usum [70] immoderate appetit, [71] omnibus & virtutibus januam claudit, & delictis aperit.

[72] Hor-

Egnatii autem Metelli. Nomen viri corruptum est, & hic & apud alios scriptores, sed diversis modis. Verum est mea sententia *Egnatus Metennus.* PERIZON. ad Aelian. L. II. V. H. 38.

69. *Fuste percussam interemit*] Ausim affirmare nos hic uti glossemate pro vera & antiqua dictione auctoris, quamvis hanc meam opinionem parum adjuvent manuscripta exemplaria vulgatae lectioni uno velut ore concinentia. Attamen in Atrebatensis collegii codice ipsius librarii manu juxta hunc locum in margine ascriptum reperio haec verba, Nota Fustim. Quae eadem annotata quoque puto fuisse in exemplari, ex quo hic codex est descriptus. Confirmat meam conjecturam Gemblacensis codex, in quo scriptum fuit; *Fustim percussam.* Sed adfuit corrector nescio quis, mutavitque vocem in, *Fuste*, velut ipsa rasura liquide monstrat. Unde colligo antiquum atque elegans hoc adverbium ipsius olim Valerii nostri fuisse, sed postea evanuisse ex ejus opere, multisque saeculis exulare immerito, propter librariorum ignorantiam, qui hoc tanquam obsoletum atque inusitatum rejicere, ejusque loco glossulam recipere maluerunt. Verba quidem ipsa Valerii haec fuisse autumo, atque ita locum hunc restituendum esse; *Quod vinum bibisset, fustim interemit.* Sunt enim plerunque verborum adjectiva haec adverbia à nominibus derivata, quae modum agendi significant. Eadem formula Livius *punctim magis quam caesim petere hostem* dixit lib. XXII. *Pugio* hinc dictus est, auctore Festo, quod eo *punctim pugnatur.* Atque ejus generis adverbia quam plurima occurrunt antiquos scriptores revolventi, e quibus pauca notasse satis erit. *Amussim*, id est, regulariter, ab amussi deducitur, ut idem Festus tradit: *Morsicatim lusitant*, Varro: *Qui cossim cacat*, Pacuvius dixere, sicut apud Nonium legimus insuper, *Mucronatim*, *filatim*, *passeratim*, *anseratim*, aliaque similia apud Charisium, Lucretium, ceterosque reperimus. Jam vero expendendum lectori relinquo, num & *fustim* legendum sit apud Plinium libro XXII. cap. 13. ubi hoc idem adducit exemplum, maritumque *Egnatium Mecennium* vocat, nescio an errore librarii. *Invenimus*, inquit, *inter exempla Egnatii Mecennii uxorem, quod vinum bibisset e dolio, interfectam fuisse a marito.* Corrigit Sigismundus Gelenius ex Gallio, *interfectam fuste*, cum tamen nihil tale apud Gellium legerim. Equidem ex Valerio *fustim*, scribi posse existimo. PIGH. *Fustim interemit.* Dan. lib. *Fustim percussam interemit.* Sane Pighius τὸ *percussam* cur sustulerit ignoro. Non enim puto ad canones Latinitatis aeque convenire *fustim interimere* & *fustim percutere.* Vellejus libro II. *Ob turpem ex acie fugam fustim percussit.* Porro Egnatium Mecennium vocat Plinius, Tertullianus & alii, quem Valerius (vitiose opinor) Egnatium Metellum. Nam Metelli Caeciliae nominationis fuere. COLER. *Fustim percussam interemit.* Veteres editiones habent *fuste percussam.* Sed Pighius legendum censet *fustim*; quod ejus vocis vestigia invenerit in cod. Gemblacensi, & in alio item manu librarii adscriptam viderit. In uno cod. Brandeb. *furtim percussam:* in altero *finitim percussam* legitur; ut utrobique terminatio *im* itidem appareat. Sed & liber P. Danielis, ut Colerus testatur, habet *fustim percussam.* Ceterum *percussam* perperam à Pighio expunctum Colero assentior. VORST. *Furtim* legit Gudius ad Phaedrum L. I. 2. notatque locum a Pighio corruptum substituente *fustim.* Unde colligas merito haec quoque ipsius esse, quae inter collationes ejus adscripta reperiuntur his verbis. An distingendum legendumque, *Quod vinum bibisset furtim.* (i. e. clam) *percussam interemit.* Vix hoc loco placet, quod pro thesauro eruit Pighius, *fustim.* Pugnat pro nostra lectione ipse Valerius, dum probato viri facto feminam violatae sobrietatis arguit. Pugnat Plinius, qui scribit, *Vinum bibisse e dolio.* Quid hoc aliud est, quam *furtim?* Huc pertinet Oliverii nota ad hunc locum. A. Gellius de Noct.

72 Horridum C. quoque Sulpicii Galli maritale supercilium. Nam uxorem dimisit, quod eam 73 capite aperto foris versatam cognoverat; abscisa sententia, sed tamen 74 aliqua ratione munita. *Lex enim*, inquit, *tibi meos tantum praefinit oculos*, 75 *quibus formam* 76 *tuam approbes. His decoris instrumenta compara: his esto speciosa: horum te certiori crede notitiae. Ulte-* 10

Noct. Att. dicit. *Non minus punitas esse mulieres a judicibus, quae vino usae essent, quam quae adulterium commisissent.* Unde superius in cap. de Instit. Valerius dixit. *Olim Romanis feminis usus vini fuit ignotus.* Non est igitur accusatus, nedum damnatus Metellus, qui uxorem necaverat, quod eam vinum bibisse deprehenderat. Haec Oliv. *Furtim*, autem i. e. Clanculum. Ita Phaed. Fab. 11. Apul. L. VI. *p ellae intervisere properat.* Cic. Junior L. XIV. Ep. 26. diserte. *Mater nostra etiam lagenas inanes obsignabat, ne dicerentur inanes aliquae fuisse, quae furtim essent exsiccatae.* Ita Graeci παρακλεπτοντες πινειν, *furtim bibunt.* Aelian. I. V. H. 4 Hactenus Gudius. Klokkius e MSS. Bas. notat. *Quod vinum biberet furtim, percussam interemit.* Sed N. Heinsius legit *Fusti percussam interemit.* ad Vell. L. II. 78. Quod placuit etiam Guveto. *Fuste percussam*, delet Leid. quint. Ultraj. prim. *Finitimi percussam.* Leid. Sex. *Furtim percussam.* septem alii cum Ed. ante Pighium, *Fuste percussam.* Suspicetur fortasse aliquis, scripsisse eum. *Quod vinum bibisset furtim, fuste percussam interemit.* Ut alterum ob affinitatem literarum exciderit. Ut supra vidimus in *Decios duces.* L. V. 6. 6. & saepius alibi. Id quod hic tanto magis verisimile est, quia τὸ *furtim*, quod dixi hic esse in sex MSS. occurrit in nullo L. VIII 1. Ambust. 1. ubi similiter dicitur, *Mulier matrem fuste percussam interemisse.* Tamen quoniam ceteri scriptores mulieribus apud Romanos usu vini omnino interdictum fuisse tradunt, *Furtim* hic, potius ab errore librariorum ortum crediderim. *Fusti interemit*, citat Periz. ad Aelian. L. II. V. H. 38. Vide & Gifan. Ind. in Lucret. p. 389. *Biberet*, pro, *bibisset*, ut in Bas. Klokkius, ita ego quoque in quinque inveni MSS.

70. *Immoderate appetit*] Tertullianus: *Sub Romulo vero, quae vinum attigerat, impune a Mecennio marito trucidata est.* Quid? vinumne attigerat? Imo biberat, opinor ego. Nisi suo quodam more, attingere dixit pro bibere. Apud Varr. lib. I. de vita pop. Rom. *Quantopere abstemias mulieres voluerint esse, vel ex uno exemplo potest videri.* COLER. Vide Serv. ad Virg. L. I. Aeneid. 741. PERIZON.

71. *Omnibus & virtutibus januam claudit, & delictis aperit*] *Omnibus &* video deesse in sex MSS. & Ed. Mog. Alii cum aliis Edd. *Et virtutibus omnibus*, nisi quod unus & alter MSS. *&* omittunt. Pro *delictis* MSS. tres *vitiis* habent.

72. *Horridum C. quoque Sulpicii Galli maritale supplicium*] Corrige ex septem veterum librorum auctoritate, *Sulpicii Galli maritale supercilium.* Ponitur pro severitate, sicut à Martiale libro primo ad Caesarem:

Terrarum dominum pone supercilium.

Item à Cicerone in Pisoniana, *Ut illo supercilio tanquam Rhadamantus ille niti videretur.* Rursus in Priapejis.

Conveniens Latio pone supercilium.

Supplicium vero tormentum est, quo plicatum corpus afficitur, quo nullo affecit uxorem Gallus, sed duntaxat divortio punivit. PIGH. *Martiale supercilium.* Ita legendum monuit Pighius. Et habet quoque ita unus cod. Brand. Aldus edidit *maritale supplicium.* Quam lectionem vel id quod sequitur refellit; videlicet, quod Sulpicius Gallus uxorem dimiserit. Ponitur autem *supercilium* pro severitate. Ut supra II. 9. *supercilium censorium.* Qua notione ipse quoque Cicero, Martialis, & alii vocem usurpant. Cicero in Pis. *Ut illo supercilio, tanquam Rhadamantus ille niti videretur.* Martialis lib. I. ad Caes. *Terrarum dominum pone supercilium.* VORST. *Supercilium* habent omnes propemodum MSS. & Mog. Ceterae editiones *supplicium.* Quod jure Pighius rejecit. Sic etiam *supercilia tollere* esse hominis superbi, tristis, ac severi, notarunt Viri Docti ad Petron. c. 30. Vide etiam Passerat. & Broukhus. ad Prop. L. I. I. 3.

73. *Capite aperto*] More virginis. Tertull. *Sed virginari volunt sola capitis nuditate.* PIGH. Leid. prim. & Ultraj. sec. *operto.* Sed falsum hoc esse satis apparet ex sequentibus.

74. *Aliqua ratione munita*] Med. & Ultraj. prim. *Mota.* Ultraj. sec. mox delet *tantum.*

75. *Quibus formam*] His finibus oculos uxorios includit Paulus Apostolus, Tertullianus de-

terior tui conspectus supervacua irritatione arcessitus, [77] *in suspicione & crimine haereat necesse est.*

11. Nec aliter sensit Q. Antistius Vetus repudiando uxorem, [78] quod illam in publico cum quadam libertina vulgari secreto loquentem viderat. Nam, ut ita dicam, incunabulis & nutrimentis culpae, non ipsa commotus culpa, [79] citeriorem delicto praebuit ultionem, ut potius caveret injuriam, quam vindicaret.

12. Jungendus est his P. [80] Sempronius Sophus, qui conjugem repudii nota affecit, nihil aliud quam se ignorante [81] ludos ausam spectare. Ergo dum sic olim feminis occurritur, mens earum à delictis aberat.

Externa.

Ceterum, etsi Romanae severitatis exemplis totus terrarum orbis [82] instrui

de cultu foem. *Uxor nulla deformis est suo marito. satis placuit cum electa est, seu moribus seu forma commendata.* COLER.

76. *Et placere desideres*] Nil aliud quam glossema est, à librariis postea insertum, nam e veteribus libris omnibus excluditur. PIGH. Scilicet antea legebatur: *Quibus & formam tuam approbes, & placere desideres.* Sed non in Mog. non in MSS. si Leid. sext. & Periz. exceperis.

77. *In suspicione & crimine haereat necesse est*] In Atrebatensi, *subhaereat.* Aptissime, attenuat enim nonnihil verbi vim praepositio, quemadmodum in, subhorridus, sublucidus, sublucere. PIGH. *In suspicione & crimine subhaereat necesse est. Subhaereat* scripsit Pighius ex cod. Atrebatensi. Alii, inque his Brandeburgenses, habent *haereat.* VORST. *Haereat* habent omnes scripti. Nec opus est ea extenuatione, quam fingit Pighius, qui nescio, an usum verbi *subhaerere* ullo idoneo exemplo probare potuerit. Bit. prim. habet. *Abeat necesse est.* Aeque severus hac in re Caesar apud Suet. 74. *Interrogatusque, cur ideo repudiasset uxorem; Quoniam, inquit, meos tam suspicione, quam crimine, judico carere oportere.*

78. *Quod illam in publico cum quadam libertina vulgari secreto loquentem viderat*] Vix videntur *in publico locutae secreto.* F. *Vulgari scorto.* PERIZON. Leid. sec. *Cum quadam libertina meretricula vulgari.* Quid si eam in via cum sola libertina, nulla alia matrona praesente collocutam credamus? ut *in publico*, sit *in via publica. secreto*, remotis aliis arbitris. cum enim *libertinam vulgarem* dicit, satis intelligi videtur scortum fuisse, quae vulgato corpore quaestum faceret. Sic *Mulier vulgaris* apud Sueton in Vitel. cap. 2. ubi explicuit Torrentius.

79. *Citeriorum delicto*] Quidam codices, ut Pighius in margine notat, habent *citiorem.* Sed *citeriorem* verum est. Et habet ita uterque etiam cod. Brand. Usus ea voce Valerius non semel. Vide supra III. 8. ext. 1. Sensus autem est, ultione delictum eum antevertisse. VORST. Forte *Citeriorem delicto praetulit ultionem.* Sic, *praeferre diem.* PERIZON. Liv. L. XXXIX. 5. *Ne plus in triumpho, quam in bello certaminum haberet, praetulit triumphi diem.*

80. *Sempronius Sophus*] De hoc Pomponius JC. tit. de orig. jur. Falluntur qui pluribus hoc cognomen tribuunt. COLER. Eumdem esse censuit quoque Gudius ad Phaed. L. III. 14.

81. *Ludos ausam spectare*] Atqui ludos scenicos & gladiatores olim feminis spectare licitum. licitum per magistratum, non per maritos. lege eruditissimum Casaubonum ad Sueton. COLER. Sed illa *ignorante marito* ausa erat ludos spectare, quod erat illicitum. *Se ignorante ludos spectare.* Vide L. VIII. §. 3. Cod. de Repudiis. *Vel circensibus vel theatralibus ludis* &c. *Se prohibente, gaudentem.* Suet. in Aug. 44. & ibi Casaub. PERIZON. Multae veterum editionum habent, *Ludos aspectare.*

strui potest, tamen externa summatim cognoscere [83] fastidio non sit. Lacedaemonii *libros Archilochi e civitate sua exportari* jusserunt; quod eorum [84] parum verecundam ac pudicam lectionem arbitrabantur. Noluerunt enim ea liberorum suorum animos imbui, ne plus moribus noceret, quam ingeniis prodesset. Itaque [85] maximum poëtam, aut certe [86] summo proximum, [87] quia domum sibi invisam obscenis maledictis laceraverat, carminum exilio multarunt. 1. Plut. Apoph.

Athenienses autem Timagoram inter officium salutationis [88] Darium regem more gentis illius adulatum, capitali supplicio affecerunt; unius civis humilibus blanditiis totius urbis suae decus Persicae dominationi summissum graviter ferentes. 2. Plut. Artaxerxe. Usser. Ann. 3636.

Jam Cambyses inusitatae severitatis, qui *mali cujusdam judicis* [89] *ex corpore* 3. Herodot. III.

re. Sed aliter MSS. & Edd. vetustissimae.

82. *Instrui potest*] Leid. sext. *Institui*. Octo, *Cognosse*.

83. *Fastidio non erit*] Sic Pighius, quum antea legeretur, *Fastidio non sit*. Quod restitui jubentibus omnibus MSS.

84. *Parum verecundum*] Non tantum acerbus, sed etiam obscoenus fuit. Ejusdem τὸ αἰσχρεπὲς καὶ κακόῤῥημον tangit Suidas. COLER.

85. *Maximum poëtam*] Archilochum puta. Quod autem addit *aut summo proximum*, per *summum* intelligere videtur Homerum. Duos istos conjungit & Vellejus I. 5. 2. *Neque quemquam alium*, inquit, *cujus operis primus auctor fuerit, in eo perfectissimum, praeter Homerum & Archilochum, reperiemus.* Cicero quoque Archilochum inter poëtas praestantissimos, in Or. & II. de fin. numerat. VORST. Vide Perizon ad Aelian. L. x. V. H. 13. 5.

86. *Summo proximum*] Suidae: δευτεραῖος ποιητής. Per summum haud dubie Homerum intelligit, pro cujus sceptro armatur etiam egregius ille Musarum miles Just. Lipsius. Pertinet autem hoc de Archilocho elogium ad Hippodromum Rhetorem, qui Homerum φωνὴν, Archilochum πνεῦμα vocitaverat. Paterculus: *Neque quemquam alium, cujus operis primus auctor fuerit, in eo perfectissimum, praeter Homerum & Archilochum reperiemus.* COLER.

87. *Quia domum sibi invisam obscoenis maled. laceraverat*] Domum intelligit Lycambae, qui Archilocho filiam desponderat, post vero collocarat alii. Qua injuria lacessitus Archilochus carmine Jambico sic in eum lusit, ut prae dolore vitam laqueo finiret. Ovidius in Ibin: *Postmodo si perges, in te mihi liber Iambus Tincta Lycambeo sanguine tela dabit.* Horatius in de Arte P. *Archilochum proprio rabies armavit Iambo.* VORST.

88. *Darium Regem more gentis illius adulatum*] Salmasius, in Exercitat. Plin. in Solinum, legendum censet *more gentis illius adoratum*: ut *adoratum* significatione activa usurpetur. Quae emendatio & Ruperto placet. Jam nihil quidem novi est, praeteritum formae passivae significationem tamen habere activam. Et verbum *adorare* de more illo Persarum saepissime usurpatum reperimus. Sed malim tamen ego cum Gronovio, ut supra IV. 7. ext. 2. *adulata*, ita hic *adulatum* retinere; tum propter consensum codicum tam MSS. quam typis expressorum, tum quod ipsum quoque *adulari* de tali re usurpatum reperitur. Livius IX. 18. *Referre in tanto rege piget superbam mutationem vestis, & desideratas humi jacentium adulationes.* Et XXX. 16. *Qui ubi in castra Rom. & praetorium venerunt, more adulantium, accepto, credo, ritu ex ea regione, ex qua oriundi erant, procubuerunt. Conveniens oratio tam humili adulationi fuit.* Videsis Gronovium ad Liv. IX. 18. VORST. Vide Salm. ad Solin. p. 38. supra L. IV. 3. Ext. ult. Viros Doctos ad Aelian. L. I. V. H. 21. Corn. Nep. Con. 3. *Adoratum* cum Salmasio legebat Rupertus. Ceterum Plut. in Artax. p. 1022. dicit ipsum capitis ab Atheniensibus damnatum διὰ δωροδοκίαν.

89. *Ex corpore*] MSS. plerique *e corpore*.

pore 90 *pellem detractam sellae intendi*, *in eaque filium ejus judicaturum considere* jussit. Ceterum & rex, & barbarus atroci ac nova poena judicis, ne quis postea corrumpi judex posset, providit.

re. Deinde aliquot *intendit* legunt.

90. *Pellem detractam*] Vide omnino Vales. ad Ammian. Marc. L. XXIII. 6. p. 297. Ed. Gron.

CAPUT IV.

DE GRAVITER DICTIS AUT FACTIS.

A ROMANIS.

1. *T.* 1 *Manlio Torquato.*
2. *P. Scipione Aemiliano.*
3. *C. Popilio Laenate.*
4. *Rutilio Rufo.*
5. *M. Junio Bruto procos.*

AB EXTERNIS.

1. *Cinniniensi populo.*
2. *Socrate Atheniensi.*
3. *Alexandro Magno.*
4. *Lacedaemoniis.*
5. *Paedareto Spartano.*

Magnam & bonam laudis partem in claris viris etiam 2 illa vindicant, quae aut ab his graviter dicta aut facta pertinax memoria viribus aeter-

1. *Manlius Torquatus*] Si uspiam toto hoc opere insigniter dormitatum est, sive ab ipso authore, quod vix mihi persuadeo, sive temporum injuria, quod vero similius videtur, id acciderit; certe hoc loco turpiter, tum in personis, tum in temporibus, aberratum est. Quod ut lectori planum faciamus, pauca haec ex Livio apponere operae pretium duximus. Anno ab U. C. 415. Latini per L. Annium Setinum a Romanis postulare ausi sunt, ut alter Consul, item dimidiata Senatus pars, ex Latio sumeretur. Cui postulationi acerrime obstitit T. Manlius Torquatus, tum consul tertium, L. Manlii Imperiosi filius: qui quidem filius, primus in ea familia, Torquati nomen habuisse fertur, quique una cum Decio patre ipsius collega, Latinos ad Veserim fluvium memorabili vicit pugna, ut meminit Livius L. VIII. ab U. C & Cicero III. officiorum. Haec omnibus nota. At longe post, nempe anno 518. ab U. C. cum ad Cannas cecidisset Romanos Hannibal, & in magnis angustiis res Romana esset, quidam authores sunt, Campanos idem a Romanis postulare ausos, quod olim Latini: at Livius eam opinionem non probat. Eodem tamen anno idem scribit Sp. Carvilium senatum monuisse, ut propter senatorum paucitatem in senatum reciperentur Latinorum principes, ut Latini eo fidelius adjutarent rem Romanam. Sed non minus aegre a P. C. auditum Spurii, atque ipsorum quondam Latinorum postulatum. Imo ibi acerrime restitisse T. Manlium Torquatum, stirpis ejus virum: ut ipsemet Manlius apud Livium loquitur, qui Latinos in senatum olim admittere noluerat. Porro idem ille Manlius secundo Punico bello adversus Sp. Carvilium locutus est, qui Consulatum renuerat propter oculorum defectum: deinde aperte professus se Pop. Romani mores ferre non posse, nec illos ipsius, ut Valerius proximo refert exemplo. Ea comitia fuerant anno nono secundi belli Punici, anno sexto post Cannensem cladem. Quare in hoc exemplo & personae & tempora confusa sunt. *Annium* enim *Setinum* Valerius *Campanum* exhibet, & Manlium, qui secundo bello Punico contra Sp. Carvilium locutus est, primi Torquati filium credidit, qui cum P. Decio vicit Latinos ad Veserim. duos Manlios nobis ex uno exhibens, ac unum ex

aeternis comprehendit. Quorum ex abundanti copia, nec parca nimis, nec rursus avida manu, [3] quod magis desiderio satisfaciat, quam satietati abundet, hauriamus.

Civitate nostra Cannensi clade perculsa, cum admodum [4] tenui filo suspensa reipublicae salus ex sociorum fide penderet, ut eorum animi ad imperium Romanum tuendum constantiores essent, majori parti senatus *principes Latinorum in ordinem suum sublegi* placebat. [5] Annius autem Campanus

I. Ann. urb. 537. Livius XXIII.

ex duobus, qui distant plus centum annis. Quid dicam candide Lector? nam libet tecum nunc loqui; tantus author in tot doctorum manibus hodie versatus, a nullo scriptore non citatus, ita corrupte legitur. Non dubito calumniam quorundam me subiturum, quod quaedam liberius tum in authorem ipsum, tum multo magis in codicem depravatum dixerim. Authorem excusat Romanorum scriptorum negligentia, quam etiam Horatius in Arte reprehendere satis salse non est veritus. Codicum tamen fides magis culpanda videtur. Sed quid prohibet? in omnia errata strenue clamemus? Majestas illa Romana scilicet terrebit hominem Christianum? Ea superstitio sit iis, qui Jovem Capitolinum cum Junone & Minerva magis suspiciunt quam Christum, atque adeo ipsam veritatem. Quod verum invenio etiam ab homine Ethnico accipio: quod a veritate alienum nihil ad me attinuerit. Sed ad alia pergamus. GLAREAN.

2. *Illa vindicant*] Harl. Barb. prim. *Illa sibi vindicant.*

3. *Quod magis desiderio satisfaciat, quam satieti abundet, hauriamus*] Videtur omnino legendum, ut est in MS. *Quam satietate abundet, hauriemus.* PERIZON. *Satietate* est etiam in Bit. sec. Leid. prim sec. Ultraj. utroque. Periz. Ed Mog. Quae habet etiam, *Quod magis,* cum ceteri ediderint, *Quo magis.* Sed *quod* tuentur MSS.

4. *Tenui filo*] Ennius:

Hac noctu filo pendebit Hetruria tota.

Ovidius:

Omnia sunt hominum tenui pendentia filo.

Cui rei vero vox *suspensa?* Tollendam omnino arbitror. COLER. Ennius apud Macrob. L. I. Sat 4.

Hac noctu filo pendebit Etruria tota. PERIZON.

5. *Annius autem Campanus etiam consulem alterum Capuae creari debere asseverabat*] Insigniter erratum est à sciolis in hoc exemplo, non enim habet adeo supinam ignorantiae culpam auctori imputare. Animadverto namque in libris veteribus studiosos Valerianis exemplis similes, vel easdem aliis verbis historias commentariorum forma adscripsisse: unde suspicor librariorum imperitia perperam variis locis multa esse huic operi commixta, multa item confuse disturbata, ut diligentius Valerium legenti luce clarius constabit. Saepius enim videtur à veritate historiae prorsus aberrare, quemadmodum hoc imprimis loco. Tradunt enim Livius aliique auctores *L. Annium Setinum* Latinorum principem anno urbis CDXIII. postulare ausum fuisse, ut consulum alter, & dimidia pars senatus ex Latio crearetur, acerrimeque restitisse *T. Manlium Torquatum* consulem III. qui rebellantes tunc Latinos insigni proelio collega P. Decio semet devovente, contudit. Saeculo amplius deinde postea post Cannensem cladem idem ausi sunt postulare Campani cum ad Annibalem deficere vellent, ut idem Livius ex quibusdam annalibus refert, non per Annium sed per legatos suos. eodemque anno à *Sp. Carvilio* de Latinorum, non Campanorum principibus in Senatum recipiendis relatum fuisse. illamque cum relationem aegerrime auditam à patribus, tum acerbissime à *T. Manlio Torquato* consulari, stirpis ejus viro qui Latinos olim repulerat, fuisse rejectam. At noster hic Valerius *Annium* illum *Campanum* facit, ac *T. Manlium* ejus adversarium, *Torquati* illius qui Latinos ante rejecerat filium, cum ne nepos quidem ejus, spacio centum viginti amplius annorum interposito esse potuerit. Sed hi similesque errores sciolorum proculdubio temeritati sunt adscribendi, qui vel exempla male exemplis connectendo, annotationesve operi inserendo perquam turpiter deformarunt hunc auctorem, ut vix sui similis videatur. Atqui huic loco nil fere indicii remansit verae lectionis, praeter-

nus etiam consulem alterum Capuae creari debere asseverabat. sic contusus, & aeger Romani imperii spiritus erat. [6] Tunc Manlius Torquatus, ~~filius~~ ejus, qui Latinos [7] apud Veserim inclyta pugna fuderat, quam poterat clara voce denuntiavit, *si quis sociorum inter Patres conscriptos sententiam dicere ausus esset, continuo eum se interempturum.* Hae unius minae, & Romanorum languentibus animis calorem pristinum reddiderunt, & Italiam

[8] ad

terquam in Campensi codice, quamvis hic admodum depravato, qui ita; *Atanius ille Campanis etiam, &c.* Quid si igitur legamus hoc modo? *Ut Annius olim, Campani etiam consulem alterum Capuae creari debere asseverabant.* Facilis autem lapsus esse potuit inter haec verba, *Ut Annius*, *Atanius*; *olim*, *ille.* Igitur veritati atque historiae hanc lectionem recte congruentem admittere visum fuit, donec certius quid reperiatur. PIGH. *Annius autem Campanus etiam consulem alterum Capuae creari debere asseverabat* Ita in antiquis typis expressis, & utroque etiam Brand. MS. haec leguntur. At Pighius legendum censet, *Ut Annius olim, Campani etiam consulem alterum Capuae creari debere asseverabant.* Nimirum, ne Valerio ullus error aut ἁμάρτημα μνημονικὸν impingeretur, librarios corruptionem fecisse statuendum ipsi visum fuit. Jam L. *Annium Setinum* non *Campanum*, sed *Latinum* fuisse, neque post pugnam Cannensem, sed diu ante eam vixisse verum sane est, & ex lib. VIII. Livii evidenter apparet. Nec tamen impetrare à me possum, ut Valerium erroris ac memoriae lapsus absolvam, omnemque culpam in librarios conferendam putem: quippe cum in commemorandis rebus antiquis eum non semel falsum esse observarim. Vide modo supra III. 2. 20. V. 4. 3. V. 8. 2. & 3. & ad loca ea Notas. VORST. Ut in Brand. legitur, ita quoque exstat in nostris. Nisi quod variant nonnihil in nomine scribendo *Anius*, *Amnius*, *Aminus*, *Annius.* Ed. Mog. *Avius.* Perizon. adscripsit. Cop. *Annius autem Campanus*, & sic omnes. Falsum & hoc. Vide omnino Liv. L. XXIII. 6.

6. *Tunc Manlius Torquatus filius ejus qui Latinos ad Veserim*] Diximus temporis spacium prorsus adversari, ut ejus potuisset esse filius, cum ab illo Manlio ad hunc centum viginti amplius numerentur anni. Legendum igitur opinor, nisi plane hoc loco Valerium dormitasse velimus dicere; *Tunc Manlius Torquatus stirpis ejus qui Latinos, &c.* Sic etenim Livius, *Et praecipue Manlius esse ~~etiam nunc ejus stirpis~~ virum diceret, ex qua quondam in Capitolio consul minatus esset; Quem Latinum in Curia vidisset, eum sua manu se interfecturum*, Adfuit deinde γλωσσογράφος aliquis ineptus, qui vocem *stirpis* vel *stirpes* in primo casu sumens, ut Servius & Sosipater fieri posse volunt, filium interpretatus est, quae glossa deinde in ipsum opus irrepsit librariorum culpa, qui saepe minus obscura rejectis ignotis solent substituere. PIGH. *Manlius Torquatus filius ejus qui Latinos apud Veserim inclyta pugna fuderat.* Non potuit ejus filius esse. Siquidem plus centum annis post eum vixit. Ne igitur ipse Valerius errasse videatur, rursus mutationem faciendam putat Pighius; ita quidem, ut pro *filius* vox generalior *stirpis* substituatur. Verum ut proximum superiorem emendandi conatum non probavi, ita nec hunc probare possum. Ne quidem satis Latine dici videtur quod in editione Pighii est, *Manlius Torquatus stirpis ejus qui Latinos fuderat.* Ita enim *ejus* erit à nominativo masc. generis *is*; & substantivum *stirpis* nullum sibi junctum habebit adjectivum. Citat Pighius illud Livii, *Et praecipue Manlium esse etiamnum ejus stirpis virum diceret, ex qua quondam in Capitolio consul minatus esset:* verum locutioni huic Livii emendatio à Pighio facta minime similis est. *Vir ejus stirpis* cujus formae locutio sit novimus: at *Manlius Torquatus stirpis, ejus* viri scilicet, an bonae formae sit non liquet. VORST. MSS. Nulla vel minima mutatione, *Filius ejus*, retinent. Locus Livii est L. XXIII. 22.

7. *Apud Veserim fluvium*] Ed. Mediol. *Vesuvium fluvium*, quod ibi tueri ex antiquis libris videtur Theophilus. ut & ita legendum apud Aurel. Victor. c. 28. Nisi *Vesuvium* simpliciter ibi velit legi. Rectum est *Veserim fluvium.* Et huc tendunt omnes scripti. Liv. L. VIII. 8. *Pugnatum est sub radicibus Vesuvii montis, qua via ad Veserim ferebat.*

8. *Ad jus civitatis nobiscum exsequendum*] In Gemblacensi ac Atrebatensi aliisque melius,

exac.

[8] ad jus civitatis nobiscum exaequandum consurgere passae non sunt. [9] namque ut patris armis, ita verbis filii fracta cessit.

[10] Par illius quoque Manlii gravitas, cui cum consulatus omnium consensu deferretur, eumque [11] sub excusatione adversae valetudinis oculorum recusaret, instantibus cunctis, *Alium*, inquit, *Quirites*, *quaerite*, *ad quem hunc honorem transferatis. Nam si me gerere eum coëgeritis*, *nec ego mores vestros ferre*, *nec vos meum imperium perpeti poteritis.* Si privati tam-pon-

Ann. urb. 542. Livius XXVI. A. Victor XXVIII. Zonaras.

exaequandum. Ita Cicero, *exaequare precio omnia jura* dixit, Verrina 4. PIGH. ***Exaequandum*** habent uterque Ultraj. Leid. prim. tert. quart. quint. oct. Ed. Mog. reliqui cum aliis Edd. ***Exequendum.*** Recte ***exaequandum*** praetulit Pighius. Quod Perizonius bene exponit. Ut eodem jure uterentur, quo nos. Habebant enim multi jus civitatis, sed non quale ipsi cives Romae. Vide L. IX. 10. I. De Tusculanis: Ubi hoc non animadvertens erravit Pighius. Sic *Aequare leges.* Liv. L. III. 56. ***Et Facinus nulli tyrannorum comparandum.*** Just. L. IV. 3. I. Liv. L. V. 23. ***Jovis, solisque equis aequari dictatorem in religionem etiam trahebant.*** Haec ille.

9. ***Namque ut patris armis, ita verbis filii fracta cessit***] Superior ille lapsus ut excusaretur, alium hunc errorem induxit, cujus & aliam quoque caussam arbitror fuisse compendiosam illam scribendi formulam P. R. in veteribus libris frequenter obviam, in qua interpretanda librarios foedissime lapsos saepe reperimus, non habita, quod oportebat, totius sententiae ratione, ut perperam aliquando cum populi Romani est nota, praetoris vel patris esse existimarint, atque etiam scripserint. Quod idem hic accidisse suspicor, cum in antiquis libris scriptum fuisse putem jam dicta verba; ***Namque ut*** P. R. id est, pop. Rom. ***armis ita verbis illius fracta cessit.*** Quae glossographus duobus Manliis patri (ut putabat) & filio accommodare cupiens, ita interpretatus est, ***Namque ut*** P. R. id est, patris, ***armis***, ***ita verbis illius***, id est, filii ***fracta cessit.*** Et in Campensi quidem exemplari, supra vocem ***filii*** annotatum extat ***illius.*** PIGH. ***Ut patris armis***, ***ita verbis filii fracta cessit.*** Ita legendum; non ut Pighius ex mera conjectura, & ne Valerius unquam errasse putetur, mutavit, ***Ut populi Rom. armis***, ***ita verbis illius.*** VORST. ***Verbis filii.*** Exstat etiam hic in omnibus nostris.

10. ***Par illius quoque Manlii gravitas, cui cum consulatus omnium consensu deferretur***] Hic item error ex jam dicto fonte profluxit. Legendum autem ex Livio aliisque, nisi falsa delectemur historia; ***Par ejusdem quoque Manlii gravitas, cum consulatus omnium consensu deferretur.*** Non enim hic alius, sed is ipse, qui post Cannensem cladem Latinos in curiam admittere noluerat, sicut ex Annalibus nostris manifestum est. PIGH. ***Par illius quoque Manlii gravitas, cui.*** Et hic contra codicum fidem mutationem fecit Pighius, & quidem hoc modo, ***Par ejusdem quoque Manlii gravitas.*** Nimirum ***cui*** expunxit, & pro ***illius*** scripsit ***ejusdem.*** Verum ***cui*** abesse nullo modo potest. Sequitur enim ***Cum consulatus omnium consensu deferretur.*** Consulatus cum defertur, defertur is alicui: & necesse est Dativum in talibus diserte addi. Porro ***cui*** argumento est, quod praecedere debeat non ***ejusdem***, sed ***illius.*** Ceterum quod Valerius sic ut dixi scripsit, Manlium hunc diversum videtur putasse ab eo de quo praedixerat; atque ita manifeste rursus errasse. Constat enim ex Livio & aliis, eundem Manlium qui post Cannensem cladem Latinos in curiam admittere noluit, consulatum recusasse. VORST. Etiam omnes codices, quorum notitia ad me pervenit, retinent ***Illius Manlii gravitas***, ***cui cum.*** Sic quoque MS. Cant. J. Wasse in Ind. Sall. v. ***Fasces.***

11. ***Sub excusatione adversae valetudinis oculorum***] Livius L. XXVI. de eodem Manlio Torquato, ***Oculorum valetudinem excusavit.*** Nimirum ***valetudo*** solum quoque pro valetudine adversa ponitur. Porro ***excusare*** hic est pro ***excusationis caussa afferre.*** Ita Curtius IV. 10. 8. ***excusare consternationem suam:*** & III. 12. 17. ***excusare ignorationem nunquam visi regis.*** Item Tacitus Ann. V. I. ***excusare magnitudinem negotiorum***, & III. II. ***diversa excusare.*** Porro quia dicitur ***excusare adversam valetudinem***, potuit noster item dicere ***excusatio adversae valetudinis.*** VORST.

 12. Mun-

ponderosa vox, quam graves fasces consulis extitissent!

2. Ann. urb. 611. A. Victor. LVIII. Nihilo segnior Scipionis Aemiliani aut in curia, aut in concione gravitas, qui cum haberet consortem censurae [12] Mummium, [13] ut nobilem, ita enervis vitae, pro Rostris dixit, *se ex [14] majestate reipub. omnia gesturum; si sibi cives vel dedissent collegam, vel non dedissent.*

Ann. urb. 609. Idem, cum Ser. Sulpicius Galba, [15] & Aurelius Cotta consules in senatu contenderent, uter adversus Viriatum in Hispaniam mitteretur, ac magna inter patres conscriptos dissensio esset; omnibus, quonam ejus sententia inclinaretur, exspectantibus: *Neutrum*, inquit, *mihi mitti placet*, *quia [16] alter nihil habet*, *alteri nihil est satis;* aeque malam licentis imperii magistram judicans inopiam, atque avaritiam. Quo dicto, ut neuter in provinciam mitteretur, obtinuit.

3. C. vero [17] Popilius à senatu legatus ad Antiochum missus, ut bello se, quo Ptolemaeum lacessebat, abstineret, cum ad eum venisset, atque is

12. *Mummium*] Conveniebat hoc loco ut author diceret, quisnam ille Mummius fuerit. Vix enim mihi persuadeo L. Mummium Achaicum designari, qui proximo post priorem Scipionis Aemiliani consulatum cum L. Cornelio Lentulo consul fuit, Corinthum delevit, & ex ingentibus illis spoliis nihil in domum suam inferri passus est. Nisi in uno homine, quod fieri potest, sint diversae naturae, & diversis temporibus: sed res non est tanti. GLAREAN.

13. *Ut nobilem, ita enervis vitae*] Ger. Vossius, quia Vell. L. I. 13. 2. dicit. *Nec quisquam ex novis hominibus prior Mummio cognomen virtute partum vindicavit*, non dubitat, quin Valerius scripserit, *ignobilem*. Nihil mutandum monuit Perizonius. *Nobilem* tuentur omnes MSS. & studio opposuisse illa, *ut nobilem*, *ita enervis vitae* judico Valerium existimantem, ipsum cum mollioris & effeminatae indolis esset, natalium igitur commendatione ad amplissimum honorem esse evectum.

14. *Majestate Reipub.*] Negat Vertranius, vir doctissimus Latine dici posse *Majestatem Reip.* ex qua caussa huic quoque loco manum adhibuit legens *ex majestate P. R.* Nondum ego in ejus sententiam discessi. Cicero quidem in Partitionibus: *Majestas autem quoniam est magnitudo Pop Rom.* Et sic passim. non eo inficias. sed Cornificius ad Herennium libro IV. *Majestas Reipublicae est, in qua continetur dignitas & amplitudo.* Ita scriptum in omnibus libris, etiam in vetustissima membrana mea. Proinde viderint de illo scito suo Tribuni illi literarii. COLER. *Ex majestate reip. omnia gesturum.* Vertranius scribendum putat *ex majestate populi Romani:* quia *majestas reip.* non satis Latine dicatur. Jam habet quidem unus cod. Brand. *ex majestate P. R.* ut Vertranius voluit; sed putem tamen recte item dici *ex majestate reipublicae*; & hoc loco ita & legendum esse. Auctor ad Herenn. l. IV. ut Colerus monet, habet sic: *Majestas reip. est in qua continetur dignitas & amplitudo.* VORST. Sic L. VI. 3. 3. *Majestas imperii.* L. VI. 5. 4. *Majestas publica.* L. IX. 2. 3. *Reip. Majestas.* PERIZON.

15. *Et Aurelius Cotta*] Pro *Cotta* habent plerique MSS. *consul*, vel *consules*. Scriptum fuerit *Aurelius Cotta coss. Cotta* omisso, *consules* habent veteres Edd.

16. *Alter nihil habet*] Recte in manuscriptis; *Quia alter nihil habet.* PIGH. Bene *quia*, addidit Pighius, quod invenio in omnibus fere scriptis, & vetustissimis Edd. primus quantum video omisit Aldus.

17. *Popilius*] Hujus & nomen & praenomen mire variatum legimus passim in codicibus. Ceterum *Popilius* malim quam *Pompilius*, de praenomine magis dubium. Apud Livium sane decados quintae, libris quarto & quinto perpetuo legitur *C. Popilius Lenas.* Eum puto Cos.

is prompto animo & amicissimo vultu [18] dextram ei porrexisset, invicem ei suam porrigere noluit, sed tabellas senatusconsultum continentes tradidit. Quas ut legit Antiochus, dixit *se cum amicis collocuturum.* Indignatus Popilius, quod aliquam moram interposuisset, virga solum, quo insistebat, denotavit, [19] &, *prius*, inquit, *quam hoc circulo excedas, da responsum, quod senatui referam.* Non legatum locutum, sed ipsam curiam ante oculos positam crederes. continuo enim rex affirmavit *fore, ne amplius de se Ptolemaeus quereretur.* Ac tum demum Popilius manum ejus tanquam socii apprehendit. Quam efficax est animi sermonisque abscisa gravitas! Eodem momento [20] Syriae regnum terruit, Aegypti texit.

Ann. urb. 585. Livius XLV. Cic. Philip. VIII. Plin. XXXIV. 6. 8. Justin. XXXIV. Vell. I. 10.

[21] P. autem Rutilii verba prius an facta aestimem, nescio. nam utrisque aeque admirabile [22] inest robur. Cum amici cujusdam injustae rogationi resisteret, atque is per summam indignationem dixisset: [23] *Quid ergo,* 4.

Cos. fuisse anno ab U. C. 582. in Justini codice Lib. XXXIV. *P. Pompilius* legitur, in Plinii Lib. XXXIV. Cap. 6. *C. Octavii* proditur nomen. Sed in utroque authore mendam puto. Non omnes tamen Plinii codices *octavium* habent, sed *Popilium* etiam. Lector quid potissimum sequatur dispiciat. De *Rutilio*, qui proxime sequitur hoc loco, diximus Lib. II. tres enim fuerunt P. Rutilii in Cos. Romano, qui legentibus multum scrupuli injiciunt, nisi temporibus, ut fuerunt, distinguamus. GLAREAN. *Popilius.* Plin. lib. XXXIV. cap. 6. *C. Octavium* appellat. In praenomine quoque mira diversitas. Paterculus *Marcum* vocat. Hieronymus in Danielem. *Cajum* Livius, Valerius, Plutarchus, Editio Valerii Veneta *Cneum:* sicut Cicero Philippica II. COLER. In aliis etiam MSS. *Gneus*, in aliis *Gajus*, in quibusdam quoque *Marcus* appellatur, item *Pompilius*, vel *Popilius.*

18. *Dextram ei*] Justinus ait, regem *osculum Popilio obtulisse.* Quod idem est. Regibus exteris mos erat osculo delibatam manum sive dexteram notis aut amicis. Id osculum veteres *Labratum* appellabant. Glossarium: *Labratum ἀσπαστικὸν βασιλέως.* Et iterum: *Labratum φίλημα βασιλικὸν* COLER.

19. *Et, prius, inquit, quam hoc circulo excedas*] Legendum omnino *&*; non, ut Pighius & hunc secuti edidere, *At.* Non enim τὸ *inquit* cum eo quod praecedit *denotavit*, connecteretur, si *&* abesset. Et apparet omnino in codd. Brand. VORST. *Et*, defendunt etiam Codd. nostri.

20. *Syriae regnum terruit, Aegypti texit*] Nonnulli MSS. *Et Syriae regnum terruit, & Aegypti texit.*

21. *P. autem Rutilii verba prius an facta aestimem, nescio*] Nonne legendum *pluris.* Vulgata lectio insulsa plane videtur. PERIZON. Hinc Oliverius, hic *extimare* (sic enim edidit) explicat per *commemorare.* Multae quoque editiones habent *existimem*, cum aliquot MSS. Equidem tamen veriorem Perizonii emendationem judico.

22. *Inest robur*] De eodem Ovidius Metamorph. I. & de Ponto:

Et grave magnanimi robur mirare Rutilli
Non usi reditus conditione dati. COLER.

Colerus edidit *Utriusque aeque.* quod in quibusdam exstat MSS. Ed Mog. *Utrique.* Sed verum est, *utrisque.* verbis nempe ac factis.

23. *Quid ergo, inquit, mihi opus est amicitia tua*] *Inquit* redundat, & abesse posset: quia praecedit *dixisset.* Sed habent tamen eam vocem omnes codices. VORST. Sed non item omnes mei, sex enim illam omittunt: qui vero retinent, hoc ordine verba collocant. *Quid ergo inquit opus est mihi*, unde nonnihil juvatur conjectura Perizonii legentis *Quid ergo? Quid opus est mihi.*

24. *Reus factus*] Publicanorum conspiratione. Vide supra II. 10. 5. Epitome l. LXX. Livii: *Quoniam à publicanorum injuriis Asiam defenderat, invisus equestri ordini, penes quem ju-*

Ann. urb. 660. Livius LXX. Cic. in Bruto. & de Orat. I. Oros. V. 17. Quint. L. II. 7. Sen. de Prov. 3.

go, inquit, *mihi opus est amicitia tua, si quod rogo, non facis?* respondit; *Imo quid mihi tua, si propter te aliquid inhoneste facturus sum?* Huic voci consentanea illa opera, quod magis ordinum dissensione, quam ulla culpa sua [24] reus factus, [25] nec obsoletam vestem induit, nec insignia senatoris deposuit, nec supplices ad genua judicum [26] manus tetendit; nec dixit quicquam splendore praeteritorum annorum humilius. Effecitque [27] ut periculum non impedimentum gravitatis ejus esset, [illegible]perimentum. Atque etiam cum ei reditum in patriam Syllana victoria praestaret, in exilio, nequid adversum leges faceret, remansit. [28] Quapropter *Felicitatis* cognomen justius quis moribus gravissimi viri, [29] quam impotentis armis [30] assignaverit. Quod quidem Sulla rapuit, Rutilius meruit.

5. M. Brutus suarum prius virtutum, quam patriae parentis parricida (uno enim

judicia erant, repetundarum damnatus in exilium missus est. VORST.

25. *Nec obsoletam vestem induit*] Bit. sec. *Nec ob hoc obsoletam vestem induit.*

26. *Manus tetendit*] Mos in judiciis, supplices ad genua judicum manus tendere, nec non, opinor, tangere. Plinius lib. XI. cap. 45. *Hominis genibus quaedam & religio inest, observatione gentium. Haec supplices adtingunt, ad haec manus tendunt: haec ut aras adorant.* COLER. *Nec supplices ad genua judicum manus tetendit.* Plinius II. 45. *Hominis genibus quaedam & religio inest, observatione gentium. Haec supplices attingunt: ad haec manus tendunt: haec ut aras adorant.* VORST. Hoc ita supine descripsit Vorstius, ut locum Plinii ne inspexerit quidem, ut patet, dum numerali nota Coleri deceptus Lib. II. citat, qui est XI.

27. *Ut periculum illud non impedimentum gravitatis ejus esset*] *Periculum* pro accusatione, judicio, ut supra quoque alicubi, Nepos XIX. 2. 3. *Hunc non solum in periculis non defendit, sed etiam prodidit.* Praecedit, *Ab eodem in judiciis defensus.* Cicero pro Arch. *Quae minime in judiciis periculisque tractata est.* Thysius *periculum* hic pro experimento positum putat. VORST. Sic ediderat Pighius, cum antea legeretur, *Ut periculum huic non impedimentum gravitatis.* Quod ab Aldo fluxit. Nam vetustiores habent, *Ut periculum non impedimentum gravitatis.* Quod quatuordecim confirmant MSS.

28. *Quapropter felicitatis cognomen*] Lege ex Cauchiano libro, *Felicis cognomen.* Quod habuit L. Cornelius Sulla. PIGH. *Felicis cognomen.* Ita legendum docet Pighius è cod. Cauchiano. Aldus, *felicitatis cognomen.* De cognomine isto Syllae vide & infra VI. 9. 6. VORST. *Felicis cognomen.* Omnes Codd. habent *Felicitatis.* Quod male Pighius & Vorstius auctoritate unius Cauchiani codicis rejiciunt. Quemadmodum autem supra Valerius dixit, *servile cognomen*, id est a servitute formatum, sic recte hic *Felicitatis* cognomen dixerit. Et puto sic alios saepe loqui. Sic VI. 6. 4. *Legationis nomen amplecti*, id est, legati. VI. 8. 1. *servile nomen*, id est, servus. Sic ad Regillianum milites. *Deus tibi regis nomen imposuit*, id est a Rege formatum. Treb. Pollio in Tyranno 9. *Eusebius cognomento pietatis comitatus orator.* Amm. Marc. Lib. XXIV. *Ut olim frugalitate Pisones, sapientia Laelii, pietate Metelli monstrabant.* Plin. Paneg. p. 100. Ovid. in arte. II. 16. *Nunc Erato, nam tu nomen amoris habes.* Ovid. in Ibin. 363. *Infamemque locum sceleris qui nomine fecit.* de vico scelerato. Sic Plin. II. 63. *cui* (terrae) *cognomen indidimus maternae venerationis.* sic. IX. II. I. *cognomine sceleris vicum commaculavit*; qui dictus est sceleratus. III. 8. Ext. 2. *Bonitatis cognomine decorandos.* Auctor de XII. Caesarib. *Caesar cognomen caligae cui castra dederunt* Et dein *castrensis caligae cognomine Caesar.* sic *testimonium pietatis* VI. 8. 6. *Locupletis nomen* pro *divitis* VI. 8. 6. *Cui justitia nomen dedit*, de Aristide Sen. de Ben. IV. 27. similiter male mutarunt IX. 2. 1. *Felicitatis nomen asserendum* in *Felicis*, ubi vide notas meas. Appian. Iber. p. 19. qui montem dicit ἀφροδίτης ἐπώνυμον. & p. 195. ἀφροδίσιον. Novel. 78. Ἀντωνῖνος ὁ τῆς εὐσεβείας ἐπώ-

enim facto & illas in profundum praecipitavit, & omnem sui nominis memoriam inexpiabili [31] detestatione perfudit) ultimum proelium initurus, negantibus quibusdam *id committi oportere: Fidenter*, inquit, *in aciem descendo. hodie enim* [32] *aut recte erit, aut nihil curabo.* [33] Praesumpserat videlicet neque vivere se sine victotia, neque mori sine securitate posse. Ann. urb. 711. Plut. Bruto.

E x t e r n a.

[34] Cujus mentio mihi subjicit, quod adversus [35] D. Brutum in Hispania graviter dictum est, referre. Nam cum se ei tota pene Lusitania dedidisset, ac sola gentis ejus urbs [36] Cinninia pertinaciter arma retineret, [37] tentata redemptione, propemodum uno ore legatis Bruti respondit, *Ferrum sibi à majoribus, quo urbem tuerentur; non aurum, quo libertatem ab im-* I. Ann. urb. 617.

ἐπώνυμος, ἐξ ἧπερ καὶ εἰς ἡμᾶς τὰ τῆς προσηγορίας καθήκει. PERIZON. Optime. *Felicitatis* enim retinent MSS. ad unum omnes.

29. *Quam impotentis armis*] Syllae puta, cujus auctoritate & beneficio in patriam redire potuisset Rutilius. Ceterum *impotens armis* Sylla dicitur, quoniam victor moderari sibi non potuit, quin multa millia hominum proscriberet atque interfici juberet. VORST. Errat Vorstius. Sulla non dicitur *impotens armis.* sed cognomen felicitatis dicitur justius assignari moribus Rutilii, qui erat vir gravissimus, quam armis Sullae, qui erat vir impotens, i. e. superbus & crudelis.

30. *Adsignaverit*] Lib. Dan. *Insignaverit.* Forte: *Insinuerit.* COLER. Retinent nostri *adsignaverit.* Nescio quid velit *τὸ Insinuerit* Coleri. An error typorum est pro *insinuarit?* Sed & hoc nihili est.

31. *Detestatione perfudit*] Med. Ultraj. sec. Copes. Leid. sec. quint. *profudit.* Sic Ed. Mog.

32. *Aut recte erit, aut nihil curabo*] Aut vincam, aut moriar. Recte erit, si vicero: nihil curabo, si mortuus fuero. VORST.

33. *Praesumpserat videlicet*] Vox *videlicet* in aliquot MSS. non invenitur.

34. *Cujus mentio*] Recte ita Pighius, ante vulgo legebatur, *hujus.* Sed *cujus* etiam Mediol. & MSS. plerique.

35. *D. Brutum*] Multi MSS. *Drusium Brutum*, & sic Mog. Appian. in Iber. p. 294. Ed. Steph. *Sextum* vocat. Sed Liv. Ep. L. LV. *D. Junium.* Quibus locis res ab eo eximie gestae recensentur.

36. *Cinninia*] Lib. Dan. *Cinginnia.* Veneta editio: *Cirania.* Sed Cinninenses noti ex Plinio libro tertio, capite 3. COLER. MSS. admodum variant. Habent enim *Cumana*, *Cinrania*, *Cirannia*, *Cinnana*, *Cuirania*, *Citania*, *Cumania.* Ed. Mog. *Cimmina.* Theophil. notat a Ptolemaeo in Hispania celebrari urbem, *Luciniam*, & ab Herodoto locum *Cyneticum.* Ceterum Plin. loco citato, non *Cinninenses* in Hispania nominat, sed *Cicenses*, & eos satis longe, ut videtur, a Lusitania remotos.

37. *Tentata redemptione*] Pacis puta & libertatis; aut belli. Utrumque enim dicunt *redimere pacem*, & *redimere bellum.* Vide Justinum IV. 3. 5. VI. 1. 6. VII. 5. 1. VII. 6. 4. Et res eodem redit, sive quis pacem, sive bellum redimere dicatur. VORST. An, *Ostentata redemptione?* Scil. a Bruto. Sic *Ostentare alicui spem.* Vide Tac. Ann. XVI. 7. 4. & omnino Liv. IV. 30. *Aequorum legati foedus ab senatu cum petissent, & pro foedere deditio ostentaretur.* PERIZON. Ultraj. sec. *Tentata pro redemptione*, & sic Ed. Mog Sed rectius Harl. *Tentata de redemptione.* Ut Sueton. in Ner. 47. *Tribunos centurionesque praetorii de fugae societate tentavit.*

38. *Melius sine dubio homines nostri sanguinis haec dixissent*] Manuscripti libri sic; *Melius sine*

Cccc

imperatore avaro emerent, *relictum*. [38] Melius fine dubio istud nostri sanguinis homines dixissent, quam audissent.

2. Cic. de Or. II. Laërt. in vit. Quint. II. 15. XI. 1.

Sed illos quidem natura [39] in haec gravitatis vestigia deduxit. Socrates autem Graecae doctrinae clarissimum columen, [40] cum Athenis caussam diceret, defensionemque ei Lysias à se compositam, qua in judicio uteretur, recitasset, demissam & supplicem, imminentique procellae accommodatam, *Aufer*, inquit, *quaeso*, *istam. nam ego si adduci possem*, *ut eam in ultima Scythiae solitudine perorarem*, *tum me ipse morte multandum concederem.* Spiritum contempsit, ne careret gravitate: [41] maluitque Socrates extingui, quam Lysias superesse.

3. Plut. in vita. Curtius IV. Arrian. II.

Quantus hic in sapientia, tantus in armis Alexander illam vocem nobiliter edidit. Dario enim uno jam & altero proelio virtutem ejus experto, atque ideo [42] partem regni Tauro tenus monte, & filiam in matrimo-

sine dubio istud nostri sanguinis homines dixissent. Et paulo post, *In haec gravitatis vestigia*, non, *hujus*, ut vulgo. PIGH. In priori MSS. consentiunt, in posteriori non omnes, sed plurimi.

39. *In haec gravitatis vestigia deduxit*] Ita & codd. Brandeb. Ac melius ita legi videtur, quam ut Aldus voluit *In hujus gravitatis vestigia.* VORST.

40. *Cum Athenis causam diceret*] In Cauchiano rectius, *dicturus esset*. PIGH. *Cum Athenis caussam dicturus esset.* Ita legendum censet Pighius è cod. Cauchiano. Alii habent, *caussam diceret.* VORST. *Cum Athenis causam dicturus esset.* Omnes Codd. *Diceret*, excepto Cauchiano, ex quo Pighius & Vorstius recipiunt quod editur. Male contra tantum aliorum Codd. consensum. *Causam dicere* enim interpretor non ipsum actum, sed statum rei, & expono *accusari*, *reus esse.* Sic omnino Nepos XIII. 4. 2. *Cum Athenis caussam diceret.* VI. 5. 3. *Graccho caussae dictionem tribunus remisit.* id est actione contra eum destitit. Cic. adversus Sallust. *ne caussam diceret HS. duodecies cum Caesare paciscitur.* sic VIII. 4. 3. *Fulvio Flacco caussam dicente.* id est reo. VIII. 5. 6. *Hunc qui caussam dicit.* De temporis puncto quando testes in reum dabantur. sic *Lex abrogari* dicitur de qua agitur, ut abrogetur. Vide Gron. ad Liv. L. XXXIV. c. 1. & ad Epit. L. XLIX. & ad L. XXXVII. c. 17. Liv. L. XXXVIII. 47. *Non triumpho modo fraudor*, *sed causam apud vos accusantibus meis ipse legatis dico.* id est, agitur, ut triumpho frauder. Nam revera triumphum duxit. *cum dederetur.* Liv. Epit. XXXIX. id est, in eo esset, ut dederetur. supra V. 8. 1. de Bruti filiis. *Tarquinii dominationem reducentes. Nihil tam aequandae libertatis esse*, *quam potentissimum quemque posse causam dicere.* Liv. XXXVIII. 50. mox cap. 12. *Major animus erat*, *quam ut reus esse sciret*; Et *submittere se in humilitatem causam dicentium.* sic ibid cap. 52. Gracchus ait se Scipionem *accusari non passurum*, *& auxilio ei futurum ne causam dicat.* cujus rei indignitatem in eo ponit, non quod proprie se defendere cogeretur, sed quod sub rostris reus stare & praebere aures adolescentis conviciis cogeretur. sic *Ne causam diceret*, id est, *ne accusaretur* Liv. L. XXXIX. c. 6. *Ne imperium retineret. Uti causam extemplo dicere quum abisset magistratu posset.* id est, accusari. XLI. 6. *Haec mihi tanquam causam dicenti reo objecta sunt* Liv. XLII. 41. id est, qui accusetur. VIII. 1. 1. damn. *Quibus in caussae dictione magis*, *quae extra quaestionem erant*, *nocuerunt*, *quam sua innocentia profuit.* sec. *Mulier dicitur caussam dixisse* VIII. 1. ambust. 1. id est accusata esse. PERIZON. *Diceret*, tuentur quòque nostri omnes.

41. *Maluitque Socrates extingui*, *quam Lysias superesse*] Ad haec verba adscripsit Cl. Perizonius notam fratris Dionysii de Burgo, ut, credo, hominis cognosceretur stupor. Est autem haec. *Lysias. littera corrupta Inst. Debet enim dicere Lisia*, *in ablativo*, *est a longum. Potius volebat* ex-

monium [43] cum decies centum millibus talentûm pollicente, cum Parmenion dixisset, *Se, si Alexander esset,* [44] *usurum conditione:* respondit: *Et ego uterer, si Parmenion essem.* Vocem duabus victoriis respondentem, dignamque cui tertia, sicut evenit, tribueretur.

[45] Atque haec quidem animi magnifici & prosperi status: illa vero, qua legati Lacedaemoniorum apud patrem ejus [46] miseram fortitudinis suae conditionem testati sunt, [47] gloriosior, quam optabilior. Intolerabilibus enim oneribus civitatem eorum implicanti, *si quid morte gravius imperare perseveraret, mortem se praelaturos,* responderunt. 4. Front. v. 4. 1.

Nec parum grave Spartani cujusdam dictum. siquidem nobilitate & sanctitate praestans, & in petitione magistratus victus, *maximae sibi laetitiae esse* praedicavit, [48] *quod aliquos patria sua se meliores viros haberet.* Quo sermone repulsam honori adaequavit. 5. Plut. Apoph.

exstingui quam Lisia i. e. *tali beneficio Lisiae superesse, & vivere. Nisi forte Lisias indeclinabile est.* Thysius explicat. Maluit mori tanquam Socrates, quam vivere, tamquam Lysias. quod pessime factum notabat Gudius. Verum ea non tam Thysii nota est, quam Oliverii, unde eam descripsit Thysius, ut infinitas alias explicationes, quibus nomen nullum subjecit. Significat vero auctor. Eum maluisse mori ut virum sapientissimum, qui mori mallet, quam quidquam virtute & sapientia sua indignum committere, quod facturus videbatur sibi, si orationem a Lysia compositam perorasset, ut eloquentiae vi ac lenociniis sibi vitam impetraret, & absolutus e judicio abiret, & sic arte Lysiae viveret, seu viveret, ut Lysias in tali casu vixisset. Simile est illud Alexandri: quod mox sequitur.

42. *Partem regni Tauro tenus monte*] Imo offerebat cum filia quidquid inter Hellespontum & Euphratem est. Curt. L. IV. 11. 6. & Arrian. L. II. 25. sed fortasse ita scripsit, quia postea ea parte regni Antiochus multatus est a Romanis. quod videtur suspicatus fuisse Perizonius hoc adscribens.

43. *Cum decies centum millibus*] Summa pecuniaria, quam Darius Alexandro promisisse dicitur, barbare his verbis fere in vulgatis codicibus legitur, *cum decies centum millibus talentûm.* Cum legendum sit, *cum decem millibus talentûm.* id quod ex Plutarchi apophthegmatis ac aliis authoribus liquere potest: fieret enim nimis magna summa. In Just. Lib. XI. pro captivis *triginta millia talentûm,* obtulisse dicitur. in Diodoro *tria millia,* quod maxime est verisimile, in Curtio etiam 30000. produntur ut in Justino; sed adjectione auri quod est incredibile. Judicium penes lectorem esto. GLAREAN. *Cum decies centum millibus talentûm.* Variant scriptores in pecuniae summa, Diod. Sic. *Tria millia.* Plut. & Arrian. *decem millia.* Curt. *Triginta millia talentorum* scribunt. Haec certe summa, quam noster auctor exhibet omnem excedit modum. Quare ut Glareanus ita & Loccenius dudum putavit τὸ *centum* abundare. Vide notas ejus ad Curt. L. IV. 11. 6. Perizon. jubet etiam videre Usser. Ann. p. 166. & 172.

44. *Usurum conditione*] MSS. Octo ut antiquitus edebatur. *Usurum ea conditione.*

45. *Atque haec quidem*] Copes. *At & haec quidem.* Aliquot. *Et animi magnifici & prosperi status.*

46. *Miseram fortunae suae conditionem testati sunt*] Elegantius & verius MS. pro *fortunae* habent *fortitudinis.* revera erat *misera conditio fortitudinis*, ita fortitudine sua uti. PERIZON. *Fortitudinis* habent etiam novem alii MSS. cum editione Moguntina.

47. *Generosior, quam optabilior*] A Pighio hoc est. Omnes ante ipsum editi praeferunt. *Gloriosior quam optabilior.* Quod in duodecim invenio MSS. Perizon. adscripsit. Sic paulo ante. *Illam vocem nobiliter edidit.* item. Vide Plut. Apopht. Lac. p. 140. ubi tale quid responderunt Antipatro.

48. *Quod aliquos patria sua*] Sic recte Pighius ex auctoritate MSS. & vetustissimarum Edd. Aldus & eum secuti, *Aliquot*, ediderant.

Caput V.

DE JUSTITIA.

Tempus est justitiae quoque sancta penetralia adire, in quibus semper [1] aequi ac probi facti respectus religiosa cum observatione versatur: & [2] ubi studium verecundiae est; & cupiditas rationi cedit: nihilque utile, quod parum honestum videri possit, ducitur. Ejus autem praecipuum & certissimum inter omnes gentes nostra civitas exemplum est.

[3] Camillo consule Falerios circumsedente, magister ludi [4] plurimos & nobilissimos inde pueros, velut ambulandi gratia eductos, in castra Roma-

1. *Aequi & probi facti respectus*] Vox *facti* mihi suspecta est. PERIZON.

2. *Ubi studium verecundiae est, & cupiditas rationi cedit*] Cl. Gronovius in tribus codd. scriptum reperit, *Ubi studium verecundiae, & cupiditas rationi cedit*: idque multo Latinius, scitiusque esse judicat. Ita *studium* pro favore & gratia positum sit. Quae vis vocabuli nec ignota sane est. Et citat ipse Gronovius verba Livii ex lib. XXXII. *Si non cura communis salutis, ne studia quidem, quae in hanc aut illam partem animos vestros inclinarunt, vocem cuiquam possunt exprimere.* Vide Gronovii lib. IV. Obs. c. 19. VORST. Ultraj. prim. *Ubi studium verecundiae viget, cupiditas rationi cedit.* Decem, *Ubi studium verecundiae cupiditas rationi cedit.* Tres delent solum, *&*. ut pleraeque Edd. Mog. cum majore parte MSS. consentit. Particulam *&* profecto non admodum desideres. non spreverim tamen etiam Ultraj. prim. lectionem.

3. *Camillo consule Phaliscos circumsedente*] Lege *Faliscos*, ita enim antiquo more scribitur hoc nomen: In Campensi & Cauchiano, *Falerios* legimus, etiam recte, quemadmodum in annalibus nostris demonstravimus. PIGH. *Faliscos.* Liber Danielis *Valerios.* aeque recte. Livio sunt iidem *Falerii & Falisci.* *Falerios* etiam Polyaenus appellat lib. VIII. Sed Strabo inter φαλίσκυς & φαλερίυς videtur distinguere. Servius ad VII. Aeneid. *Faliscos Halesus condidit. Hi autem immutato H in F Falisci dicti sunt: sicut Febris dicitur, quae ante Hebris dicebatur. Formiae quae Hormiae fuerunt* ἀπὸ τῆς ὁρμῆς. *Nam posteritas in multis nominibus F pro H profuit.* COLER. *Camillo consule Faliscos obsidente.* M. Furius Camillus is fuit; qui ante & Vejos ceperat. Pro *Faliscos* in quibusdam codd. est *Falerios.* Livius quoque lib. v. quos *Faliscos*, eos & *Falerios* vocat. Quod Camillum consulem id fecisse scribit noster, ei adversum est quod scribit Plutarchus, consulem eum nunquam fuisse. Fuit tamen tribunus militum consulari potestate. VORST. *Camillo consule Faliscos circumsedente* MS. *Phalericos.* similiter Campensis, Cauchianus Petri Danielis. Lege *Falerios.* Quod non ortum est ab librariis. qui in aliis codd. *Faliscos* reposuerunt, quoniam deinceps in hoc exemplo semper ita invenerunt. Rectius vero hic *Falerios* dixerit, quia ita appellabatur urbs, populi vero *Falisci*, quod nesciverunt Vorstius & Colerus,

manorum perduxit. Quibus interceptis, non erat dubium, quin Falisci deposita belli gerendi pertinacia, traditūri se nostro imperatori essent. [5] Ea re cognita senatus censuit, *ut pueri vinctum magistrum virgis caedentes in patriam remitterentur.* [6] Qua justitia animi eorum sunt capti, quorum moenia expugnari non poterant. Namque Falisci beneficio magis quam armis victi, portas Romanis aperuerunt. Eadem civitas aliquoties rebellando, semperque adversis contusa proeliis, tandem se Q. Lutatio consuli dedere coacta est. Adversus quam saevire cupiens populus Rom. postquam à Papirio, cujus manu, jubente consule, verba deditionis scripta erant, doctus est, Faliscos [7] non potestati, sed fidei se Romanorum commisisse, omnem iram placida mente deposuit, pariterque & viribus odii, non sane facile vinci assuetis, & victoriae obsequio, quae promptissime licentiam subministrat, ne justitiae suae deesset, obstitit. Idem, [8] cum P. Claudius Camarinos ductu atque auspiciis suis captos sub hasta vendidisset, etsi aerarium pecunia, fines agris auctos animadvertebat, tamen, quia parum liquida fide id gestum ab imperatore videbatur, [9] maxima cura

Ann. urb. 308. Livius v. 27. Plut. Camill. L. xlii. 47.

Ann. urb. 512. Livius xix. Zonaras Oros. iv. 6.

Ann. urb. 485. circiter.

rus. Vide Liv. L. v. c. 27. PERIZON. *Falerios* legitur etiam in utroque Bit. & Leid. quinto. *Falerios* in Hal. Reliqui cum antiquissimis Edd. *Faliscos.* Sed *Phaliscos* exhibuerunt Aldus, & Ascensius, quique eos sunt secuti. consulem vero Camillum non fuisse, sed tribunum militum consulari potestate, monet Perizonius, ludum observatum fuisse a Pighio in ann. 319.

4. *Plurimos & nobilissimos*] *Et nobilissimos* omittit Ultraj. prim. cum Med. sec. dein multi *amandi gratia.* item *belligerandi.* Ut est in Edd. Ven. Mediol. Aldi, & aliorum, *Belligerendi.* Mog. & Rob. Stephanus.

5. *Ea re cognita senatus censuit*] In manuscriptis fere omnibus nihil aliud habetur quam; *Ea re senatus censuit.* Puto igitur dictionem *cognita* è glossulis irrepsisse, & insuper praepositionem expulisse. Nam Valerium puto vetusta dicendi formula usum fuisse, quam plerumque in s. c. praefixam reperimus. *De ea re senatus censuit.* Et quia vulgaris erat, singulis fere literis notari solet. PIGH. *Ea re cognita senatus censuit.* Ita legendum censeo cum Aldo & Chalcocondyle. Monet Pighius, plerosque codd. *cognita* non habere. Quod autem voculae *ea re* solae non consistere posse viderentur, adjecit ille *de*, legique voluit *de ea re.* VORST. *De ea re senatus censuit.* MS. *Ea re.* & sic Pighiani codd. qui addidit *de.* Vorstius cum vetustis Edd. legit *ea re cognita.* scil. quia particulae *ea re* per se consistere non posse videntur. in quo vehementer errat. *Ea re* enim dicitur ut, *qua re.* Id est propterea. PERIZON. *Ea re cognita* solus habet Med. sec. ceteri omnes *ea re*, cum Ed. Mog. Vide Gud. ad Phaed. L. i. xi. Burman. ad eundem L. iv. 9.

6. *Qua justitia animi*] Polyaenus: Κάμιλλος ὃ τὴς πολλῷ χρόνῳ ἁλῶναι μὴ δυναμένας, δικαιοσύνῃ συντομώτατα παρεστήσατο. COLER.

7. *Non potestati, sed fidei se Romanorum commisisse*] Gravius est potestati, quam fidei alicujus se committere. Qui potestati alicujus se committit, ei licet facere quod libet. At fidei alicujus qui se committit, is gratiam, auxilium & clientelam expectat. Nimirum *fides* in talibus idem quod auxilium, clientela. Hinc Cicero pro Rosc. *Conferre se in fidem & clientelam alicujus.* Idem pro Arch. *In fidem suam aliquem accipere.* VORST.

8. *Cum P. Claudius*] Med. sec. *cum Cos. Claudius.* Leid. quint. *cum consul Claudius.*

9. *Maxima cura conquisitos redemit*] Idem fere accidit Liguribus Statelliatibus. Vide Liv. L. xlii. 21. PERIZON.

ra conquisitos redemit, iisque habitandi gratia locum in Aventino assignavit, [10] & praedia restituit. Pecuniam etiam [11] non ad curiam, sed ad sacraria aedificanda, sacrificiaque facienda tribuit: justitiaeque promptissimo tenore effecit, ut exitio suo laetari possent, [12] quia sic renati erant.

[13] Moenibus nostris, & finitimis regionibus, quae adhuc retuli, quod
Ann. urb. 475. Cic. III. Offic. Plut. Pyrrho. Gell. III. 18. sequitur, per totum terrarum orbem manavit. [14] Timochares Ambraciensis Fabricio consuli pollicitus est *se Pyrrhum veneno* [15] *per filium suum, qui potionibus ejus praeerat, necaturum.* Ea res cum ad senatum esset delata, missis legatis Pyrrhum monuit *ut* [16] *adversus hujus generis insidias cautius se gereret:* [17] memor Urbem à filio Martis conditam armis bella, non venenis gerere debere. Timocharis autem nomen suppressit, utroque modo aequitatem amplexus: quia nec hostem malo exemplo tollere, neque eum, qui bene mereri paratus fuerat, [18] prodere voluit.

Sum-

10. *Et praedia eis restituit*] Dele omnino cum MSto τὸ *eis*. Praecessit utique *iisque*. PERIZON. *Eis* additum fuit a Pighio, priores Edd. & MSS. non agnoscunt.

11. *Non ad Curiam, sed ad sacraria aedificanda*] Copes. solus omittit *non ad curiam*. Vereor ne hic locus malam manum sit passus, & totum hoc ortum ab aliqua emendatione. Videtur auctor scripsisse. *Pecuniam etiam ad sacraria aedificanda, sacrificiaque facienda tribuit*. Certe, cur hic addatur, *non ad curiam*, equidem non excogito. An moris erat, ut populi devicti, & intra urbem recepti, singuli sibi curiam aedificarent, ut admonere debuerit, in hoc populo id factum non fuisse? minime. Sed forte scripsit; *Ad curiam aedificandam & sacrificia facienda*. per *curiam* intelligens sacrarium, in quo Curiones sacra faciebant. quod non intelligens glossator, adscripsit, *non ad curiam sed sacraria*, id quod deinde in textum potuit transiisse. Leid. sec. *ad sacrariam hedificandi.*

12. *Quia sic renati erant*] Malim, *Qui sic renati erant*. PERIZON.

13. *Moenibus nostris &c.*] Haec periodus usque ad *Timochares*, deest in Harl. utroque Bit. & Leid. sec.

14. *Timochares Ambraciensis*] Secutus est noster Valerium Antiatem, qui, ut & Gellius III. 8. scribit, sic omnino prodiderat. At Quadrigarius non Timocharem, sed Niciam consulem adiisse scripsit; neque à senatu, sed à consulibus missos legatos; & Pyrrhum populo Rom. laudes ac gratias scripsisse: ut apud eundem Gellium est. VORST. Vide Perizon. ad Aelian. L. XII. V. H. 33. qui adscripsit hic libro suo. Vide Ammian. Marc. L. XXX. p. 453. ubi *Demochares* scribitur. Sen. Ep. 120. Tac. L. II. Ann. 88. Harl. *Thimocratis*. Ultraj. prim *Timoclates*. sec. *Timocathes*. *Timocharem* apud Ammian. habere etiam Mariangeli editionem Valesius admonuit.

15. *Per filium suum*] Valerius Antias & Cl. Quadrigarius in recensendo hoc facto diversi abiere. Valerius Maximus Antiatem sequitur, quod cognoscas ex ipsius verbis apud Agellium. Vide & Sarisberiensem libro v. capite 7. COLER.

16. *Adversus hujus generis insidias*] Video esse, ubi *generis* omittatur. Male. *Hujus* enim intelligendum tum foret *Timocharis*. Quem ipse non nominatum fuisse diserte tradit.

17. *Memor urbem a filio Martis conditam, & armis bella non venenis gerere debere*] Male haec sejungunt Pighii, Coleri & Lipsii editiones. Rectius Vorstius conjunctim edidit sumendo haud dubie & pro *etiam*, quamvis raro ita loquatur Valerius. MS. omittit plane τὸ &, quod priores editores turbavit. Ni fallor, recte. PERIZON. *Et* omittunt omnes cum scripti, tum typis ante Pighium expressi. Itaque illud hinc ablegandum putavi. Quid ni enim optime dictum censeam? *Urbs a filio Martis condita bella armis gerere debet non venenis.*

18. *Prodere voluit*] Bit. prim. *perdere.*

19. *Eodem tempore*] τὸ *eodem tempore* non ad

Summa justitia in quatuor quoque tribunis pleb. [19] eodem tempore conspecta est. Nam cum [20] C. Atratino, sub quo duce aciem nostram [21] apud Verruginem [22] à Volscis inclinatam cum ceteris equitibus correxerant, diem ad populum L. Hortensius collega eorum dixisset, pro Rostris [23] juraverunt *in squalore se esse*, [24] *quoad imperator ipsorum reus esset futurus*. Non enim sustinuerunt egregii juvenes, cujus armati periculum vulneribus & sanguine suo defenderant, ejus togati ultimum discrimen, potestatis insignia retinentes, intueri. Qua justitia mota concio, actione Hortensium desistere coëgit. 2. Ann. urb. 331. Livius IV.

[25] Nec se etiam aliter eo facto, quod sequitur, exhibuit. cum Ti. Gracchus & C. Claudius, ob nimis severe gestam censuram, majorem civitatis partem exasperassent, diem his [26] P. Rutilius tribunus plebis perduellionis ad populum dixit, praeter communem consternationem, privata etiam ira accensus; [27] quia *necessarium ejus ex publico loco parietem demo-* 3. Ann. urb. 584. Livius XLIII. A. Victor 57.

ad praecedens exemplum referendum, sed ad tribunos, qui simul ac eodem tempore magistratum gesserunt. Ceterum Liv. Lib. IV. ab U. C. vocat hunc C. *Sempronium Atratinum*, non *Lucium*. oppidum Ferruginem per F. non per V. in Livii Codd. legitur; ex quo oppido Oliverius & eum secutus Badius lacum fecerunt. GLAREAN.

20. *A C. Atratino*] Sic Colerus, cum antea legeretur, *a Lucio Atratino*. Sed emendandum ita censuerat Pighius, & illi emendationi quosdam Codices adstipulatos fuisse, licet intelligere ex ejus Fastis An. CCCXXXI. interea *Lucio* retinent MSS. tredecim. Leid. sec. praenomen omittit.

21. *Apud Verruginem*] Verrugo oppidum Italiae, & Volscorum quidem. VORST. Nonnulli MSS. *Feruginem*.

22. *A Volscis inclinatam*] Supra L. III. 2. 8.

23. *Juraverat in squalore se esse, quoad imperator eorum reus erat futurus*] Nondum *erant in squalore*, necdum poterant. Juraverunt enim haec, cum primum dicerent, *si preces suae pro Imperatore non valuissent se vestem cum eo mutaturos*. quod ne fieret Hortensius eum dimisit. Lege igitur. *Jur. in sq. se esse, quoad imperator ipsi. reus esset, futuros*. Quod si quis & τὸ *esse* delere sustineat, me non repugnante faciet. sic exemplo sequenti, *juravit se eamdem poenam subiturum*. PERIZON. Credo vere emendasse Perizonium, adstipulante tamen nullo MSS. non ausus fui, quidquam mutare.

24. *Quoad imperator ipsorum*] Nempe post hoc praelium, in quo egregiam operam praestiterant, & in quo equites se ipsi centuriantes eos auctore Sex. Tempanio pro centurionibus sibi praefecerant, populus eos absentes tribunos plebis fecerat. Liv. L. IV. 42.

25. *Nec se etiam aliter eo facto quod sequitur exhibuit*] Nonnulli Codices scripti. *Nec se eo facto quod sequitur dissimilem exhibuit*. Quidam omittunt τὸ *aliter*. Harl. uterque Bit. & Med. prim. totam hanc periodum omittunt. Copes. *Nec se eo facto, quod sequitur, exhibuit favorabilem imo destitit*. Mox Ex. 6. *Nec aliter se L. Crassus in eodem justitiae experimento gessit*.

26. *P. Rutilius*] Ven. *M. Popilius*. Mediol. *P. Pompilius*. Aldus Asc. & ceteri *M. Pompilius*. MSS. fere *P. Popilius* habent. Sunt tamen etiam in quibus *M. Pompilius*, & *P. Pompilius* scribitur. Diserte tamen *P. Rutilius* dicitur a Livio L. XLIII. 16.

27. *Quod necessarium ejus*] MSS. quatuordecim cum omnibus editionibus ante Pighium addunt *Rutilium*. quod cur abjecerit Pighius, haec caussa videtur fuisse, quia Livius eum vocat *clientem ejus libertinum*, quem ideo existimaret, idem nomen non habuisse, quod tribunum. Interea mirum est hic verum nomen tribuni in MSS. retineri, quod supra variis modis corruptum vidimus.

28. Pri-

moliri jusserant. Quo in judicio [28] primae classis permultae centuriae Claudium aperte damnabant: de Gracchi absolutione universae consentire videbantur. Qui clara voce [29] juravit, *si de collega suo gravius esset judicatum, in factis paribus se* [30] *eandem cum illo poenam exilii subiturum.* Eaque justitia tota illa tempestas ab utriusque fortunis & capite depulsa est. Claudium enim populus absolvit: Graccho caussae dictionem [31] tribunus Rutilius remisit.

4. Ann. urb. 599. Magnam laudem & illud collegium tribunorum tulit, quod, cum unus ex eo L. Cotta [32] fiducia sacrosanctae potestatis creditoribus suis nollet satisfacere, [33] decrevit, *si neque solveret pecuniam,* [34] *neque daret cum quo sponsio fieret, se* [35] *appellantibus eum creditoribus auxilio futurum:* iniquum ratum,

28. *Primae classis permultae centuriae*] Servius rex populum in quinque classes distribuit: & classis primae quidem centuriae initio LXXX. fuere; ut ex lib. I. Livii constare potest. VORST.

29. *Juravit in factis paribus se eandem cum illo exilii poenam subiturum*] Videtur τὸ *exilii* esse ex Glossa, nec agnoscitur a MSto. erat quidem *poena exilii* futura, & Liv. L. XLII. c. 16. *se comitem exilii ejus futurum.* Nihilominus hic abundat, cum addit *eandem*, & per se intelligitur. PERIZON. Delet τὸ *exilii* etiam Barb. prim. ceteri servant cum omnibus Edd.

30. *Eamdem cum illo*] Cave credas hoc loco defendi posse loquendi formam a Vossio & aliis damnatam *idem cum illo.* Vide de Constr. c. 58. constructio est. *se subiturum cum illo poenam eamdem. cum illo* omittit Med. prim.

31. *Trib. Rutilius*] Similiter ac in initio exempli variant hic quoque MSS. Sed plerique omittunt, *trib.* & ejus loco habent praenomen. P. vel M.

32. *Fiducia sacrosanctae potestatis*] Tribuniciae puta. Tribuni plebis enim sacrosancti habebantur. Vide supra VI. I. 7. VORST.

33. *Decrevit si neque solveret*] Vulgo ante Pighium legebatur. *Decrevit ut, si neque solveret &c.* Sed *ut* quod sensum turbat, abest ab Ed. Mog. & MSS. praeter Harl.

34. *Neque daret cum quo sponsio fieret*] Qui promitteret certam pecuniae summam se soluturum, nisi Cotta creditoribus suis satisfaceret. VORST.

35. *Appellantibus se creditoribus*] *Appellare* pro de solutione facienda admonere. Cicero pro Quint. *Cum tibi quotidie potestas fuisset admonendi, verbum nullum facis: biennio jam confecto fere appellas.* VORST. Sic Lib. IV. 8. 3. *Neque de sorte quemquam debitorum suorum, neque de usura a suis appellari passus est.* Sed non ita cepit, credo, Aldus, qui priorum editionum scripturam mutavit. Ven. enim & Mediol. habent. *Appellantibus eum creditoribus.* Mog. *Se appellantibus eum creditoribus.* Quod confirmatum video MSS. tredecim; atque adeo restituendum duxi. Cum alterum istud, quod vulgo jam circumferebatur, potius significet, *Creditoribus auxilium suum implorantibus, appellantibus collegium tribunorum:* ut dixit supra L. IV. I. 8. ubi Vorstius explicuit.

36. *Privatae perfidiae obtentui esse*] Cop. Barb. & Bit. primi cum Leid. sec. *Obtentum esse.* Aliquot MSS. *Iniquum ratus.*

37. *Cujus ut ad alium aeque illustrem transgrediar*] Videntur intellexisse, *ut ad alium hominem aeque illustrem justitiae transgrediar.* qui genit. pro ablat. sit positus. Sed quod, praeterquam quod duriuscule omnino ita hic poneretur, superiore exemplo non actum est de homine uno, sed de toto collegio Tribunorum. Nequaquam igitur dicere potest, se *ad alium hominem transire.* Quid multa? egregius hic est MS. qui praefert. *cujus ut ad alium aeque illustrem actum transgrediar*, quae vox omnino excidit, eamque centies usurpat Valerius. sic plane VIII. 7. ext. 2. *Atque ut ad vetustiorem industriae actum transgrediar.* sic VI. 8. 3. *Aeque illustre quod sequitur.* scil. factum. PERIZON. Ut verissime hic ex Copesiano emendandum censuit Perizonius, ita scriptum invenio in MSS. tredecim & expressum in Ed. Mog. *Cujus* autem intellige *justitiae.* Non erat igitur,

tum, majestatem publicam [36] privatae perfidiae obtentui esse. Itaque Cottam in tribunatu quasi in aliquo sacrario latentem, tribunicia inde justitia extraxit.

[37] Cujus ut ad alium aeque illustrem actum transgrediar, Cn. Domitius 5.
tribunus plebis M. Scaurum principem civitatis in judicium populi [38] de- Ann. urb. 650. Pae
vocavit, [39] ut, si fortuna aspirasset, ruina: sin minus, certe ipsa ob- dianus. Scauriana.
trectatione amplissimi viri incrementum claritatis apprehenderet. Cujus op- Cic. pro Dejotaro
primendi cum summo studio flagraret, servus Scauri ad eum noctu per- 11.
venit, *instructurum se ejus accusationem multis & gravibus domini criminibus* promittens. [40] Erat in eodem pectore inimicus & Domitius [41] diversa aesti-

tur; cur cunctarer ita corrigere.

38. *Devocavit*] De hoc verbo vide Viros Doctos ad Phaed. L. I. 20.

39. *Ut, si fortuna aspirasset, ruina*] Ita legendum arbitror ex uno cod. Brand. & ex vetere editione Chalcocondylae. Aldus habet *ruinam:* quem Pighius & alii secuti sunt. Verum quo accusativus ille pertinebit? An ad verbum *apprehendere*, quod sequitur? Quid igitur est *ruinam apprehendere?* Integra phrasis Valerii est, *ruina incrementum claritatis alicujus apprehendere*, id est, facere, ne incrementum claritatis alicui obtingat, & ut claritas ejus potius corruat. Est deinde & altera phrasis, *ipsa obtrectatione incrementum claritatis alicujus apprehendere.* Ceterum *apprehendere* idem hic quod *occupare.* Sic & dicunt *apprehendere Hispanias.* VORST. Probat Perizonius τὸ *ruina.* Et addit Juven. 8. 92.

——— quam fulmine justo
Et Capito & Numitor ruerint.

Tac. Hist. IV. 42. *Innoxios pueros, illustres senes, conspicuas feminas eadem ruina prosterneres. Ruina* habet Med. prim. Oliverius & Ascensius explicant. *Apprehenderet ruinam*, id est, eum condemnaret. Hoc vult, Ut inclaresceret ipse ruina Scauri.

40. *Erat in eodem pectore inimicus, & Domitius & dominus diversa aestimatione nefarium judicium perpendens, justitia tamen vicit odium*] Praefero lectionem quam in Susiano & Pulmanniano habemus, ac partim in Campensi; *Erant in eodem pectore Domitii & inimicus & dominus, diversa aestimatione nefarium indicium perpendentes; justitia vicit odium.* PIGH. *Erant in eodem pectore Domitii & inimicus & dominus, diversa aestimatione nefarium indicium perpendentes.* Ita legendum docuit Pighius è codd. Susiano, Pulmanniano, & Campensi. Alii sic habent, *Erat in eodem pectore inimicus & Domitius dominus, diversa aestimatione nefarium indicium perpendens.* VORST. Omnes fere codd. *Pectore inimicus & Domitius & dnus.* Pigh. ex tribus, & non consentientibus, suam lectionem a caeteris tam diversam exsculpsit, eumque secutus est Vorstius. Sed pessima ratione. Sequendus est codicum consensus & restituenda Valerio elegantissima locutio ipsi valde amata. Alterutrum vero abundat, *& Domitius & dominus.* Mens enim Valerii est in eodem pectore suas egisse partes *& inimicitiam & justitiam*, quae diversa aestimatione indicium perpendebant. *Inimicus* recipiendum suadebat, sed *vir honestus* rejiciendum. Quia vero Domitii ante acta vita fuerat honestissima, ejusque animus justitiae maxime studens, *Domitius* ponitur pro ipsius honesto animo, ipsius vitae famae ac nomini conveniente. Legendum enim. *Inimicus & Domitius.* sic supra II. 9. 3. *Et censor & Cato duplex severitatis exemplum.* III. 3. ext. 2. *Et Tyranno & Phalari.* VI. 3. I. *Manlius eras mihi, cum praecipites agebas Senonas, postquam mutari coepisti, unus factus es ex Senonibus.* VI. 4. Ext. 2. *Maluitque Socrates extingui, quam Lysias superesse.* Vellej. II. 60. *Et avunculo & Caesari.* Caeterum totum locum ita scribit MS. *Erat i. e. p. inimicus & Domitius & dominus diversa aestimatione nefarium indicium perpendens. Justitia tamen vicit odium.* Certe videtur *tamen* desiderari. Forma singulari *erat* & *perpendens* non valde requisiverim *aestimatione; existimatione*, id est, *judicio.* forsan praeferendum. *Cum Hortensius veniret, &* in-

aestimatione nefarium indicium perpendens: Justitia vicit odium. Continuo enim & suis auribus obseratis, & indicis ore clauso, duci eum ad Scaurum jussit. Accusatorem etiam reo suo ne dicam diligendum, certe laudandum: quem populus cum propter alias virtutes, tum hoc nomine libentius & consulem, & censorem, & pontificem max. fecit.

6. [42] Nec aliter se L. Crassus in eodem justitiae experimento gessit. C.
Ann. urb. 634. Cic. III. de leg. III. de orat. & in Brut. Carbonis nomen infesto animo, [44] utpote inimicissimi sibi, detulerat: sed tamen scrinium ejus, à servo allatum ad se, complura continens, quibus facile opprimi posset, ut erat signatum, cum servo catenato ad eum remisit. [45] Quo pacto igitur inter amicos viguisse tunc justitiam credimus, [46] cum inter accusatores quoque & reos tantum virium obtinuisse videamus?

Jam

infirmus, & tam longe, & Hortensius. Cic. ad Att. v. 2. *Quod occidisti hominem, quod civem, quod Senatorem, quod consularem, quod Ciceronem.* Sen. Controv. p. 192. Ubi αὔξησις est & emphasis in nomine proprio. *Quidam alternis Vatinii sunt, alternis Catones.* Sen. Ep. 120. *Julia* apud Macrob. II. Sat. c. v. de patre *Ille obliviscitur Caesarem se esse, ego memini Caesaris filiam.* Nondum *Caesar* erat nomen dignitatis. Vide & Franc. Luis. in parerg. I. I. 6. Sic Cic. Phil. VI. 3. *cum se Brutum esse meminisset.* Plin. paneg. p. 23. *Persuadendum erat provinciis illud iter Domitiani fuisse, non principis.* id est hominis sceleratissimi. Vide & p. 23. in Ed. Lips. sentit *sibi non principi dici.* Notandus omnino locus. IX. 5. 2. *Xerxes cujus in nomine superbia & impotentia habitat.* Sic in Domitii nomine habitabat honestas & justitia. *Ille vero tum se Metellum minime fore putasset, si te ulla in re imitatus esset.* Cic. in Ver. L. III. c. 17. & omnino L. IV. c. 55. *Ac vere Metellus* pro Sext. c. 62. sic plane VIII. 8. 2. *Ut enim in rebus seriis Scaevolam, ita in coenis & lusibus hominem agebat.* Sic enim lego hunc locum. Suet. Caes. c. I. *Caesari Marios inesse.* Sic infra VI. 9. 6. *Duos in uno homine Sullas fuisse, turpem adolescentem, & virum dicerem fortem, nisi ipse.* Sic enim distinguendum, quod male fit a Pighio, & qui eum sequitur Vorstio. Est igitur hic *Domitius* illius justitiae amans animus, honesta vita, honestum nomen. & sane hoc intelligi patet ex sequenti. *Justitia vicit odium.* Fuit igitur inimico oppositum justitiae amans, quod non adeo exprimitur voce *dominus*, quae potius significaret, metuentem vicissitudinem rerum humanarum, metuentem ne sibi etiam domino similia a servis evenirent, ideoque tale servi *flagitium* puniendum existimantem. Cic. Phil. II. c. 28. *Et consul & Antonius.* hoc est & consul & homo impudicissimus, & consul & homo nequissimus. Quid enim est aliud *Antonius*? Nam si dignitas significaretur in homine, dixisset, aliquando *avus tuus & Consul & Antonius.* Cic. Phil. XIII. c. 7. *Haec si cogitas & M. Lepidus, & M. Lepidi Pont. Max. pronepos,* sic enim lego. Flor. III. I. 5. *In Scauro ipsos Romani Imperii mores expugnavit.* Cic. in Epist. ad Fam. *Billienus & Demetrius.* Auctor B. Hisp c. 19. *Respondit Caesar, se Caesarem esse, fidemque praestiturum.* Vide & Sen. Ep. 87. de Catone. Ovid. Heroid. VI. 151. *Medeae Medea forem.* Cic. II. ad Fam. Ep. 7. *A Tribuno plebis & Curione tribuno.* PERIZON. *Et dominus* omittitur in Med. prim. & Leid. sec. Vacuum spatium ejus loco relictum est in Harl. *& Domitius*, deerat in Leid. sext. ceteri fere cum Copesiano consentiunt. *Et & dominus* expungendum esse recte monuit Perizonius. *Justitia tamen vicit odium*, exstat in Edd. praeter Mog. quae *tamen* cum MSS. omittit. Quod non omnibus displicebit, utpote exclamationi convenientem habens brevitatem.

41. *Diversa existimatione perpendens*] Sic Curt. L. IV. 12. *Modo suum, modo Parmenionis consilium sera existimatione perpendere.* PERIZON. MSS. hic, ut alibi saepe, *extimatione*, etiam

Jam L. Sulla non se tam incolumem, quam Sulpicium Rufum perditum voluit, tribunicio furore ejus [47] sine ullo fine vexatus. Ceterum cum eum proscriptum, & in villa latentem, à servo proditum comperisset, [48] manumissum parricidam, [49] ut fides edicti sui extaret, [50] *praecipitari protinus saxo Tarpejo cum* [51] *illo scelere parto pileo* jussit. Victor alioquin insolens, hoc imperio justissimus. 7. Ann. urb. 665. Liv. LXXVII.

Externa.

Verum ne alienigenae justitiae obliti videamur, Pittacus Mitylenaeus, cujus aut meritis tantum cives debuerunt, aut moribus crediderunt, [52] ut suis ei suffragiis tyrannidem deferrent, tamdiu illud imperium sustinuit, quam- I. Laert. in Vit.

etiam ubi *existimare* necessario requiritur. *Existimatione* hic praeferendum videtur Perizonio, quoniam *judicium* hic maxime intelligitur, quod hoc nomine significari solet, ut *existimare* pro *judicare*; & *existimator* pro *judice*. Vide J. Fr. Gronov. ad Liv. L. XXXIV. 2.

42. *Nec aliter se L. Crassus*] MSS. octo cum Ed. Mog. omittunt pronomen *se*. Ultraj. prim. *Haec aliter.* sec. *In eodem loco justitiae experimento.* Leid. sext. *fecit. gessit.* Quasi pronomen omissum fuerit, quia auctor scripserat. *Nec aliter L. Crassus &c. fecit.* Sed & *fecit* pro *gessit* a librario potest esse substitutum, ut melius cohaereret oratio.

43. *C. Carbonis*] A Pighio hoc est: ceterae editiones cum aliquot MStis. *Gn.* Sed *C.* extitat quoque in nonnullis. duo *Caji Gnei Carbonis.*

44. *Utpote inimicissimi sibi*] Sic Ed. Mog. & plerique MSS. Reliqui ediderunt ante Pighium, *inimicissimum*, quod habet Leid. prim. *Inimicissimus* Leid. quint. & Bit. primus.

45. *Quo pacto igitur*] *Igitur* deest in Copesiano.

46. *Cum inter accusatores quoque*] Med. prim. *Cum eam inter accusatores* quoque.

47. *Sine fine vexatus*] Sic Pighius & ceteri post eum. Superiores, *sine ullo fine*, confirmantibus hoc omnibus MSS.

48. *Manumissum parricidam*] Servum, qui dominum prodidit, parricidam vocat. Manumissus autem servus ille fuit, ut, quemadmodum in Epitome libri LXXVII. Livii est, promissum praemium indicii haberet: mox vero ob scelus proditi domini de saxo dejectus. VORST.

49. *Ut fides edicti sui extaret*] Ut praestaret quod in edicto promiserat; videlicet servos, qui dominos suos proderent, se manumissurum. VORST. Pro *exstaret* uterque Med. *constaret.*

50. *Praecipitari protinus e saxo Tarpejo*] Omnes fere MSS. cum Ed. Mog. praepositionem *e* delendam indicant.

51. *Illo scelere parto pileo*] Pileus, signum libertatis, & servo tributus fuit qui dominum prodiderat. VORST.

52. *Ut suis ei suffragiis tyrannidem deferrent*] Aldus omisso *ei* edidit, *ut suis suffr. tyr. def.* Verum uterque cod. Brand. voculam eam habet: nec potest ea abesse. Rursus *suis* ab utroque illo cod. abest: itemque a vetere editione Chalcocondylae. Editio Pighii perperam habet *Ut suis & suffragiis tyr. def.* Quod Colerus tamen retinuit. Thysius vero adhuc pejus edidit *Ut suis in suffr.* Porro *tyrannidem* imperium unius vocat justum quoque & legitimum. quae quidem vocis significatio est antiquissima. Sic Nepos Miltiade: *Tyrannus fuerat appellatus; sed justus.* VORST. MS. *Ut eis suffragiis.* Brand. Codd. *Ut ei suffrag.* Videtur legendum, ut edidit Aldus. *Ut suis suffragiis.* Non magis enim hic Dativus requiritur, quod vult Vorstius, quam paulo post, hoc eodem in exemplo. *Cum recuperati agri dimidia pars omnium consensu offerretur.* sc. *ei.* Possis *eis* etiam exponere, meritis aut moribus. Lege, *Ut ei suffragiis. eis* ortum ex repetito *s.* PERIZON. *Ei suffragiis*, habet uterque Ultraj. & Ed. Mog. in aliis septem invenio, *ejus suffragiis.* Alii *suis ei suffragiis.* vel *suis suffragiis.*

quamdiu [53] bellum de Sigeo cum Athenienſibus gerendum fuit. Poſtquam autem pax victoria parta eſt, continuo reclamantibus Mitylenaeis depoſuit; ne dominus civium ultra quam reipublicae neceſſitas exegerat, permaneret. Atque etiam, cum recuperati agri dimidia pars [54] conſenſu omnium offerretur, avertit animum ab eo munere; deforme judicans virtutis gloriam magnitudine praedae minuere.

2. Cic. offic. III. Plut. in vita. Alterius nunc mihi prudentia referenda eſt, ut alterius repraeſentari juſtitia poſſit. Cum ſaluberrimo conſilio Themiſtocles migrare Athenienſes in claſſem coëgiſſet, Xerxeque rege, & [55] copiis ejus Graecia pulſis, ruinas patriae in priſtinum habitum reformaret, & opes clandeſtinis molitionibus ad principatum Graeciae capeſſendum nutriret: in concione dixit, *habere ſe rem deliberatione ſua proviſam, quam ſi fortuna ad effectum perduci paſſa eſſet, nihil majus aut potentius Athenienſi populo futurum: ſed eam vulgari non oportere.* Poſtulavitque, *ut aliquis ſibi, cui illam tacite exponeret, daretur:* datus eſt Ariſtides. [56] Is poſtquam cognovit, [57] claſſem illum Lacedaemoniorum, [58] quae tota apud Gythaeum ſubducta erat, velle incendere, ut ea conſumpta dominatio maris ipſis cederet: [59] proceſſit ad

giis. Deinde Med. ſec. *Neceſſitas exigeret.* Quod non ſpernendum.

53. *Bellum de Sigaeo cum Athenienſibus gerendum fuit*] Laërtius in vita Pittaci ſcribit περὶ Ἀχιλλείτιδος χώρας *de Achillitide agro* id bellum geſtum fuiſſe. Noſter quoque paulo poſt *recuperatum agrum* vocat. VORST. Uterque Ultraj. *Sigeo.* Quomodo ſcribendum, quum deducatur a Graeco Σιγείου.

54. *Conſenſu omnium offerretur*] Harl. Bit. ſec. Med. prim. *Conſenſu ei omnium.* Leid. ſext. *Conſenſu omnium eidem.* Ultraj. ſec. *Conſenſu omnium ſibi offerretur.* Idem pro *reclamantibus Mitylenaeis*, habet *reclamantibus Mitilenis.*

55. *Copiis ejus Graecia pulſis*] Cop. *Egregia.* Med. ſec. *E Graecia.* Harl. *in Graecia.* Tum Bit. prim. *Ad effectum produci.* Barb. prim. *Dixit habere rem.* ut ſaepiſſime tali modo omittitur illud pronomen *ſe.* ut ſupra monui.

56. *Is poſtquam cognovit*] MSS. decem *Is poſtquam recognovit.* Sic Ed. Mog.

57. *Claſſem illum Lacedaemoniorum*] Sic Pighius cum aliquot MSS. Qui partim habent *claſſem illam* cum Mog. Nonnulli cum aliis Edit. *eum claſſem illam.* Sed recte emendavit Pighius. Quum enim totam claſſem ibi ſubductam dicat, non opus erat addi *illam*, quo pronomine ab alia claſſe alibi ſubducta diſtingueretur.

58. *Quae tota apud Gytheum ſubducta erat*] *Gytheum* & Cicero appellat III. de Off. At Ptolemaeus Γύθιον: & Pauſanias in Arcad. Γύθειον. Fuit autem oppidum Laconicae triginta ſtadia ab urbe diſtans: apud quod Lacedaemoniorum navale fuit. Porro *ſubducta* idem eſt quod in altum, & in ſiccum, ducta. Virgilius I. Aen. *Quaſſatam ventis liceat ſubducere claſſem.* Sic & *ſubducere aciem in collem* dicunt. VORST. Unus Leid. *Sigeum.* Ultraj. prim. *Githeum.* Apud Liv. L. XXXIV. 38. *Gythium* legitur. Sed ſimiliter etiam apud Graecos modo Γύθιον, modo Γυθεῖον dici obſervarunt viri Docti. Vide J. Meurſii Miſc. Lac. L. IV. 6.

59. *Proceſſit ad cives & retulit*] Hanc concinnitatem Pighio debemus. Poſt Aldum enim legebatur, *Proceſſit ad cives & ipſis retulit.* Sed *ipſis* omittunt editiones illo antiquiores & MSS. Pro *incepto deſiſtere*, Med. ſec. *Ab incepto deſiſtere.*

60. *Zalencus*] De hoc vide Aelian. L. III. 17.

ad cives, [59] retulit, *Themistoclem ut utile consilium, ita minime justum animo volvere.* Evestigio universa concio quod aequum non videretur, ne expedire quidem proclamavit, ac protinus Themistoclem incepto desistere jussit.

Nihil illis etiam justitiae exemplis fortius. [60] Zaleucus, urbe Locrensium à se saluberrimis atque utilissimis legibus munita, cum filius ejus adulterii crimine damnatus, secundum jus ab ipso constitutum, utroque oculo carere deberet, ac tota civitas [61] in honorem patris poenae necessitatem adolescentulo remitteret, aliquamdiu repugnavit. Ad ultimum precibus populi evictus, suo prius, deinde filii oculo eruto, [62] usum videndi utrique reliquit. Ita debitum supplicii modum legi reddidit, aequitatis admirabili temperamento, se inter misericordem patrem & justum legislatorem partitus. 3. Cic. de leg. II. Aelian. Var. hist. II. Stob. serm. 42.

[63] Sed aliquanto Charundae Thurii praefractior atque abscisior justitia. Ad vim & cruorem usque seditiosas conciones civium pacaverat, lege cavendo, *ut si quis eas cum ferro intrasset, continuo interficeretur.* Interjecto deinde tempore ex longinquo rure gladio cinctus domum repetens, subito in- 4. Arist. Polit. II. Cic. de leg. II. Laërt. in Pythag.

17. L. XIII. 24. & Cic. ad L. VI. ad Att. I. PERIZON. *Zaleucus.* Sic recte Ed. Mog. Mediol. Ascen. Ald. Colin. & plerique MSS. edit. Ven. *Seleucus.* Gryph. & Rob. Stephan. *Zeleucus.* Quod secutus est Pighius, mutavit Colerus.

61. *In honorem patris*] Haec verba desunt in Cod. Harl. idem paulo post. *precibus populi victus.*

62. *Usum videndi utrique reliquit*] MSS. septem *usum videndi utrisque reliquit.* Quomodo de duobus loquuntur etiam alii. Nepos in Hannib. c. 4. *Cum his* (Sempronio & Scipione) *manus conseruit, utrosque profligavit.* in Timol. c. 2. *Quod utrorumque Dionysiorum opibus Corinthii saepe fuerant adjuti.* Just. L. IX. 7. 8. *His stimulis irarum utrique* (Olympias & Alexander) *Pausaniam de impunitate stupri sui querentem ad tantum nefas impulisse creduntur.* Sen. in Herc. Fur. 1062.

Fervide Titan. Obitus pariter
Tecum Alcides vidit & ortus,
Novitque tuas utrasque domos.

63. *Sed aliquanto Charondae Tyrii praefractior atque abscisior justitia*] Legendum, *Charondae Thurii.* Hic enim leges scripsit, Pythagorae discipulus cum Zaleuco, ut ex Laërtio constat. Aristoteles & Stobaeus Catanaeum fuisse tradunt. PIGH. *Charondae Thurii.* Ita legendum; non *Tyrii*, ut ediderat Aldus. Dictus autem *Thurius* ab oppido magnae Graeciae, cui *Thurium* nomen. Et fuit discipulus Pythagorae una cum Zaleuco Locrensi. VORST. Aristot. L. II. Polit. 10. Diff. Raph. Rich. ad Segum. & Seg. ad Raph. PERIZON. *Charondae Thurii* edidit etiam Oliverius, legitque ita Theophilus, notatque de patria ejus inter auctores non convenire, & Parrhasium non meminisse se alicubi legisse eum *Thurium* fuisse. Καταναῖον diserte vocat Aristoteles loco citato a Perizonio. Contra *Zaleucus* dicitur Λοκρὸς ἐκ Θουρίων, a Suida.

64. *Solutae à se legis suae*] *Solvere legem* idem quod *violare*: ut Graece λύειν τὸν νόμον. VORST. MSS. *Admonitus.* melius. PERIZON. Sic MSS. omnes & Ed. Mog. Pigh. in Marg. notavit pro *sanciam* al' habere *sarciam.* quod inveni in Leid. quart. Ed. Mog. *sauciam.* vide & Dempst. ad Rosin. L. VIII. p. 549.

65. *Poenam tamen repraesentare maluit*] Suetonius Claud. 34. *Tormenta quaestionum, poenasque parricidarum repraesentabat, exigebat-* que

indicta concione, sicut erat, in eam processit, ab eoque, qui proxime constiterat, [64] solutae à se legis suae admonitus: *Idem ego illam*, inquit, *sanciam*; ac protinus ferro, quod habebat, destricto incubuit. Cumque liceret culpam vel dissimulare, vel errore defendere, [65] poenam tamen repraesentare maluit; nequa fraus justitiae fieret.

que coram. Et Vitell. *repraesentare necem*. Curtius L. x. *repraesentare supplicia*. In quibus *repraesentare* idem quod statim exigere. VORST. Phaed. L. III. 10. [illegible] *Repraesentavit in se poenam facinoris*. *Tamen* omittit a Leid. sec.

CAPUT VI.

DE FIDE PUBLICA.

QUAM COLUERE

1. *Senatus Rom.*
2. *L. Manlius, M. Atilius Cos.*
3. *Idem senatus Rom.*
4. *P. Africanus superior.*
5. *Idem senatus Romanus.*

EXTERNI.

1. *Sanguntini.*
2. *Petellini.*

[1] Hujus imagine ante oculos posita, venerabile fidei numen dexteram suam, certissimum salutis humanae pignus, ostentat. Quam semper in nostra civitate viguisse, & omnes gentes senserunt, & nos paucis exemplis recognoscamus.

[2] Cum Ptolemaeus rex tutorem populum Romanum filio reliquisset, se-

1. *Hujus*] MS. *Cujus*. non male. Solet enim ita sequentia superioribus connectere. Dein pro *recognoscamus* malim *recognoscemus*. Melius enim praeteritum & futurum conjunguntur, quam praeteritum & adhortatio. PERIZON. *Cujus* invenio in MSS. octo, & supra plus semel restituimus, & habent hic ita Ed. Ven. & Mediol.

2. *Cum Ptolemaeus*] Cum tot fuerint Ptolemaei Aegypti reges, non dignatur vel uno verbo innuere de quonam loquatur. Sed neque commentatores quidquam dicunt. Ego de *Ptolemaeo* quarto, qui *Philopater*, intelligo ex Justini libris xxx. & xxxi. qui in Antiochi Magni Asiae, & Philippi Macedonum regum tempora incidit. Filius ejus *Epiphanes*. *M.* Aemilius nondum fuit Cos. Sed postea factus. Siquidem ille est, qui anno 567. primum fuit in consulari magistratu. Sed omnia quasi de industria obscurat author, sicut exemplo sequente de Poenorum ducibus. Longo enim tempore post *Asinam* captum hi duces cum Romano consule locuti sunt, ad finem, inquam, primi belli Punici: nec cum duobus Coss. ut hic scribit Valerius, sed cum uno duntaxat C. Luctatio. GLAREAN.

3. *Pontificem Maximum*] Errare Valerium, & Aemilium xxiii. anno postquam tutelae regis pupilli destinatus fuit, demum Pontificem Maximum factum esse, docuit Perizonius in Anim. Hist. c. 7. p. 311. & hic in margine notavit videndos Usserii Ann. A. 3803.

4. *Integerrimi viri sanctitatem reipub. usibus* &

senatus M. Aemilium Lepidum, [3] pont. max. bis consulem, ad pueri tutelam gerendam Alexandriam misit: amplissimique & [4] integerrimi viri sanctitatem reip. usibus & sacris operatam, externae procurationi vacare voluit; ne fides civitatis nostrae frustra petita existimaretur. Cujus beneficio regia incunabula conservata pariter ac decorata, incertum [5] Ptolemaeum reddiderunt, patrisne fortuna magis, [6] an tutoris majestate gloriari deberet.

Ann. urb. 595. circiter. Tacit. II. 67. Just. xxx. & xxxi.

... illa Romana fides. [7] Ingenti Poenorum classe circa Sici-

& *sacris comparata*] In manuscriptis *reipub. usibus & sacris operatam.* Elegantissime. *Operari* enim dicuntur proprie, qui ipsimet reipub. laborant, ut Livius libro IV. *Eo tempore quo corpus addictum atque operatum reipub. esset. Operari* item dicuntur, auctore Nonio, *qui deos religiose, & cum summa veneratione sacrificiis litant.* Pomponius Praecone posteriore: *Ad Veneris profectus est mane vetulus votum ut solveret, ibi nunc operatus est.* Africanius *Excepto*: *Simul ocium hortabatur ut operatum illum Dianae degerem sanctum diem.* Lucilius Lib. XXX. *Aut operatu' aliquo in celebri cum aequalibus fano.* Juvenalis Satyra XII.

——— Longos erexit janua ramos,
Et matutinis operatur festa lucernis.

Conqueritur item Propertius Lib. II. Cynthiam suam Isidis sacris operari, atque ideo a concubitu abstinere.

Tristia jam redeunt iterum solemnia nobis,
Cynthia jam noctes est operata decem,
Atque utinam Nilo pereat quae sacra tepente
Misit matronis Inachis Ausoniis. PIGH.

Reip. usibus & sacris operatam. Ita plane & codices Brandeb. Aldus hic male *sacris comparatam. Operari reip.* & *operari sacris* notae phrases. Livius L. IV. *Eo tempore, quo corpus addictum atque operatum reip. esset.* VORST. *Amplissimique viri sanctitatem Reip. usibus & sacris operatam externae procurationi vacare voluit.*] Ita Pigh. ex nonnullis Codd. & Vorstius ex suis legunt. Aldus ediderat, *Comparatam.* Apparet id ortum ex lectione MS. Copesiani legentis *Compertam*, id est, spectatam, perspectam. convenientissimum sanctitati epitheton. Nimis enim tenue est de tanto viro cum simpliciter *operatum esse Reip.* Si maxime recte dicatur. PERIZON. *Operatam* fere omnes habent MSS. & Ed. Mog. cum Mediol. Recte autem hoc. Proprium enim de *sacris*, quorum mentio proxime antecessit. Et solent ita saepe proximo jungere verbum ei accommodatum, ex quo in ceteris, verbum illis conveniens intelligi debet. *Operari* autem *sacris* purissimae Latinitatis dictionem esse sat multis exemplis probavit vir summus Rich. Bentlejus ad Horat. L. III. ode 14. Convenientissime autem & suo more verbo *operari* subjungit *externae procurationi vacare.*

5. *Ptolemaeum*] Liber Danielis *Ptolemaeo.* Congrue. COLER. *Incertum Ptolemaeum reddiderunt.* Notat Colerus, in cod. P. Dan. scriptum esse *incertum Ptolemaeo redd.* id quod eidem & concinnum videtur. Habet ita unus quoque cod. Brand. Mihi tamen alterum magis placet. VORST. *Ptolemaeo* exstat in MSS. quinque. Sed aliter omnes editiones.

6. *An tutoris majestate*] Sic omnes typis expressi. Octo tamen scripti codices *tutorum majestate*, praeferunt. Quod non probaverim. Proculdubio enim respicit majestatem Lepidi, qui hinc etiam in nummo apud Ursinum appellatur TVTOR REGIS.

7. *Ingenti Poenorum classe circa Siciliam deducta*] In Susiano & Pulmanniano melius, *devicta.* PIGH. *Circa Siciliam devicta.* Nondum fuit devicta Sicilia. Editiones veteres: *deducta.* Malim *dejecta. Dejicere* significat etiam removere, avertere. Lucillius L. XXIX. *Detrusus tota vi dejectusque Italia.* Vide & Nonium. COLER. *Classe circa Siciliam devicta.* Ita è duobus codd. correxit Pighius. Alii codd. habent *deducta.* Videtur autem intelligi ea victoria, quam C. Duillius mari à Carthaginiensibus reportavit. Vide Epit. Lib. XVII. Liv. VORST. Proxime ad Susiani & Pulmanniani codicis scripturam accedit Med. primus exhibens *devectae.* Leid. sec. *dedicta.* reliqui

Ann. urb. 497. Zonaras II.

Ann. urb. 493. Polyb. I. Livius XVII. Flor. II. 2. Zonaras.

ciliam devicta, duces ejus fractis animis consilia petendae pacis agitabant. [8] Quorum Amilcar [9] *ire se ad consules* negabat *audere; ne eodem modo catenae sibi injicerentur*, [10] *quo ab ipsis Cornelio Asinae consuli fuerant injectae.* Anno autem [11] certior Romani animi aestimator, nihil tale timendum ratus, maxima cum fiducia ad colloquium eorum tetendit. Ad quos [12] cum de belli fine ageret, & tribunus militum ei dixisset, [13] *posse illi merito evenire quod Cornelio accidisset:* uterque consul, tribuno tacere jusso, *Isto te*, inquit, *metu, Anno, fides civitatis nostrae liberat.* Claros illos fecerat [14] tantum hostium ducem vincire potuisse; sed multo clariores fecit, [15] noluisse.

Ad-

qui omnes *deducta* retinent. *Devicta* nihilominus toti narrationis ordini, & ipsi Latini sermonis genio melius convenit. Quid vero Colerus voluerit nescio, cum Pighii lectionem rejicit, quia nondum fuit *devicta Sicilia*. *Deducta* vero si mutandum est, aeque facile in *devicta*, quam in *dejecta* mutari potest. *Dejici classis* proprie dicitur, quae vi tempestatis aliquo compellitur, ut *disjici*, quae dispergitur. Liv. Lib. XXI. 49. *Eadem tempestate, qua ipsi disjecti forent, eam quoque classem ad Aegeates insulas dejectam.* Et si auctor vel maxime id voluisset, quod Colerus putat, scripsisset proculdubio, *a Sicilia dejecta*, id est, repulsa, cum Siciliam vellet invadere. Equidem *deducta* retinerem, & exponerem, non ut saepe alias *deduci naves* dicuntur, quae de litore aut navali ducuntur in mare, sed per *adducta*, ut apud Liv. loco citato. *Nullo repugnante captas naves Messanam in portum deduxerunt.* Sed qui tunc ingenti illi classi conveniat, quod sequitur, ducibus ejus fractos animos fuisse, non intelligo. Tantae enim ignaviae duces Carthaginiensium, Amilcar praesertim & Anno, accusari non possunt, ut fractos illis, nisi ingenti clade accepta, animos tribuamus. Quare *devicta* probaverim.

8. *Quorum Amilcar*] Omnes MSS. & editi ante Pighium habent. *Quorum Dux Amilcar.*

9. *Ire se ad consules*] Vorstius existimat intelligi eam victoriam, quam Duilius de Carthaginiensibus reportavit. Sed ad quos consules venit igitur Anno, cum *Cn. Cornelius Asina* Duilii collega erat in hostium potestate, cujus casu audito Duilius, qui terrestribus copiis in Sicilia praeerat, tradito tribunis militum exercitu, in classem se contulit, & victoriam de Poenis reportavit. Porro tunc non classi praefuit Amilcar, sed pedestribus copiis. Res liquet ex Polyb. L. I. 22. & 23.

10. *Quo ab ipsis Cornelio Asinae consuli fuerant injectae*] Epitome L. XVII. Liv. *Cn. Cornelius consul à classe Punica circumventus, & per fraudem veluti in colloquium evocatus, captus est.* Vide & infr. VI. 9. 11. ubi *Cn. Cornelius Scipio Asina* vocatur. VORST. Polyb. nihil de fraude dicit Carthaginiensium, sed metu attonitum Cornelium, quod in portu erat obsessus, se iis dedidisse L. I. 22. Ὁ δὲ Γάϊος ἐκπλαγεὶς γενόμενος, καὶ ποιεῖν ἔχων οὐδὲν, τέλος παρέδωκεν αὑτὸν τοῖς πολεμίοις.

11. *Certior Romani animi aestimator*] Harl. *Existimator.*

12. *Cum de belli fine ageret*] Barthius legebat *de belli jure*. Male. *De belli fine* i. e. pace. de fine bello imponendo.

13. *Posse illi merito evenire, quod Cornelio accidisset*] Med. prim. *Quod Cornelio evenisset.*

14. *Tantum hostium ducem vincire potuisse*] Ed. Mog. & Ven. *Vincere potuisse.* Sed *vincire* legendum esse olim vidit Janus Parrhasius teste Theophilo, & ita habet longe potior pars MStorum.

15. *Noluisse*] Guyeto locus sanus non videtur, & conjicit ille ideo scribendum. vel, *In vincula ducere noluisse*, vel *captivum facere noluisse.* Nugae. Manifeste enim subintelligitur verbum *vincire.*

16. *C. Flaminio*] Multi MSS. *Lucio.*

17. *Quia manus his intulerant, per feciales reddendos curaverunt*] Mutilus est locus ac jejune contractus, quem hoc modo restitui debere docent manuscripti libri, licet incorrecti nonnihil varient; *Quia manus his intulerant, per feciales Culeo praetor ex S. C. dedendos curavit.*

Adversus eosdem hostes parem fidem in jure legationis tuendo Patres conscripti exhibuere. M. enim Aemilio Lepido, [16] C. Flaminio coss. L. Minucium & L. Manlium Carthaginiensium legatis, [17] quia manus his attulerant, per feciales Claudio praetore dedendos curaverunt. Se tunc senatus, non eos quibus hoc praestabatur, aspexit. 3. Ann. urb. 566. Livius xxxviii.

[18] Cujus exemplum superior Africanus secutus, cum onustam [19] multis, & illustribus Carthaginiensium, viris navem in suam potestatem redegisset, inviolatam dimisit, [20] quia *se legatos ad eum missos* dicebant, tametsi manifestum erat, illos [21] vitandi praesentis periculi gratia [22] falsum le- 4. Ann. urb. 550. Livius xxx. App. Punica. Polyb. xv. sed paulo aliter.

vit. Constat autem ex Livio *Q. Terentium Culeonem* tunc praetorem peregrinum fuisse, ex quo intelligimus perperam in scriptis exemplaribus *Claudio praet.* legi. Sed vide Annales magistratuum nostros. PIGH. *Per feciales Claudio praetore dedendos curaverunt.* Verba Livii Lib. XXXVIII. hac de re sic habent, *Eo anno L. Minucius Myrtilius & L. Manlius, quod legatos Carthaginienses pulsasse dicebantur, jussu M. Claudii, praetoris urbis, per feciales traditi sunt legatis, & Carthaginem avecti.* Apud nostrum Pighius legendum putat, *Per feciales Culeo praetor ex SC. dedendos curavit.* Et secuti eum sunt Colerus & Thysius. Verum *curaverunt* numero plurali omnes codd. tam MSS. quam typis expressi habent. Estque id omnino referendum ad Patres conscriptos; de quibus dictum fuerat, quod parem fidem in jure legationis exhibuerint. Si autem verbum numeri plur. hic positum sit, non potest nomen casus primi *Culeo* locum habere. VORST. *Culeo praetor ex SC. dedendos curavit.* MS. *Patres conscripti dedendos.* Lege igitur cum Vorstio. Antiq. Edd. & Codd. addita tantum praepositione *a. Per feciales a Claudio praetore dedendos curaverunt.* Ceterum quod Pighius hic aestuat, quod Liv. a Praetore praecedentis anni *M. Claudio* hoc factum docet; non eo sollicitandus erat lectio. Oscitantia enim haec est Valeriana, qui quum in Livio invenisset extemplo post consules designatos, quod fiebat extremo prioris anni, hos a praetore deditos, male scripsit, illis consulibus factum esse. Vide Lib. L. XXXVIII. c. 42. & patebit incuria Valeriana, quam tamen tueri quis posset, qui legat COSS. DESS. id est, *Consulibus designatis.* PERIZON. Barb. primus, *Per feciales P. R. dedendos.* Pauculi *Claudio praetore.* Plerique *Claudio praetori.* Duo; *Per feciales dedendos.* Omnes *curaverunt.* Nisi, *Claudio praetore* e margine, cui aliquis, qui factum illud ejus jussu observarat, id inscripserat, in contextum irrepserit, legerim quoque *a Claudio praetore* cum Perizonio. De qua constructione vide supra L. III. 8. 7.

18. *Haec exempla superior Africanus secutus*] MS, *Cujus exemplum.* Verius & rectius. Superiore enim exemplo de jure legationis actum erat, similiter hic legatos inviolatos dimisit Scipio. Nam in secundo exemplo Anno non fuit legatus, a *patria* missus: sed tamen in colloquium venit sua sponte cum Romanis Imperatoribus. *Hujus exemplum.* Ascensii editio, ubi vide notas Ascensii. PERIZON. *Hujus exemplum.* Sic melius, quam *cujus.* Nam de eo quod in manibus habet loquitur fere per pronomen *hic.* ASCENS. Imo & per *Cujus*, quod reperitur in MSS. decem, & vetustissimis editionibus Mog. Ven. Mediol. ceterae *Hujus* habent, *exemplum* omnes. *Haec exempla*, a Pighio est.

19. *Multis & illustrium Carthaginiensium viris*] Bit. prim. Leid. quint. & sext. *Et illustribus.* Ultraj. prim. *Illustris.* sec. *Ex illustrium.* Sic quoque Mog. Ed. reliquae *& illustribus.* Quod mutare necesse non erat: nisi malis, *Ex illustribus.* Unde natum videtur, *Multis illustrium.*

20. *Quia se legatos ad eum missos dicebant: tametsi &c.*] Tollenda est distinctio major ante *tametsi.* Omnia enim cohaerent. Nam το ut caussale pertinet ad *dimisit.* PERIZON.

21. *Vitandi praesentis periculi gratia*] *Praesentis* deest in Harl. & Leid. sec. in Barb. sec. adscriptum est literis minutissimis tamquam glossa.

22. *Falsum legationis nomen amplecti*] Vetus, *vocabulum amplecti.* Ausimne, *velabulum?* LIPS.

legationis nomen amplecti, [23] ut Romani imperatoris potius decepta fides, quam frustra implorata judicaretur.

Repraesentemus etiam illud senatus nullo modo [24] praetermittendum o-
5. Ann. urb. 487. Livius xv. Zonaras II. pus. Legatos [25] ab urbe Apollonia Romam missos [26] Q. Fabius & Cn. Apronius aediles, orta contentione, [27] pulsaverunt. Quod ubi comperit, continuo eos per feciales legatis dedidit, *quaestoremque cum his Brundisium ire* jussit; ne quam in itinere à cognatis deditorum injuriam acciperent. [28] Illam curiam mortalium quis concilium, ac non Fidei templum dixerit? Quam ut civitas nostra semper benignam praestitit, [29] ita in sociorum quoque animis constantem recognovit.

Ex-

Cui placebit? *Vocabulum*, id est, Nomen. Tac. L. I. Ann. 3. Cic. L. I. de N. D. 15.

23. *Ut Romani imperatoris potius decepta fides*] Cop. uterque Med. Barb. prim. Harl. Bit. sec. Leid. prim. *Romani Imperii. Potius* deest in Ultraj. prim. de quo supra L. I. I. Ext. 2. pro *judicaretur*. Med. prim. *Videretur*. Porro Polyb. L. xv. c. 4. ita loquitur quasi revera fuerint legati, qui Roma Carthaginem redibant, & sibi valde metuebant, quia paulo ante legati Romanorum a Carthaginiensibus fuerant violati. Πυθόμενοι γὰρ τὴν γεγενημένην ἐκ τῶν Καρχηδονίων ἀσέβειαν περὶ τοὺς τῶν Ῥωμαίων πρέσβεις, πρόδηλον ἐδόκουν εἶναι σφίσι τὴν ἐκ τούτων τιμωρίαν. cum Polybio consentit Liv. L. xxx. 25. Ubi pariter *ab Roma Laelium Fulviumque cum legatis Carthaginiensium supervenisse* tradit. Ceterum Oliverius notat hoc accidisse, postquam Scipio utramque devicerat Hispaniam, quum factum sit, Scipione bellum jam in Africa gerente, non ita diu ante proelium cum Annibale.

24. *Praetermittendum*] Bit. prim. *Praetereundum*.

25. *Ab urbe Apollonia*] Varias hoc nomine urbes fuisse notat Ascensius, ipse hic *Ponticam* credit intelligi. Sed diserte Zonaras dicit, *Apolloniatibus in sinu Ionio habitantibus*. & ita intellexit Guyetus.

26. *Q. Fabius Cn. Apronius aediles*] Pighius aediles tunc eos fuisse statuit in Fast. ad A. 487. Hic tamen ipse edidit *aedilitii*. Quod invenio in Harl. Ultraj. prim. & Leid. quint. Nonnulli habent. G. *Apronius*. Leid. sext. *Marcus*. Ascensius notat alios textus habere *Sempronius*. Multi MSS. delent conjunctionem &. Med. sec. *Orta inter ipsos contentione*.

27. *Pulsaverunt*] Forte, *Pulsaverant*. Sic enim solet Valerius. PERIZON.

28. *Illam curiam mortalium quis concilium ac non fidei templum dixerit?*] Praefero equidem lectionem MS. *Illam cur. mort. q consilium an fidei templum dixerit?* Non viderunt librarii τὸ *quis* hic significare *aliquis*. Quomodo supra VI. 4. 4. Ascensii edit. *an non*. ut & *consilium*. PERIZON. Harl. *Aut non*. Ultraj. sec. Leid. prim. sec. uterque Bit. *An non*. ut legebatur ante Pigh. *An* habet Leid. sext. *consilium* quint. cum Harl. & Ultraj. prim. Forte scripsit. *Anne fidei templum dixerit*. *Concilium* hic loco suo non moverim. Frequens apud Cic. *Concilium Deorum*. Quo auctor videtur respicere.

29. *Ita etiam in sociorum quoque animis*] *Etiam*, superest, nec habetur in manuscriptis. PIGH. Abest etiam a nostris.

30. *Nam post duorum*] Ingens hic, sive authoris, sive codicum error. Ait enim P. & Cn. Scipionibus ab Hannibale caesis postea oppugnatum Saguntum. Cum Saguntum initio hujus belli excisum ab Hannibale referant, cum Livius, tum Polybius. Scipiones vero caesos septimo hujus belli anno, ut Livius Lib. v. ejusdem belli recitat. Potuit Valerius omittere hoc exemplum; nam cum parva Romanorum laude haec narrantur, qui fidos socios non minus perfide reliquerunt, quam illi fideliter retinuerunt. Idem de Petelinis & Locrensibus dicendum, siquidem Livio credimus. GLAREAN. *Post duorum in Hispania Scipionum*. Mirifice mendacem fecerunt hunc librum scioli, non enim post Scipionum cladem ab Annibale oppressa Saguntus est, sed multo antea. In Campensi legimus, *Nam post duorum*. Immo ex Livio, Polybio aliisque histo-

EXTERNA.

30 Nam post duorum in Hispania Scipionum, totidemque Romani sanguinis exercituum miserabilem stragem, Saguntini victricibus Annibalis armis intra moenia urbis suae compulsi, cum vim Punicam ulterius nequirent arcere, collatis in forum, quae unicuique erant carissima, atque 31 undique circumdatis accensisque ignis nutrimentis, 32 ne à societate nostra desciscerent, publico & communi rogo 33 semetipsi superjecerunt. Crediderim tunc ipsam Fidem humana negotia speculantem, moestum gessisse vultum; perseverantissimum sui cultum 34 iniquae fortunae judicio tam acerbo exitu damnatum cernentem. I. Ann. urb. 534. Livius XXI. Polyb. & alii.

Idem

historicis omnibus legendum esse puto; *Nam ante duorum in Hispania Scipionum*, si à veritate discedere nolimus. Corrupit locum historiae Romanae imperitus aliquis librarius aut ludimagister. PIGH. *Nam post duorum in Hispania Scipionum.* Diu ante cladem Scipionum in Hispania captum fuisse Saguntum ex Livio & aliis constare potest. Ne igitur falsus fuisse putaretur noster, contra omnium codicum fidem Pighius pro *post* scripsit *ante*. Verum quoniam illud de clade Scipionum hic attexuit, non est verisimile, scribere eum voluisse, quod ante cladem Scipionum Saguntini Romanis tam fideles fuerint; sed scripsisse, quod post cladem eam id contigerit; ut videlicet Saguntinorum illam fidelitatem magis admirandam doceret, ut quae post Romanorum cladem contigerit. Neque vero primum hoc auctoris παρόραμα est; sed & alia ejus generis jam supra observavimus. VORST. *Post* constanter servant omnes mei, & hoc totius narrationis ordini melius convenire recte Vorstius admonuit. *Nam* a plerisque abest MSS. & Ed. ante Pighium. Dissentire autem hic Valerium a Livio & aliis dudum jam observaverat Oliverius.

31. *Undique circumdatis & accensis ignis nutrimentis*] Nonnulli *circumdatis* omittunt. Med. sec *& succensis*, prim. *ac succensis*. Ultraj. sec. *succensisque*.

32. *Ne à societate nostra deficerent*] In Susiano libro *desciscerent*. Recte. Sic enim Livius libro VI. & alibi. PIGH. *Ne à societate nostra desciscerent* Ita è cod. Susiano legi vult Pighius. Aldus ediderat *deficerent*: Chalcocondyles & Martinus Herbip. *desisterent*; quomodo & uterque cod. Brand. habet. VORST. *Desisterent*. MSS. Quomodo & nonnulli alii, quod non rejiciendum forsan. sic & Ascens. Edit, PERIZON. Ultraj. uterque. Leid. sext. & prim. Bit. uterque Barb. prim. Ed. Mog. Ven. Med. habent itidem *desisterent*; quod verbum mutatae mentis & consilii significationem habere docuit Broukh. ad Tib. L. I. 9. 71. Vide & Rivium ad Sall. B. Jug. c. 27. *Quod ab oppugnatione non desisteret*. Plaut. Maenech. V. 2. 27.

Quid tu tristis es? Quid ille autem abs te iratus destitit.

Ut illic MSS. & veteres Edd. habere monuit Taubmannus. *Deficerent* habent Leid. quart. Sed quint. *Discederent*. Ut *discedere ab officio*. de quo Joh. Fr. Gron, ad Liv. L. XXVII. 10. praefero *desisterent*. *Deficere* & *desciscere* illis potius conveniunt, qui ultro fidem fallunt, *desistere* in eos magis quadrat, qui illam colere desinunt coacti necessitate. Vide & infra L. VII. 6. 2.

33. *Semet ipsi superjecerunt*] Plures MSS. *Semetipsos*, ut legebatur ante Pigh. Sed illud auctoritate Ciceronis de eadem re ita loquentis praeferebat Ascensius, qui etiam sic scriptum reperit. Nec caret auctoritate quorumdam ex meis.

34. *Iniquae fortunae judicio*] Bit. prim. *Iniquo*. Nihilo pejus. In fine pro *cernentem*, Ultraj. prim. habet *cernendo*. Quam formam nostram acceptissimam fuisse sexcentis locis patet.

35. *Quia deficere à nostra amicitia noluerant*] Meliores libri, *deficere nostram amicitiam*, hoc est, destituere. Quemadmodum Varro de Re rusti-

2\. Ann. urb. 537. Livius XXIII. 30. Idem praestando Petellini eundem laudis honorem meruerunt. Ab Annibale, 35 quia deficere a nostra amicitia noluerant, obsessi, legatos ad senatum auxilium implorantes miserunt. Quibus 36 propter recentem cladem Cannensem succurri non potuit; 37 ceterum permissum est, uti facerent, quod utilissimum incolumitati ipsorum videretur. Liberum ergo erat Carthaginiensium gratiam amplecti. Illi tamen feminis, 38 omnique aetate imbelli urbe egesta, quo diutius armati 39 famem traherent, pertinacissime in muris perstiterunt; expiravitque prius eorum tota ci-

vi-

rustica III. *Ne deficiant animum.* PIGH. *Quia deficere.* Liber Danielis cui faveo: *Quia deficere à nostra amicitia.* COLER. *Deficere nostram amicitiam.* Scripsit ita Pighius è libris, ut ait, melioribus Et habet quoque ita unus cod. Brand. Essetque *deficere* pro *destituere, deserere.* Alter cod. Brand. habet *deficere à nostra amicitia*; ut & in antiquioribus typis expressis est. VORST. *Ab nostra*, vel *a nostra amicitia deficerent*, in MSS. exstat decem & antiquis editionibus. *Nostra amicitia* Leid. tert. Satis notus est usus verbi *deficere* cum quarto casu. Vide N. Heins. ad Ovid. L. I. Am. 9. 93. Drakenb. ad Sil. L. VIII. 661. Homines tamen recte dici *deficere aliorum amicitiam* haud putem. Certe nullo exemplo hoc probatum video, nec ipse ullum notavi: quare Codices meos & Edd. veteres sequi malui.

36\. *Propter recentem Cannensem Cladem*] MS. *Plagam.* Quod quia elegantius, non contemnendum. PERIZON.

37\. *Caeterum permissum est eis, ut facerent, quod utilissimum incolumitati eorum videretur*] Legendum puto ut in manuscriptis; *Caeterum permissum est, ut ei facerent, quod utilissimum incolumitati ipsorum videretur.* PIGH. *Ceterum permissum est, uti facerent.* MSS. Sex cum antiquis Edd. *Permissum est eis, ut facerent.* Duo, *Permissum est utei facerent.* Leid. etiam. *Quicquid utilissimum.*

38\. *Omnique aetate imbelli urbe egesta, quo tutius armati famem traherent*] Magis placet ut in Pulmanniano, Coloniensi, Susiano, & Cauchiano; *Omnique aetate imbelli urbe ejecta, quo diutius armati famem traherent.* PIGH. *Omnique aetate imbelli urbe ejecta.* Ita rursus Pighius ex codd. MSS. Alii pro *ejecta* habent *egesta.* VORST. *Egesta* in MSS. duodecim invenio, & videntur ita habuisse quoque Brand. Quod non debuerat mutari. Just. L. IV. I. 6. *Et ubi acrior per spiramenta cavernarum ventus incubuit, harenarum moles egeruntur.* Curt. L. VII. 5. 8. *Feliciores videbantur, quos aqua defecerat, quum ipsi sine modo infusam vomitu cogerentur egerere.* Ovid. L. IV. Trist. 3. 38.

Expletur lacrymis, egeriturque dolor.

Ex quibus locis vides recte usurpari de iis, quae superflua & onerosa sunt, ut hic erat ea imbellis aetas, quo respectu etiam Val. Flac. L. VIII. 454. . . . *tunc tota querelis Egeritur questuque dies.* Vide de hoc verbo etiam Cl. Drakenb. ad Sil. L. IV. 280. nonnulli MSS. *imbecilli* habent, ut solet hoc saepius commisceri cum *imbelli.*

39\. *Famem traherent*] De Petilinis Athenaeus Dipnosophista Lib. XII. πετιλῖνοι δὲ τηρήσαντες τὴν πρὸς Ῥωμαίους πίστιν εἰς τοσοῦτον καρτερίας ἦλθον πολιορκούμενοι ὑπ' Ἀννίβα, ὥστε μετὰ τὸ πάντα μὲν τὰ κατὰ τὴν πόλιν δένδρα τοὺς φλοιοὺς καὶ τοὺς ἁπαλοὺς πτόρθους ἀναλῶσαι, &c. COLER. *Quo diutius famem traherent, pertinacissime in muris constiterunt*, a Pighio hoc est, antea legebatur. *Quo tutius famem traherent p. i. m. constiterunt.* Quod in quindecim invenio MSS. Nisi quod nonnulli ex Gudianis videntur habere *Lutius.*

40\. *Ulla ex parte Romanae societatis respectum deposuit*] Ante Pighium edebatur *Deposuerint.* Mog. *Deposuit* quod habent MSS. Novem. Sed alii sex *Deposuerit* praeferunt. *Deposuit* omnino verum videtur.

41\. *Itaque Annibali non Petiliam, sed fidum Petiliae sepulcrum capere contigit*] In Atrebatensi & Cauchiano legitur, *sed fidei Petilianae sepulchrum.* Scribendum tamen antiqua forma *fidei Petellinae.* *Petellinos* enim vocari, atque urbem *Petelliam*, antiqua marmora, quae adhuc extant, demonstrant. PIGH. *Annibali non Petelliam, sed fidei Petellinae sepul-*

vitas, quam [40] ulla ex parte Romanae societatis respectum deposuit. [41] Itaque Annibali non Petelliam, sed fidei Petellinae sepulcrum capere contigit.

pulcrum capere contigit. Sic & Pighius; & quidem & codd. Atrebatensi, & Cauchiano; nisi quod pro *Petellinae* in codd. istis est *Petilianae.* Et fortassis ipsum quoque *Petilianae* non malum est. Certe oppidum in codd. Brand. & antiquis typis expressis vocatur *Petilia.* Athenaeus quoque libro XII. Dipnosoph. *Petellinos* vocat πετιλίνους per unum λ; eandemque illam quam noster, eorum fidelitatem laudat. VORST. *Petiliam*, & *Petilinae* habent etiam nostri. & sic apud Sil. Ital. L. XII. 431.

Fumabat versis incensa Petilia tectis,
Infelix fidei miseraeque secunda Sagunto.

Vide & Emmen. ad Virg. L. III. Aen. 402. Porro omnes mei habent, ut edi solebat olim, *Fidum Petiliae sepulcrum*, praeter Leid. sec. qui *fidem Petiliae* exhibet. Proxime ad lectionem Codd. Atreb. & Cauch. quos laudat Pighius, quorumque lectio verior videtur. *Fides* enim *Petilina*, ibi erat sepulta, ut solet ille loqui pro *fidis Petilinis. Sepulcrum* vero ipsum, quomodo *fidum* appellari possit non video.

CAPUT VII.

DE FIDE UXORUM ERGA MARITOS.

1. *Aemiliae L. F. Tertiae, P. Africani majoris.*
2. *Thuriae Q. Lucretii vespillonis.*
3. *Sulpiciae Lentuli.*

Atque ut uxoriam quoque fidem attingamus, Tertia Aemilia, Africani [1] prioris uxor, [2] mater Corneliae Gracchorum, tantae fuit comitatis & patientiae, ut cum sciret viro suo ancillulam ex suis gratam esse, dissimulaverit: [3] ne domitorem orbis Africanum femina magnum virum im- 1. Gell. VI. 8.

1. *Prioris*] Leid. sext. *Superioris.*

2. *Mater Corneliae matris C. & T. Gracchorum*] Infarcitae annotationes sunt, *matris C. & T.* quas penitus eradendas autumo, cum neque in quatuor scriptis libris habeantur, in quibus dumtaxat; *Mater Corneliae Gracchorum.* PIGH. Ult. sec. Bit. & Leid. prim. *Corneliae matris Gracchorum.* tert. & quart. *Corneliae & T. Gracchorum.* Ultraj. prim. *Mater Tib. & C. Gracchorum.* Med. prim. ut in vulgatis erat ante Pighium. *Matris C. & T. Gracchorum.* Mog. etiam. *Mater Corneliae Matris Gracchorum.* Sic de illa Cic. in Bruto c. 58. *Legimus epistolas Corneliae matris Gracchorum.*

3. *Ne domitorem orbis Africanum foemina magnum virum impatientiae reum ageret*] Lege veluti in Cauchiano & Campensi est, *Ne domitorem orbis Africani foemina impudicitiae reum ageret.* Reliqua item sunt insuta ex glossis. In Coloniensi habetur; *Ne domitorem orbis Africanum foemina reum ageret.* PIGH. *Ne domitorem orbis Africani foemina impudicitiae reum ageret. Impudicitiae* vox non in virum convenit, eumque qui libidinose agit, sed qui quaeve patitur. Latini quidem ita. Exemplum hic contra, si locus rectus. In veteri uno est, *incontinentiae.* in altero, *impatientiae.* ex quo ego rescribam, *impotentiae.* Ne is, inquit, qui potens tot hostium, parum potuisse in se coërcendo videretur. Proba omnino correctio. LIPS. *Impudicitiae.* Applaudo correctioni Lipsianae. sed ex editione Veneta lubens unam voculam adducam: *Femina virum impotentiae reum ageret.* COLER. *Ne domitorem orbis Africani femina impudicitia reum ageret.* Scripsit ita Pighius ex codd. Cauchiano & Campensi; cum Aldus edidisset sic, *Ne domitorem orbis Africanum, foemina magnum virum im-*

Ann. urb. 570. impatientiae reum ageret. [4] Tantumque à vindicta mens ejus abfuit, ut poft mortem Africani [5] manumiffam ancillam in matrimonium liberto fuo daret.

2. Ann. urb. 710. Dion. LIV. App. Civil. IV. p. 314. [6] Q. Lucretium, profcriptum à triumviris, uxor Thuria [7] inter cameram & tectum cubiculi abditum, [8] una confcia ancilla ab imminente exitio, non fine magno periculo fuo, tutum praeftitit: fingularique fide id egit, ut cum ceteri profcripti in alienis & hoftilibus regionibus per fummos corporis & animi cruciatus vix evaderent, ille in cubiculo, & in conjugis finu, falutem retineret.

Sul-

impatientiae reum ageret. Domitor orbis Scipio Africanus dici non potuit: at bene *domitor orbis Africani.* Illud *magnum virum* manifefte otiofum & ab aliena manu eft; licet & in cod. Brand. appareat. Vox *impudicitiae* Lipfio hic minus commoda videtur; quod non conveniat in eum qui libidinofe agit; fed in eum qui patitur. Ceterum pro *impatientiae*, quod & Lipfius in cod. MS. reperit, idem legendum cenfet *impotentiae:* quo quidem fignificetur illud, quod qui potens tot hoftium fuerit, parum potuiffe in fe coërcendo videretur. Quid fi legatur *incontinentiae?* Ita fane unus item eorum, quos vidit Lipfius, habet. VORST. *Domitorem Orbis Africani.* Quis *orbis Africanus* nifi Africa? tamen omnes MSti habent *Africanum.* At negat Vorftius eum Domitorem orbis recte appellari. Ego vero certiffime inquam. Domuerat ille & pacaverat Hifpaniam in Europa, Africam, & fratris fui legatus Afiam. Quis igitur dubitet eum recte Orbis domitorem appellari ab iis praefertim, qui hyperbolicis locutionibus gaudent. Et puto quia tres orbis partes pacavit id obfervatum inde legiffe a veteribus. Certo fcio id a Cicerone alicubi in orationibus dici. forte pro Milone. Vellej. de Pompejo L. II. c. 3. *Poft tres confulatus totidemque triumphos, domitumque terrarum orbem.* Liv. tamen L. XXXVIII. c. 53. & L. XLV. c. 38. Domitorem *Africae* vocat. PERIZON. MSS. Sexdecim habent quod legebatur in omnibus Edd. ante Pighium. *Ne domitorem orbis Africanum, femina magnum virum impatientiae reum ageret.* Nifi quod *impatientiae* omittit Leid. quart. & pro eo *incontinentiae* exhibet Ultraj. prim. quae pofterior vox de libidine admodum eft frequens. *Impatientiae* Oliv. & Afcenf. *Impatientiam amoris* interpretantur, & adfcripfit Perizonius Serv. p. 44. *Cogente amoris impatientia denuo ad hofpites redit.* Atque hic fatis ex ipfa narratione intelligi videtur poffe, cujus rei fuerit impatiens. Elegerit fortaffe auctor levius hoc vocabulum, ut paulo ante extenuabat quoque amorem ejus, non *deperire eum ancillulam* dicens, fed duntaxat, *gratam eam ipfi fuiffe.* Et cur minus commode per epexegefin addere potuerit, *femina magnum virum*, non video. Quod tanto magis huc quadrare, credo, fenties, fi attendas, potuiffe ipfum duplex in eo quaefiviffe acumen, dum *patientiam injuriae* in uxore, *impatientiae amoris* aut cujufcumque affectus in marito, & dum *feminam*, in quam minus cadit patientia, *magno viro*, opponit. Quidquid fit, malui hic legi, quod omnes offerunt fcripti codices, quam locum hunc alieno arbitrio interpolare.

4. *Tantumque a vindicta mens ejus abfuit*] Bit. prim. *averfa fuit*, quae gloffa eft.

5. *Manumiffam ancillam*] Exiftimavere nonnulli hanc ancillam fuiffe, captam illam in Hifpania, quam Africanus patri non reddiderit, fed Romam adduxerit & inibi in deliciis habuerit. Hoc fenfit Valerius Antias, fcriptor nobilis, apud Agellium. COLER. Gell. L. VI. c. 8. uterque Ultraj. *In matrimonio.*

6. *Q. Lucretium*] Nomen fuit Q. *Lucretio Vefpilloni.* Caefar quoque ita fcripferat olim, placuit morofis illis & indoctis fcribis *Vefpillonem*, in *Hifpillum* vertere. In veteri Gloffario male etiam *Vifpillo* pro *Vefpillo* fcriptum. Servius ad I. Aen. *Inde etiam qui funeri praeerant à vefpera primum Vefperones, deinde Vefpillones dicti videntur.* COLER. *Q. Lucretium.* Cognomine *Vefpillonem*; qui inter profcriptos à triumviris fuit. VORST.

7. *Inter cameram & tectum cubiculi*] Appian. loco cit. ἐπὶ διπλῆς ὀροφῆς μεταξὺ.

8. *Una*

Sulpicia autem, cum à matre Julia diligentissime custodiretur, [9] ne Lentulum Cruscellionem, virum suum, proscriptum à triumviris, in Siciliam sequeretur, [10] nihilominus famulari veste sumpta, cum duabus ancillis, totidemque servis, ad eum clandestina fuga pervenit. Nec recusavit seipsam proscribere, ut ei fides sua in conjuge proscripto constaret. 3. Ann. urb. 710. App. Civil. IV.

8. *Una conscia amilla*] MSS. octo una cum vett. Edd. *amillula*. Bit. prim. *Una cum sua ancilla*.

9. *Ne Lentulum Crustellionem virum suum*] Cognomen alterum *Crustellio* in Cauchiano, Coloniensi & Wincheliano non habetur, & mihi quidem mendosum videtur. PIGH. *Lentulum*. Interjicit lib. Dan. *Cruscellionem*. Dioni est Κρύσκιλλος. Meminit hujus Lentuli Valerius noster libro v. capite 3. Ciceron. IV. Catilin. COLER. *Lentulum Cruscellionem*. Ita unus cod. Brandeb. & codex item P. Dan. ut Colerus testatur. Alii perperam *Crustellionem*. Pighius quod in duobus codd. id nominis non reperisset, idem expungendum putavit: sed male. Κρύσκιλλον vocat & Dion. ut Colerus observavit. VORST. Colerus in hoc homine graviter errat. Puto fuisse *L. Lentulum*, qui praetor fuit Antonio & Dolabella consulibus. Cic. Phil. III. 10. PERIZON. MSS. *Crassélionem*, *Trascelionem*; *Crustilionem*; *Cruscelionem*, *Cruscilionem*, & *Crustellionem* exhibent.

10. *Nihilominus familiari veste sumpta*] Melius, *famulari veste*, ut est in Campensi & Gemblacensi. Sic Cicero Tusc. I. de Codro. *Qui se in medios immisit hostes, famulari veste, ne posset agnosci*. PIGH. *Famulari veste sumpta*. Ita Pighius è cod. Camp. & Gembl. Habetque ita unus quoque cod. Brand. Aldus ediderat, *familiari veste*. *Famularem vestem* & Cicero vocat I Tusc. ubi de Codro agit. VORST. MSS. Quinque *Familiari*. De quo vidimus supra. L. v. 6. Ext. I.

CAPUT VIII.

DE FIDE SERVORUM ERGA DOMINOS.

1. *M. Antonii oratoris servus.*
2. *C. Marii C. F. Cos. servus.*
3. *C. Gracchi Philocrates.*
4. *C. Cassii Pindarus.*
5. *Cn. Plotii Planci familia.*
6. *Urbinii Anapionis servus.*
7. *Antii Restionis servus.*

[1] Restat ut servorum etiam erga dominos, quo minus exspectatam, hoc laudabiliorem fidem referamus.

M. Antonius, avorum nostrorum temporibus clarissimus orator, incesti reus agebatur. Cujus in judicio accusatores [2] servum in quaestionem perse- 1. Ann. urb. 639. Supr. III. 7. 9.

1. *Restat ut servorum*] Adde exemplum servi Cornuti apud Plut. in Mario p. 314. Et Aelian. V. H. Frag. οὐδεὶς οἰκέτης μνημονεύει] ἀποθανεῖν τ δεσπότην. PERIZON.

2. *Servum*] Quia Reip. causa aberat Antonius, Quaestor in Asiam profectus. qui tamen de accusatione isthac certior factus Brundusii, Romam rediit. Suetonius in Caesare: *Mox & ipse à L. Antistio Tr. Pleb. postulatus, appellato demum collegio obtinuit, cum Reipub. caussa abesset, reus ne fieret*. COLER. Inepte hoc Colerus. Non enim servum postulabant, quia Reip. caussa aberat Antonius, quem adfuisse hic in judicio satis liquet ex iis, quae sequuntur; sed quod credebant confessionem veritatis tormentis ipsi exprimi posse, quippe qui

ſeverantiſſime poſtulabant; quod ab eo, cum ad ſtuprum iret, laternam praelatam contenderent. Erat autem is etiam tum imberbis, & [3] ſtabat coram, [4] videbatque rem ad ſuos cruciatus pertinere, nec tamen eos fugitavit. Ille vero, [5] ut domum quoque ventum eſt, Antonium hoc nomine [6] vehementius confuſum & ſolicitum ultro eſt hortatus, *ut ſe judicibus torquendum traderet;* affirmans *nullum ore ſuo verbum exiturum, quo cauſſa ejus laederetur.* Ac [7] promiſſi fidem mira patientia praeſtitit. [8] Plurimis enim laceratus verberibus, eculeoque impoſitus, [9] candentibus etiam laminis uſtus, [10] omnem vim accuſationis, [11] cuſtodita rei ſalute, ſubvertit. Argui fortuna merito poteſt, quod tam pium & tam fortem ſpiritum ſervili nomine incluſit.

[12] Conſulem autem C. Marium Praeneſtinae obſidionis miſerabilem exitum

qui domino laternam praetuliſſet ad ſtuprum eunti. Pro *laternam*, *lucernam* habet Ultraj. prim. & Harl. Vulgo ante Pigh. edebatur *in quaeſtione*, quod eſt etiam in nonnullis MSS. Servi autem quibus de cauſſis in dominos torqueri potuerint, docet Ant. Borrem. Var. Lect. c. 14. interque eas fuiſſe crimen *inceſti* oſtendit.

3. *Stabat coram*] Ultraj. ſec. & Harl. addunt *judice.*

4. *Videbatque rem ad ſuos cruciatus pertinere: nec tamen eos fugitavit*] Suſpecta mihi omnino extrema haec. Tacitus utique ille adſtabat, nec licebat ei recuſare, neque poterat eos effugere alia ratione, niſi ſe in fugam conjiceret. Legendum puto. *Nec tamen eo fugitavit*, id eſt, propterea fugere conatus eſt. PERIZON.

5. *Ut domum quoque ventum eſt*] *Quoque* addidit Pighius, probantibus MSS. & Mog.

6. *Vehementius confuſum*] *Confuſus* pro perturbato, ut ſupra III. I. ext. I. IV. 7. ext. 2. VORST.

7. *Promiſſi fidem mira patientia praeſtitit*] Med. ſec. *Ac promiſſis fidem.* Copeſ. *protinus idem praeſtitit.* Ultraj. prim. *Promiſſa idem.* ſec. cum octo aliis. *Proxime idem praeſtitit.*

8. *Plurimis etiam laceratus verberibus*] Placet conjectura Lipſii, putantis pro *etiam* legendum eſſe *etenim.* Videtur enim his ratio reddi ejus quod praecedit. VORST. Lege cum Lipſio, *Etenim.* PERIZON. Vel *Enim*, quod eſt in Med. ſec. Leid. quint. & ſext. Ed. Mog. *Etiam* hic eo magis inſuave eſt, quia mox ſequitur.

9. *Candentibus etiam laminis*] Uterque Med. *Ardentibus.* Recte tamen, *Candentibus.* Sil. Ital. L. I. 171.

Non ignes, candenſve chalybs, non verbera paſſim
Ictibus innumeris lacerum ſcindentia corpus,
Carnificeſve manus, penituſve infuſa medullis
Peſtis, & in medio lucentes vulnere taedae
Ceſſavere.

Prop. L. IV. 7. 43.

Lygdamus uratur, candeſcat lamina vernae.

Ardens ferrum dixit tamen etiam Juven. Sat. X. 22.

10. *Omnem vim accuſatoris*] Lege, *accuſationis*, ut eſt in manuſcriptis. PIGH. *Omnem vim accuſationis, cuſtodita rei ſalute, ſubvertit. Accuſationis* habent & codd. Brand. Aldus male *accuſatoris.* Praecedit enim de pluribus accuſatoribus. Porro codex Lipſii quaedam his ſubnectit, quae in aliis non apparent; videlicet *& dominum ſua fide & conſtantia liberavit:* quae quidem Lipſius bona atque germana eſſe cenſet. VORST. *Accuſationis* firmant MSS. mei omnes cum Ed. Mog. & Mediol.

11. *Cuſtodita rei ſalute ſubvertit. Argui fortuna, &c.*] Codex meus voces aliquas inſerit bonas & germanas, *ſubvertit & dominum ſua fide & conſtantia liberavit. Argui,* &c. Malim tamen. *ſumma fide.* Paullo item ante legerim, *Plurimis etenim laceratus verberibus.* LIPS. Adjimentum illud quod Lipſius in ſuo ſe inveniſſe teſtatur, nullus meorum agnoſcit, quemadmodum nec debuit. Languet enim prorſus, & eſt ſupervacuum.

12. Con-

tum sortitum, cuniculi latebris frustra evadere conatum, levique vulnere à Telesino, [13] cum quo commori destinaverat, perstrictum servus suus, ut Sullanae crudelitatis expertem faceret, gladio trajectum interemit; cum magna praemia sibi proposita videret, si eum victoribus tradidisset. Cujus dexterae tam opportunum ministerium nihil eorum pietati cedit, à quibus salus dominorum protecta est. Quia eo tempore Mario non vita, sed mors in beneficio reposita est. Ann. urb. 671. Livius LXXXVIII. Plutarchus. Vellejus. Oros. v. 21.

Aeque illustre quod sequitur. C. Gracchus, [14] ne in potestatem inimicorum veniret, Philocrati servo suo cervices incidendas praebuit. Quas cum celeri ictu abscidisset, [15] gladium cruore domini madentem per sua egit praecordia. [16] Euporum alii hunc vocitatum existimant. Ego de nomine nihil disputo: [17] famularis tantummodo fidei robur admiror. [18] Cujus 3. Ann. urb. 632. Vellejus II. 6. Plutarchus. Appianus I. Oros. v. 12. Macrob. I. Sat. II.

12. *Consulem autem C. Marium*] prim. Ultraj. *Consularem Marium.* Leid. prim. quint. *C. Marium.* Med. prim. *C. autem Marium.* sec. *Cajum etiam Marium.* Ultraj. sec. *Consularem erga Marium.* Mog. *Consularem ergo Marium.* Paulo post multae ante Pighium Edd. habent *latebras evadere.* Male omnino, & contra auctoritatem MSS. Mog. ac Mediol. Conatus est evadere manus hostium occulta via C. Marius Junior. Vell. L. II. 27. 4. *Tum demum, desperatis rebus suis, C. Marius adolescens per cuniculos, qui miro opere fabricati in diversas agrorum partes ferunt, conatus erumpere, cum foramine e terra emersisset, a dispositis in id ipsum interemptus est. Sunt, qui sua manu; sunt, qui concurrentem mutuis ictibus cum minore fratre Telesino, una obsesso & erumpente, occubuisse prodiderint.* Ex quo loco pariter intelligimus, quid voluerit Valerius, cum dicit, *eum a Telesino, cum quo commori voluerat, levi vulnere fuisse perstrictum.*

13. *Cum quo mori destinaverat*] In veteribus libris, *commori.* Recte. PIGH. *A Telesino.* Paterculus: *Sunt qui sua manu; sunt qui concurrentem mutuis ictibus, cum minore fratre Telesino, una obsesso & erumpente, occubuisse prodiderint.* Accidit hoc apud Sacriportum. Florus Lib. III. cap. 21. COLER. *Levique vulnere à Telesino, cum quo commori destinaverat, perstrictum.* Epitome Lib. LXXXVIII. Livii: *In ipso cuniculo, cum sentiret se evadere minime posse* (C. Marius) *cum Pontio Telesino fugae comite stricto utrinque gladio concurrit. Quem cum occidisset, ipse saucius impetravit à servo, ut se occideret.* Compositum *commori* est in codd. Brand. Aldus, *Cum quo mori dest.* VORST. *Commori* legendum esse ostendunt omnes mei MSS.

14. *Ne in potestatem inimicorum veniret*] Ven. Ald. & ceteri *Deveniret.* Quod est in Cop. quint. & sext. Sed Mog. & Mediol. *Perveniret*, ut exhibent Harl. Bit. & Barb. primi cum utroque Ultraj.

15. *Gladium cruore domini madentem*] Periz. *Emanantem.* Leid. sext. cum Harl. Barb. prim. & Med. sec. *Manantem.*

16. *Euporum*] Sic vocatur Paterculo. Plutarcho & aliis, *Philocrates* est. COLER. *Euporum alii hunc vocitatum existimant.* inter eos est Vellejus: cujus verba II. 6. 6. sunt: *Gracchus,* (Cajus, Tiberii frater) *profugiens, cum jam comprehenderetur ab iis quos Opimius miserat, cervicem Euporo servo praebuit; qui non segnius se ipse interemit, quam domino succurrerat.* VORST. Nonnulli MSS. *Eum porum*, vel *Eum perum*, item *Eumporum* habent. Ultraj. prim. *Alii Philocratem vocitatum existimant.* Pro *existimant* uterque Med. *asserunt.*

17. *Famularis tantummodo fidei robur*] Sic supra VI. 7. 3. *famularis vestis.* Deinde *robur* & supra VI. 4. 5. ad animum referebatur. Vide & Notas ad eum locum. VORST. Etiam hic multi MSS. *familiaris.* ut supra L. VI. 7. 3. ubi vide. Vulgo ante Pighium legebatur etiam, *Familiaris autem tantummodo fidei.* Sed particulam *autem* delent MSS. cum Mog. quae etiam *famularis* exhibet.

18. *Cujus si praesentiam animi generosus juvenis imitatus foret*] Plures MSS. cum Mog. *praesentiam*, alii tamen cum aliis Edd. *praestantiam.* De quo etiam supra L. VI. 6. 1. Dein-

jus si praesentiam animi generosus juvenis imitatus foret, suo, non servi beneficio imminentia supplicia vitasset: nunc commisit ut Philocratis, [19] quam Gracchi cadaver speciosius jaceret.

4. Alia nobilitas, alius furor; sed fidei par exemplum. Pindarus [20] C. Cassium Philippensi proelio victum, nuper ab eo manumissus, jussu ipsius obtruncatum, insultationibus hostium subtraxit. Seque è conspectu hominum voluntaria morte abstulit, ita ut ne corpus quidem ejus absumpti inveniretur. Quis deorum, gravissimi sceleris ultor, illam dexteram, quae [21] in necem patriae parentis exarserat, [22] tanto torpore illigavit, [23] ut se tremebunda Pindari genibus submitteret, ne publici parricidii, quas merebatur poenas, [24] arbitrio pii victoris exsolveret? [25] Tu profecto, tu dive Juli, coelestibus tuis vulneribus debitam exegisti vindictam, perfidum erga

Ann. urb. 711. Plut. Bruto. App. civil. IV. Dion. XLVII.

tu

Deinde Bit. prim. Ultraj. sec. *imitatus fuisset.*

19. *Quam Gracchi cadaver speciosius jaceret*] Sepultum scilicet. Sic supra V. 6. ext. 4. *bene jacent.* VORST. Non opus est ut de sepultis intelligas, cum etiam caesi, etsi nondum humati, *jacere* dicantur. Magis hic respicere auctorem verisimile est illud tempus, quo in uno loco Gracchus a Philocrate, Philocrates a semetipso interempti jacebant. Hoc, credo, sensit Perizonius adscribens L. IX. 6. 3. *Clientis tamen scelesta fames in has usque jacentis injurias esurire non debuit.* sic κεῖσθαι apud Aelian. L. XII. 21. Αἱ Λακεδαιμονίων μητέρες, ὅσαι ἐπυνθάνοντο τοὺς παῖδας αὐτῶν ἐν τῇ μάχῃ κεῖσθαι.

20. C. *Cassium*] Duodecim MSS. cum Edd. vetustissimis omittunt praenomen. Sunt etiam MSS. in quibus deest, *jussu ipsius.* Sex *insultatione* habent cum Mog.

21. *In necem patriae parentis*] Julii Caesaris. VORST.

22. *Tanto torpore illigavit*] Mendose Ed. Mog. *Tanto corpore illigavit.* quod exstat tamen etiam in Harl. Ven. *corpore alligavit.* quod verbum multi retinuerunt editores, & aliquot MSS. Leid. quart. *obligavit.*

23. *Ut se tremebunda Pindari genibus submitteret, nec publici parricidii poenas arbitrio pii victoris exsolveret*] Jam supra nominavit *Pindarum*, nec ulla in hoc nomine est emphasis, quae major est in lectione MS. habentis, *Pueri*, id est, servi, vel qui forte adolescens adhuc erat. idem MS. habet *piae victoriae.* erat enim illic non minus Victor. PERIZON. *Ut se tremebundam.* Mediol. *Tremebundam*, quod & alii sunt secuti, & nonnulli habent MSS. Ascens. *Tremebundum.* Ut est in Leid. quart. quasi referri deberet ad Cassium. Mog. & Ven. cum longe plurimis scriptis codd. *tremebunda*, scil. *dextra* tremens amplectitur supplex genua servi, quod ille *submittere* dixit, quia supplicando se inferiorem agnoscit. Auget rem suo more. Nequaquam enim credibile est Cassium Pindari genibus fuisse advolutum.

24. *Arbitrio pii Victoris*] *Octavii.* VORST. Ut de Cop. monuit Perizonius, ita quoque Bit. & Barb. prim. uterque Med. Ultr. sec. Leid. sec. Ed. Mog. Et sane saepe *victoria* pro victoribus ponitur. Cic. L. IV. ad Fam. 9. *An tu non videbas mecum simul quam illa crudelis esset futura victoria.* Malim tamen hic retinere *pii victoris*, ita enim manifestius ad ipsum Augustum paternae necis ultorem refertur oratio.

25. *Tu profecto, tu Dive Juli*] Uterque Ultraj. cum Leid. quart. quint. Harl. Bit. *Tu profecto tunc Dive Juli.* sic Ed. Mog. Quod nec spernendum videtur.

26. *Sordidis auxiliis supplex fieri*] Sordidis, id est, vilibus, humilibus, Pindari servi pu… Et *auxilia* pro his qui auxilium ferunt. VORST. Ven. 1478. *Sordibus auxiliis.* altera *Sordidis auxiliis*, ceterae ante Pighium *Sordidi auxilii*, quod in decem est MSS. Sic Sen. in Troad. v. 313. *Supplices nostri patris.* Et ibidem, *supplex paternus.* Nep. in Paus. c. 4. *Qui cum supplicem Dei videret in ara sedentem, quaerit caussae quid sit tam repentini consilii.* In Ages. c. 4. *Itaque praedicabat mirari se, non sacrilegiorum*

nu-

te caput [26] sordidi auxilii supplex fieri cogendo, [27] eo animi aestu compulsum, ut neque retinere vitam vellet, [28] neque finire manu sua auderet.

[29] Adjunxit se iis cladibus [30] C. Plotius Plancus, Minucii Planci consularis & censorii frater. qui cum à triumviris proscriptus in regione Salernitana lateret, delicatiore vitae genere, & odore unguenti, occultam salutis custodiam detexit. Istis enim vestigiis, eorum, [31] qui miseros persequebantur, sagax inducta cura, abditum fugae illius cubile odorata est. A quibus comprehensi servi, multumque ac diu torti, negabant *se scire ubi dominus esset.* [33] Non sustinuit deinde Plancus [34] tam fideles, tamque boni exempli servos ulterius cruciari: sed processit in medium, jugulumque gladiis militum objecit. Quod certamen mutuae benevolentiae arduum dignosci facit, utrum dignior dominus fuerit, qui tam constantem servorum 5. Ann urb. 710. Plinius XIII. 3. Solinus 4. 8.

numero haberi, qui supplicibus eorum nocuissent. Sordidi auxilii autem dicit pro servi. ut L. IX. 14. 2. *Et praepotens armis sordidum ejus nomen repellere a se non valuerit.* idest, coci sui Menogenis. Et sic intelligendus Liv. L. I. 58. *Ut in sordido adulterio necata dicatur.* quod videlicet cum servo erat commissum. Ovid. L. II. Am. 7. 17.

Ecce novum crimen, sollers ornare Cypassis
Objicitur dominae contemerasse torum.
Dî melius, quam me, si sit peccasse libido
Sordida contemptae sortis amica juvet.

27. *Eo animi aestu compulsum*] Ultraj. prim. & Cop. *gestu.*

29. *Neque finire sua manu auderet*] Αὐτοχειρίαν in magnitudine animi ponebant. Unde & paulo ante fortius facturum C. Gracchum significat, si se ipse interfecisset, quam quod servo cervices praebuit. VORST.

29. *Adjunxit se his cladibus*] Uterque Med. *Adjungatur his cladibus.* Leid. prim. *Adjungitur.* Harl. Bit. & Barb. primi cum Leid. sec. *Adjunxit his cladibus.*

30. *C. Plotius Plancus*] Vide Ursinum ad familiam *Plautiam*, qui malit *Lucius*, quod ita appellatur in denario ipsius & a Plinio. PERIZON. Ante Pighium typis expressi libri habent fere *Cn. Plotinus Plancus.* Sed MSS. fere *G. Plotinus Plancus* vel *Plancius.* Ed. Mog. *C. Plotinus Plancus Numatii Planci.* Quemadmodum *Numatii* scribitur etiam in nonnullis.

31. *Qui miserum prosequebantur*] Elegantius in manuscriptis; *Qui miseros persequebantur.* PIGH. Ita exstat in omnibus nostris & Ed. Mog.

32. *Comprehensi*] In edit. Veneta *Comprehensi servi latens.* PIGH. *A quibus comprehensi servi, multumque ac diu torti negabant se scire ubi dominus esset.* MS. auctior una voce. Habet enim *servi latentes.* similiter edit. Veneta *servi latens.* Adsc. Ed. *latentes.* Lege, *latentis.* dixit enim paulo ante eum latuisse in villa Salernitana, nec videtur ex glossa esse, quia corruptum est. PERIZON. MSS. undecim cum omnibus antiquis editionibus *latentes* exhibent, solus Med. sec. *latentis*, ut legendum esse monuit Perizonius. Quid si servi illi, quos fugae comites habebat, se quoque abdiderint, ne conspecti & cogniti a quoquam salutem domini proderent? Malim tamen cum Viro Cl. legere, *latentis.*

33. *Non sustinuit deinde Plancus, tam fideles servos ulterius cruciari*] Alienum ab hoc loco est τὸ *deinde.* MS. *Dein* ut semper solet. Quia vero eodem modo scribitur *demum*, hic illud reponendum puto. Multum enim ac diu torti servi erant, quando tandem Plancus non sustinuit eos ultra cruciari. PERIZON. *Demum* exstat in Bit. prim. & Leid. sext. Videtur tamen *deinde* hic retineri posse tamquam vox inserviens transitioni. Sic supra L. III. 2. 10. *Qualis deinde roboris illi milites.* ubi *deinde* in *demum* mutaverat Pighius. Sed exponendum est per *porro, post talia*, ut etiam in ceteris exemplis, quae ad eum locum sunt citata, videbis. consule etiam J. Fr. Gronovium ad Liv. L. IV. 49.

34. *Tam fideles, tamque boni exempli servos*] Leid. quint. cum Barb. prim. *Tam fidelis, tamque boni exempli.* praestat alterum.

rum fidem experiretur; an ſervi, qui tam juſta domini miſericordia quaeſtionis ſaevitia liberarentur.

6. Ann. urb. 710. App. Civil. IV. 314. Macrob. Sat. I. 11. Sen. III. de Ben. 25.

[35] Quid Urbinii Panopionis ſervus, quam admirabilis fidei! [36] Qui cum ad dominum proſcriptum occidendum, domeſticorum indicio certiores factos milites [37] in Reatinam villam veniſſe cognoſſet, commutata cum eo veſte, permutato etiam annulo, illum poſtico clam emiſit, ſe autem [38] in cubiculum ad lectulum recepit, & ut Panopionem occidi paſſus eſt. Brevis hujus facti narratio; ſed non parva materia laudationis. Nam ſi quis ante oculos ponere velit [39] ſubitum militum accurſum, convulſa januae clauſtra, minacem vocem, truces vultus, fulgentia arma; [40] rem vera aeſtimatione proſequetur: [41] nec quam cito dicitur aliquem pro alio mori voluiſſe, tam id ex facili etiam fieri potuiſſe arbitrabitur. [42] Panopion autem

35. *Quid Urbani Panapionis*] Legendum *Urbinii Panapionis.* Sic enim in Atrebatenſi aliiſque manuſcriptis libris quibuſdam: Atque etiam in Macrobio, *Urbinium* appellatum legimus. PIGH. *Urbinii Panapionis.* Sic & unus cod. Brandeb. Alii quidam, *Urbani.* Macrobius quoque *Urbinium* appellat. VORST. *Urbini Panapionis* habet Med. ſec. uterque Ultraj. Ed. Mog. & ſic legitur etiam apud Macrob. in quo ex Valerio *Urbinii* ideo emendandum judicavit Meurſius. Ceteri MSS. cum editis habent *Urbani.* MSS. etiam *Panopionis*, maximo numero.

36. *Qui cum ad dominum proſcriptum &c.*] Ultraj. prim. Leid. quint. Cop. Harl. Barb. & Bit. primi omittunt *qui.* Nec deſideratur.

37. *In Reatinam villam veniſſe cognoſſet*] Ante Pighium legebatur *Cognoſceret.* quod in multis exſtat MSS. *Cognoviſſet* in utroque Ultraj. & Mog. *Cognoviſſet.* Leid. quint. Leid. ſext. habet etiam. *Certiores factos milites & in Reatinam villam veniſſe cognoſceret.*

38. *In cubiculum ac lectulum recepit*] Priſca editio, *ac lectuculum.* Lego, *lecticulam.* Is ritus, ut lecticulas haberent non ad ſomnum ſed ad decubitum, in quis lucubrarentur, ſcriberent, quieſcerent. Suetonium in Auguſto vide. LIPS. *Lectulum.* Lipſius ex vet. edit. ductu corrigit *lecticulam.* Sic Suetonius Auguſto: *lecticulam lucubratoriam* dixit. Poſſe tamen vulgatam lectionem defendi video ex Animadverſionibus doctiſſimis Iſac. Caſauboni, cujus dictis addo illum Valerii locum lib. VIII. cap. 7. de M. Varrone: *In eodem enim lectulo & ſpiritus ejus & egregiorum operum curſus extinctus eſt.* COLER. Nihil opus eſt mutatione Lipſiana, cui nullus MS. favet, deinde Leid. quint. cum Ultraj. prim. *occidi ſe paſſus eſt.* Unde Seb. Gryph. *occidiſſe paſſus eſt.* Mediol. *Ac te ut Panopionem. &c.*

39. *Subitum militum accurſum*] Barb. prim. & Cop. *Occurſum.*

40. *Rem vera aeſtimatione proſequetur*] MSS. ſex *Revera aeſtimationem proſequetur.* Cop. *Revera aeſtimatione proſequeretur.* Idem habet *Minaces voces.*

41. *Nec quam cito dicitur aliquem pro alio &c.*] Bit. prim. *Aliquis.* Tum Med. prim. Leid. quart. Ultraj. ſec. *mirabitur* pro *arbitrabitur.*

42. *Panopion autem quantum ſervo deberet*] Copeſ. Harl. Barb. & Bit. prim. Ultraj. ſec. Leid. quint. Ed. Mog. *Panopio.* De qua forma vide Joh. Fred. Gronov. ad Sen. in Agam. 514.

43. *Teſtimonium pietatis grato titulo reddendo*] *Titulus* pro inſcriptione ſepulcrali, ut ſaepe. VORST.

44. *Teſtatus eſt*] Sic Pighius, ceteri ac eum omnes ediderant, *confeſſus eſt*, quod novem invenio MSS. nec poſtulabat mutari.

45. *Contentus eſſem hujus generis exemplis*] Priſci libri inſerunt, *eſſem ex hiis hujus generis.* Fuiſſe cenſeas, *eximiis hujus generis.* LIPS.

46. *Niſi unum me dicere admiratio facti cogeret*] Lege *Adjicere.* quod in MSS. plerumque ſcribitur *adicere.* Certe in Copeſiano Codice ſemper. Mart. L. IV. 54.

Nil adicit Penſo Lacheſis.

vide Gel. L. IV. 17. PERIZON.

47. *An-*

tem quantum servo deberet, amplum ei faciendo monimentum, ac [43] testimonium pietatis grato titulo reddendo, [44] confessus est.

[45] Contentus essem hujus generis exemplis, [46] nisi unum me dicere admiratio facti cogeret. [47] Antius Restio proscriptus à triumviris, cum omnes domesticos circa rapinam & praedam occupatos videret, quam maxime poterat dissimulata fuga se penatibus suis intempesta nocte subduxit. Cujus furtivum egressum servus ab eo vinculorum poena coërcitus, [48] inexpiabilique literarum nota per summam oris contumeliam inustus, curiosis speculatus oculis, ac vestigia huc atque illuc errantia benevolo studio subsecutus, [49] lateri voluntarius comes arrepsit. Quo quidem tam exquisito, tamque ancipiti officio, perfectissimum [50] exspectatae pietatis cumulum expleverat. His enim, quorum felicior in domo status fuerat, lucro intentis, ipse, cum nihil aliud quam umbra & [51] imago suppliciorum suorum esset, [52] maxi-

7. Ann. urb. 620. Macrob. Sat. I. 11. Appian. IV. 313.

47. *Antius Restio*] Elegans epigramma legitur Apollonidae in Anthologia, quod ad hoc *Restionis* factum spectare ariolatur Brodaeus, magnus (Di boni!) ingenio, judicio, doctrina. COLER. Vide Brod. p. 342. & intelliges Epigramma illud non in omnibus cum nostro consentire. Ita enim loquitur Apollonides, quasi servus ille domini sui exequias falso celebrasset, sed tamen & ipse quoque mortem pro eo obiisset.

Ἠλάχθη θανάτοιο τεὸς μόρος, ἀντὶ δὲ σεῖο,
Δέσποτα, δοῦλος ἐγὼ συγγὸν ἔπλησα τάφον.
Ἡνίκα σῷ δακρυτὰ κατὰ χθονὸς ἱερὰ τεῦχον,
Ὡς ἂν ἀποφθιμένῳ κεῖθι δέμας κτερεΐζω
Ἀμφὶ δὲ μ' ἄλλοθι ξυνὴ κόνις· οὐ βαρὺς ἡμῖν
Ἔστ' Ἀΐδης· ζώσαι δὲ σὺ ὑπ' ἠέλιον.

48. *Inexpiabili literarum nota &c.*] *inustus.* Explicat Lips. L. II. El. 15. PERIZON.

49. *Lateri voluntarius comes adrepsit*] MS. ... forte *Adhaesit.* PERIZON. *Arrepsit.* [ret]inent MSS. clam tacite lateri ejus ipsum [a]ccessisse significat, non constantiam in pro[se]quendo, quam verbum *adhaerere* potius in[nu]eret.

50. *Spectatae pietatis cumulum expleverat*] Ita Pighius ex libris, credo, MSS. Aldus ediderat *exspectatae pietatis*: quomodo uterque etiam cod. Brand. habet. VORST. MS. *Exspectatae.* sic & Brandd. & Vett. Edd. Recte in tanto consensu. Nam licet non valde exspectabatur ab eo haec pietas, tamen quia servus domini erat, quamvis male meriti, aliqua tamen pietas ab illo poterat desiderari. Quod vero plus fecit quam alii, ideo quoque a Valerio *perfectissimum exemplum exspectatae pietatis explevisse dicitur.* sic init. Cap. *Servorum erga dominos, quo minus exspectatam, hoc laudabiliorem fidem.* vel, *exspectatae pietatis*, a servis in genere. Imo vero lege, *inexspectatae*, ut patet ex seqq. ubi multis laudat, ideo, quod non ab eo erat exspectanda. PERIZON. *Spectatae Pietatis* ediderunt etiam Oliverius atque Ascensius. *Inexspectatae* Gryphii & Rob. Stephanus. *Exspectatae* Aldus cum Colinaeo, quod postremum tuentur MSS. Fecerat ille quod summum exspectari a tali servo poterat, ut se hero voluntarium comitem praeberet. Hinc dicit, *Expleverat.* Jam tunc videlicet, *tam exquisito tamque ancipiti officio.* ut ostendebat sic se *iram remisisse*, quod *abunde erat.* ut ipse explicat. Sed postea *adjecit charitatem.* Itaque cum commode sic mihi explicari posse videretur *τὸ exspectatae*, atque illud niteretur duodecim MSS. auctoritate & Ed. Mog. non veritus fui hoc revocare.

51. *Imago suppliciorum suorum esset*] Utpote nota literarum, ut praedixit, in facie inustus. VORST.

52. *Maximum sibi esse emolumentum ejus, à quo tam graviter punitus erat, salutem vendicavit*] In manuscriptis haec correctius; *Maximum sibi emolumentum ejus, à quo tam graviter punitus erat, salutem judicavit.* Atque ordo hic luculentiorem quoque facit orationem. PIGH. *Salutem judicavit.* Lego ex vet. edit. *Vindi-*

[52] maximum emolumentum ejus, à quo tam graviter punitus erat, salutem judicavit. Cumque abunde foret iram remittere, adjecit etiam charitatem. [53] Nec hactenus benevolentia processit, sed in eo conservando mira quoque arte usus est. Nam [54] ut sentit cupidos sanguinis milites supervenire, amoto domino rogum extruxit, eique egentem à se comprehensum & occisum senem superjecit. Interrogantibus deinde militibus, *ubinam esset Antius*, [55] manum rogo intentans, *ibi illum* [56] *datis sibi crudelitatis piaculis uri* respondit. Quia verisimilia loquebatur, habita est voci

cavit. COLER. *Maximum sibi emolumentum ejus à quo tam graviter punitus erat, salutem judicavit.* Recte rescripsit Pighius *judicavit*; cum Aldus & Chalcoc. edidissent *vendicavit:* quod idem Colerus tamen resumpsit. *Judicavit* uterque etiam cod. Brand. habent. VORST. MSS. *Suorum maximum esse emolumentum &c. vendicavit.* Forte, *Ipse cum nihil aliud quam umbra & imago suppliciorum suorum esset, maximum esse emolumentum ejus* &c. *Salutem judicavit.* PERIZON. Harl. Bit. & Barb. primi Med. sec. Leid. quint. sext. Ultraj. prim. *Maximum esset emolumentum.* Ultraj. sec. *Maximum esse emolumentum.* Med. prim. Leid. prim. & sec. *Maximum emolumentum*, in quibus omnibus deest *sibi:* Cum Ultraj. sec. consentit Mog. Porro in octo MSS. est *indicavit*, ut solet hoc perpetuo confundi cum *judicavit*, quod in quatuor aliis exstat & in Mog. *Esset* videtur temere repetitum ex antecedenti; & recte procedit oratio, si legas, ut posterius conjecit Perizonius, & aliquot habent MSS.

53. *Nec hactenus benevolentia processit*] In Atrebatensi; *Nec solum hactenus.* Recte. PIGH. Jugula vocem *solum* auctore libro. Proprietatem verbi *hactenus* non cepere, qui addidere. LIPS. Auctore lib. vet. jugulat vocem *Solum* Lipsius. COLER. *Nec hactenus benevolentia processit.* Pighius scribendum putavit *nec solum hactenus:* id quod Lipsio non probatur. Codices Brand. *solum* non habent; nisi quod unius adscriptum est margini. VORST. *Solum* Lipsius recte ejecit. De voce *Hactenus* vide Gron. Obs. eccles PERIZON. Cap. 22. ubi docet vir magnus *hactenus* saepe poni pro *non ultra.* τὸ *solum* omittunt etiam nostri MSS.

54. *Ut sensit milites supervenire amoto domino rogum exstruxit*] Lege, *Admonito domino.* Nempe supervenire milites, vel quid ipse pararet. Nec enim dominus, vel infans, vel lignum, ut eum *amovere* posset. Quamvis credibile est, eum illic latuisse abditum & amotum a via publica. Quia cum milites haberent fidem mendaciis servi, & proinde proculdubio abirent, factum dicitur. Ut *Antius statim* id est, postquam abierant milites, rogo viso *incolumitatis occasionem assequeretur.* Sic enim legendum ex MSto cum Vorstio. PERIZON. Mutasse videtur deinde sententiam Vir Cl. adscripsit enim margini libri sui. Ter. in Phor. III. 3. 34. *Hinc te amove.* Andr. I. 5. 50. *Vos semotae.* Liv. XL. 16. *Amoto auxilio eorum.* Tac. L. II. Ann. 68. *Vonones, quem amotum in Ciliciam memoravi.* id est, relegatum. Sall. Cat. XL. *Omnibus arbitris procul amotis.* Liv. L. II. 20. *Equitibus admoti equi.* Quos reliquerant ut pedites pugnarent. Quae sane non alio fine notavit, nisi ut usus verbi *amovere* iis confirmaretur. Sic Ter. Adel. IV. 2. 14. *Age, tamen ego hunc amovebo.* Et *amoto* retinent MSS. omnes.

55. *Manum rogo intendens*] Veteres libri; *intentans*, legunt. PIGH. Sic & codd. Brandeburgenses; non *intendens*, ut Aldus. VORST. *Intentans* etiam nostri. Ed. Mog. Mediol. idem, credo, Venetae voluerunt, quae habent *intentam.* Med. prim. *manibus rogo intentis.* Harl. *Manu.* quod suspicionem praebet, quasi ortum fuerit ex *manu rogo intenta.*

56. *Datis sibi crudelitatis piaculis*] *Piaculum* pro poena, qua maleficium quasi expiatur. VORST.

57. *Ut Antius statim quaerendae incolumitatis occasionem assequeretur*] In tribus exemplaribus haec ita; *Ut Antius statum quaerendae incolumitatis hac occasione assequeretur.* Valeriano stylo congruentior est lectio, atque elegantior. COLER. *Ut Antius statim quaerendae incolumitatis occasionem assequeretur.* Pi-

ci fides. Quo evenit, [57] ut Antius statim quaerendae incolumitatis occasionem assequeretur.

Pighius in tribus codd. repperit, *Ut Antius statum quaerendae incolumitatis hac occasione assequeretur.* Mihi altera lectio magis placet: quam & veteres typis expressi, & ambo MSS. Brand. habent VORST. Et nostri quatuordecim ac omnes editiones. Quod paulo ante Perizonius probavit.

CAPUT IX.

DE MUTATIONE MORUM AUT FORTUNAE.

IN ROMANIS.

1. *T. Manlio L. F. Torquato.*
2. *P. Africano majore.*
3. *C. Valerio Flacco flamine.*
4. *Q. Fabio Max. Allobrogico.*
5. *Q. Lutatio Catulo.*
6. *L. Cornelio Sulla Felice.*
7. *T. Aufidio.*
8. *P. Rupilio.*
9. *P. Ventidio Basso.*
10. *L. Cornelio Lentulo Lupo.*
11. *Cn. Cornelio Scipione Asina.*
12. *Licinio Crasso Divite.*
13. *Q. Servilio Caepione.*
14. *C. Mario.*
15. *C. Julio Caesare.*

IN EXTERNIS.

1. *Polemone Atheniensi.*
2. *Themistocle Atheniensi.*
3. *Cimone Atheniensi.*
4. *Alcibiade Atheniensi.*
5. *Polycrate Samio.*
6. *Dionysio Syracusano.*
7. *Syphace Numidarum rege.*

Multum animis hominum & fiduciae adjicere, & solicitudinis detrahere potest morum ac fortunae in claris viris recognita mutatio; [1] sive nostros status, sive proximorum ingenia contemplemur. [2] Nam cum alio-

1. *Sive nostros status, sive proximorum ingenia contemplemur*] Ascens. explicat *ingenia proximorum* scil. statui nostro, id est, paulo ante dictorum, omnino male. Errat etiam Vorstius, qui de Lat. merito suspecta c. 21. putat *proximorum* hoc loco positum pro quorumcumque aliorum, & simile ei esse in S. Scriptura *proximi*, id est, omnes alii homines, & apud Graecos *οἱ πλησίον* Quum auctor significet, liberorum, qui nobis sunt proximi, vel fratrum etiam aliorumque cognatorum Ut L. VIII. 1. 9. *Attingam eos quoque, quorum salus propriis obruta criminibus, proximorum claritate donata est.* PERIZON.

2. *Nam cum aliorum fortunas spectando*] Vetus, *fortunas & pectora.* Ego verissimum censeo, *fortunas & decora.* Statimque, *quid aberit*, non *oberit*, ex veteri LIPS. *Fortunas spectando.* Lib. Vet. Lipsii: *Fortunas & pectora.* Hinc facit ille: *Fortunas & decora.* COLER. *Fortunas spectando.* Lipsius in vetere cod. legit, *fortunas & pectora.* Unde idem legendum conjicit *fortunas & decora.* VORST. *Et pectora* nusquam mihi comparuit, & si vel maxime in omnibus exstaret, non ideo mutandum putarem, sed per *pectora* hic intelligi ingenia, ac nunc *fortunas & pectora* dici, quae modo ante appellaverat *status & ingenia.*

3. Ex-

aliorum fortunas spectando, [3] ex conditione abjecta atque contempta emersisse claritatem videamus, [4] quid aberit quin & ipsi meliora de nobis semper cogitemus? memores stultum esse [5] perpetuae infelicitatis se praedamnare: [6] spemque, quae etiam incerta recte fovetur, interdum certam in desperationem convertere.

1. Manlius Torquatus adeo hebetis [7] atque obtusi cordis inter initia juventae existimatus est, [8] ut à patre L. Manlio amplissimo viro, quia & domesticis & reipublicae usibus inutilis videbatur, rus relegatus agresti opere fatigaretur, postmodum [9] patrem reum judiciali periculo liberavit: [10] filium victorem, quod adversus imperium suum cum hoste manum con-

Ann. urb. 391. Livius VII. 4
Ann. urb. 413. Livius VIII. 7. Gell. IX. 13.

3. *Ex conditione abjecta atque contempta emersisse claritatem videamus*] In MSS. octo & Mog. est. *Et ex conditione.* In utroque Ultraj. Leid. quart. Mog. *Emersisse in claritatem.* Unde incidit suspicio scripsisse forsan Valerium, *Eos ex conditione abjecta atque contempta emersisse in claritatem videamus.* ut apud Vell. L. II. 65. I. *Quam inimicae ipsi Pompejanae partes forent, & in quod jam emersissent fastigium.*

4. *Quid oberit*] Liber. Dan. *Quid aberit.* Sed ea Lipsii quoque emendatio. Ita lego lib. V. cap. 8. *Quid abest igitur, quin publica dementia sit existimanda.* COLER. *Quid aberit quin & ipsi meliora de nobis semper cogitemus?.* Ita unus cod Brand. & cod. P. Dan. ut Colerus testatur: itemque veteres typis expressi Chalcoc. & Martini Herbip. Alii, *oberit.* Pro quo *aberit* rescribendum & Lipsius censuit.. Supra quoque V. 8. ita locutus noster. *Quid abest igitur*, inquit, *quin publica dementia sit existimanda.* VORST. in uno aut altero item scripto codice *oberit* vel *obierit* legitur, quod avide amplexus est Pighius; omnino praeter rationem. Ut satis ostensum est ad L. V. 3. Ext. 3.

5. *Perpetuae infelicatis se damnare; spemque, quae etiam incerta ratione fovetur, interdum certam in desperationem convertere*] In Pulmanniano, Coloniensi ac Susiano haec multo luculentius; *Perpetuae infelicitati se praedamnare, spemque, quae etiam incerta recte favetur, &c.* PIGH. *Perpetuae infelicitatis se praedamnare.* Ita Pighius e tribus cod. Alii, *damnare.* VORST. *Praedamnare* ego quoque in tribus inveni. Ultraj. prim. *Infelicitati se sepe damnare.* Placet valde τὸ *praedamnare.* Suet. in Aug. c. 56. *Sin deesset, destituere ac praedamnare amicum videretur.* Livius *praedemnare.* L. V. 11. *His tot judiciis confossos praedemnatosque.* & sic alibi. *Praedamnat se perpetuae infelicitatis*, qui antequam sciat, quae sua aliquando fortuna sit futura, ita animum despondet, ac si perpetuae infelicitati esset destinatus.

6. *Spemque, quae etiam incerta recte fovetur*] Ita rursus Pighius è codd. MSS. Et habet quoque ita uterque cod. Brand. Chalcocondyles & Aldus pro *recte* habent *ratione.* VORST. *Spemque, quae etiam incerta recte fovetur, interdum certam in desperationem convertere.* Ita distinguitur a Pighio & Vorstio, sed perperam. Voluit Valerius *etiam certam spem recte foveri interdum.* PERIZON. *Ratione fovetur.* Leid. quint. & Bit. prim. ceteri *recte fovetur* cum sola Mog. editione. An vero voluerit auctor *spem incertam interdum recte foveri* admodum dubito Cur non potius illud sensisse eum dicamus, melius esse & rectius in quocumque, etiam incerto & ancipiti, statu, spem non abjicere, quam plane desperare, ut interdum nonnulli solent.

7. *Atque obtusi*] Prisca scriptura ex lib. Dan. restituenda: *Atque obtunsi cordis.* Plautus Pseudolo: *At haec retunsa est.* COLER. At MSS. nostri priscam illam scripturam, quam etiam in textum Colerus receperat, explodendam omnino indicant.

8. *Ut à patre Manlio amplissimo viro*] Veteres libri addunt praenomen, *à patre L. Manlio.* Recte. PIGH. Etiam plerique meorum MSS. & Mog. praenomen L. addunt. Quod ut silentio praetereundum non duxit Pighius, ita vellem hic quoque indicasset, quid praeterea in textu mutaverit. Addidit enim *est*, &, *is* in hac periodo. Ita enim edidit. *Manlius Torquatus adeo hebetis atque obtusi cordis inter initia juventae existimatus est, ut a patre &c.*

fati-

conſeruerat, ſecuri percuſſit: patriam Latino tumultu feſſam, ſpecioſiſſimo triumpho recreavit, [11] in hoc, credo, fortunae nubilo adoleſcentiae contemptu perfuſus, quo ſenectutis ejus decus lucidius eniteſceret.

Scipio autem Africanus ſuperior, quem dii immortales naſci voluerunt, 2. Supra vi. 7. 1. Gell. vi. 8.
ut eſſet, in quo ſe virtus per omnes numeros [12] hominibus efficaciter oſtenderet, ſolutioris vitae primos adoleſcentiae annos egiſſe fertur; remotos quidem à luxuriae crimine, ſed tamen Punicis tropaeis devictae Carthaginis cervicibus impoſito jugo [13] teneriores. Ann. urb. 552.

[14] C. quoque Valerius Flaccus ſecundi Punici belli temporibus luxu 3. Ann. urb. 544. Livius xxvii.
perditam adoleſcentiam inchoavit. Ceterum [15] à P. Licinio pont. Max. fla-

...tigaretur. *Is poſtmodum patrem reum judiciali periculo liberavit.* Et ſane pronomen *is* non exſtat in MSS. undecim, quemadmodum in novem eorum *eſt* poſt *τὸ exiſtimatus* non comparet. Neque etiam deſideratur: quoniam, etſi abſit utrumque, bene tamen procedit oratio. Med. ſec. *Defatigaretur.*

9. *Patrem reum judiciali periculo liberavit*] Coëgit enim Pomponium tribunum pl. ut is ab actione adverſus patrem ejus ſe deſtiturum jurejurando confirmaret. Vide ſupra v. 4. 3. VORST.

10. *Filium victorem*] Vide ſupra II. 7. 6. VORST.

11. *In hoc credo fortunae nubilo*] Winchelianus liber, *Fortunae malignae nubilo.* Non contemnenda lectio, quae eadem in Cauchiano eſt. PIGH. *In hoc, credo, fortunae nubilo adoleſcentiae contemptu perfuſus.* Pighius ex uno & altero cod. ſcripſit *fortunae malignae.* Verum ab utroque cod. Brand. abeſt *malignae.* Et videtur omnino ex Notis quibuſdam marginalibus in textum irrepſiſſe. Porro *perfuſus* legendum; non *perfuſum*, ut Aldus, & hunc ſecuti Pighius & alii edidere. Rectum caſum requirit verbum quod praecedit, *recreavit.* Habetque hunc uterque etiam cod. Brandeb. vetuſque typis expreſſus Chalcocondylae. VORST. *Malignae* delent ſcripti omnes. *perfuſus* exſtat in MSS. octo. Alii *perfuſum*, quod illi junxerint cum verbo *credo.* ut ſit *credo eum perfuſum &c.* Aſcenſius videtur conjunxiſſe *in hoc nubilo fortunae.* Implicite nimis dictum videtur, *In hoc fortunae nubilo adoleſcentiae contemptu perfuſus.* Puto Valerium ſcripſiſſe. *In hoc, credo, a fortuna nubilo adoleſcentiae contemptu perfuſus, quo ſenectutis ejus decus lucidius eniteſceret,* id eſt, Credo fortunam ipſius adoleſcentiam ideo obſcuram & contemptam reddidiſſe, ut ſenectus ejus tanto clarior, & gloriae fulgore ſplendidior eſſet. Vorſtius autem, qui *perfuſus* in contextum recepit, debuerat ergo etiam tollere diſtinctionem majorem poſt *recreavit*, ut nunc feci. ſic totum hoc caput uno veluti ſpiritu abſolvitur, expulſis voculis, quas Pighius inſerſerat.

12. *Hominibus efficaciter oſtenderet*] Sic emendavit Pighius, quod in MSS. ſuis ita, credo, inveniret, ut ego in meis. Aldus & eum ſecuti dederant, *omnibus.* Pauculi delent *ſe*, & ſcribunt *oſtenderetur.* deinde uterque Med. *ſtolidioris vitae.*

13. *Teneriores*] Hinc in eum jacti verſus illi Naeviani apud Agellium lib. vi. cap. 8. quorum ultimum ita reor corrigi oportere

—— *eum ſuus pater cum Ballione ab amica abduxit.*

legitur vulgo: *cum pallio uno.* Sic igitur *Ballio* ſervi nomen aut lenonis potius, ut apud Plautum. Mirifice hanc conjecturam meam confirmat Vopiſcus in Carino, ubi legitur: *Ne patrimonia ſua proſcriptis legitimis heredibus Mimis & Ballionibus deputarent.* Vocat *Balliones* lenones, aut id genus nugas hominum. PIGH. *Punicis tropaeis teneriores.* Id eſt, teneriores, quam ut Punicis tropaeis convenirent. Notat autem Scipionis ſtupra: de quibus & ſupra vi. 7. 1 dixit. VORST. Leid. quint. *Tenuioribus.* Supra L. iii, 7. Ext. 5. *Non patiuntur me tenerioribus exemplis diutius inſiſtere fortiſſimi duces.*

14. *C. quoque Valerius*] Ultraj. & Leid. ſec. *CN.*

15. *A P. Licinio pont. max. flamen factus*] Legendum arbitror, *Flamen captus.* Quemad-

flamen factus, quo facilius à vitiis recederet, ad curam sacrorum & caerimoniarum converso animo, usus duce frugalitatis religione, quantum prius luxuriae fuerat exemplum, tantum postea modestiae & sanctitatis specimen evasit.

4. Ann. urb. 633. Livius LXI. Paed. Ver. II. Vellejus II. 10. II. 39. Flor. III. 2.

Nihil Q. Fabio Maximo, qui Gallica victoria cognomen [16] Allobrogici [17] sibimet ac posteris peperit, adolescente magis infame; nil eodem sene ornatius aut speciosius illo saeculo nostra civitas habuit.

5. Ann. urb. 635. Livius XC. Cic. in Pison. Plin. XIX. I. Flor. III. 23.

Quis ignorat [18] Q. Catuli auctoritatem in ma[illegible]no clarissimorum virorum proventu excelsum gradum obtinuisse? Cujus si superior actas revolvatur, [19] multi luxus, multae deliciae reperientur. Quae quidem ei impedimento non fuerunt, quo minus patriae princeps existeret, [illegible]enque [illegible] ejus

modum & Livius loquitur: Ob adolescentiam negligentem luxuriosamque C. Flaccus flamen captus à P. Licinio pont. max. erat. Non solum virgo vestalis capi à pontifice maximo dicitur; sed flamines etiam Diales, item pontifices & augures. M. Cato contra *Galbam pro Lusitanis: Ego me nunc volo jus pontificum optime scire, jamne ea causa pontifex capiar? Si volo augurium optime tenere, ecquis ob eam rem augurem capiat?* Vide de his Gellium lib. I. cap. 12. PIGH. *A P. Licinio pont. max. flamen factus.* Ita codd. Brand. & veteres quoque typis expressi. Pighius pro *factus* scripsit *captus.* quod Liv. L. XXVII. de eodem Flacco agens eo vocabulo usus est. Jam *capere flaminem* recte quidem dicitur; verum non sequitur nostrum quoque eo usum esse. Quinimo quod Livius scripsit *captus*, ex eo colligi licet Valerium scripsisse *factus.* In multis quidem Livium secutum; verum non iisdem semper verbis usum Valerium non semel apparuit supra. Ceterum *flamen factus* satis Latinum & ipsum est. Dicunt *facere aliquem imperatorem, consulem.* Ut in Lib. de Lat. susp. p. 98. monuimus. Quid ni ergo & *facere aliquem flaminem.* VORST. Leid. quint. sext. Ultraj. uterque. Harl. Bit. *factus* habent, ceteri *captus.* Leid. sec. *flactus.* Certe *captus* longe praetulerim, quoniam proprium est de Flamine diali, ut & de virginibus vestalibus & pontificibus, ut docuit Gellius loco a Pighio indicato. Atque multo est verisimilius *captus*, quod magis reconditi est usus, ab ineptis librariis in *factus* mutatum fuisse, quam contra. Quamvis propterea non negem dici recte posse *flamen factus.* Nam *Pontifex factus, & flamen creatus* uno loco occurrit apud Vell. L. II. 43. I. & Liv. L. I. 20. *Flaminem assiduum Jovi sacerdotem creavit.* & alibi, *pontifices facti* saepius dicuntur. sic etiam *flamen suffectus.* Tac. L. III. Ann. c. 51. *Duobus & septuaginta annis post Cornelii Merulae caedem, neminem suffectum.*

16. *Allobrogici*] Liber Dan. *Allobrogi.* An rectius? *Allobrogis?* COLER. *Cognomen Allobrogici.* MSS. duodecim *Allobrogi.* ut supra etiam aliquot exhibent L. III. 5. 2. ubi de filio hujus Fabii, non de ipso agit, ut male existimavit Oliverius. Nam a Vellejo etiam Fabius Allobrogicus dicitur Paulli nepos, quum ille, de quo ibi agitur, fuerit Paulli pronepos, quippe Nepos fratris Africani, qui filii fuerunt Aemilii Paulli, e quibus alter adoptatus est a Scipione Africani majoris filio, alter a Fabio. Typis expressi omnes ante Pighium etiam *Allobrogi* habent, quod Ascensius putat esse genitivum ab *Allobrogos*, unde *Allobrogus*, ut ab *Arabos* est *Arabus.* Et sane sic Servi[illegible] ad Virg. L. VII. Aen. v. 605.

Sive Getis inferre manu lacrym[illegible] bellum,
Hyrcanisve Arabisve parant.

rò *Arabis* ab *hic Arabus* deducit. Sed tamen idem Ascensius dubitavit quoque an non rectius legeretur *Allobrogicus.* Quoniam victores non ipsum gentile nomen populi a se devicti, sed inde derivatum sumebant. Recte omnino. Et reliqui scriptores omnes eum appellant *Allobrogicum.*

17. *Sibimet ac posteris peperit*] Leid. quint. *reddidit.* idem, *ornatius ac speciosius.*

18. *Q. Catulo auctoritatem*] Is collegam M. Lepidum, qui acta Sullae rescindere tentavit, Ita-

ejus in Capitolino fastigio fulgeret, [20] ac virtute civile bellum ingenti motu oriens sepeliret.

L. vero Sulla usque ad quaesturae suae comitia vitam libidine, vino, ludicrae artis amore, [21] inquinatam perduxit. Quapropter [22] C. Marium consulem moleste tulisse traditur, quod sibi asperrimum in Africa bellum gerenti tam delicatus quaestor sorte obvenisset. Ejusdem virtus quasi [23] perruptis & disjectis nequitiae, qua obsidebatur, claustris, catenas Jugurthae manibus injecit: Mithridatem compescuit: [24] socialis belli fluctus repressit: Cinnae dominationem fregit; [25] eumque, qui se in Africa quaestorem fastidierat, illam ipsam provinciam proscriptum & exulem petere coëgit. Quae tam diversa, tamen inter se contraria si quis apud animum suum attentiore comparatione expendere velit, duos in uno homine Sullas fuisse crediderit: turpem [26] adole-

6. Ann. urb. 646. Livius LXVI. Plut. in vita. Ann. urb. 667. Plutarch. Ap. Mithrid. Ann. urb. 664. Livius LXXV. Plutarch. App. Civil. I. Ann. urb. 665. Livius LXXVII. Plutarch. App. Civil. I.

Italia expulit. Vide Epit. l. xc. Liv. quo pertinet, quod apud nostrum sequitur, *civile bellum ingenti motu oriens sepeliret.* VORST.

19. *Multi luxus*] Liber Dan. *multi lusus. Lusus* vocat adolescentiae mores, libidinis item & vini indulgentiam. COLER.

20. *Ac virtute civile bellum ingenti metu oriens sepeliret*]. F. *Virtus.* sic ex. 7. *Ejusdem virtus catenas Jugurthae manibus injecit.* PERIZON.

21. *Inquinatam*] Edit. Venet. *perinquinatam.* & paulo post: *adolescentulum.* utrumque probabile. COLER. Omnes ante Pighium editiones praeter Mog. habent *perinquinatam*, sed simplex *inquinatam* praeferunt etiam omnes MSS.

22. *C. Marium consulem moleste tulisse traditur*] Barb. prim. *C. Marius consul.*

23. *Perruptis & disjectis*] Sic Mog. & Ven. cum MSS. ceterae Edd. *praeruptis.* quod bene mutavit Pighius.

24. *Socialis belli fluctus repressit*] Etiam hoc bene a Pighio mutatum, cum antea legeretur *luctus repressit* in omnibus Edd. Atque exstat illud in septem MSS. Frequens satis ut hujusmodi motus bellici fluctibus comparentur. Cic. L. I. de Orat. I. *Et hoc tempus omne post consulatum objecimus iis fluctibus, qui per nos a communi peste depulsi, in nosmetipsos redundarunt.* Nepos in Att. c. 6. *Neque tamen se civilibus fluctibus committeret.*

25. *Eumque, qui se in Africa quaestorem fastidierat*] C. Marium intelligit: cujus Sylla quaestor fuerat cum bellum in Africa contra Jugurtham gereretur. VORST.

26. *Adolescentulum* &c. *voluisset*] Illud etiam Cod. Danielis habet. Nec male. Ceterum male ita distinguitur a Pighio & Vorstio, quasi Valerius hoc exemplum clauderet hoc sensu, se dicturum eum esse adolescentem turpem. quum sensus sit. in uno homine duos fuisse Sullas *turpem adolescentem, & virum, dicerem fortem, nisi ipse felicem &c.* Elegantissime. omnis vero elegantia perit inepta illa distinctione. PERIZON. Distinguunt illi nempe hoc modo. *Duos in uno homine Syllas fuisse crediderit: turpem adolescentem, & virum dicerem fortem, nisi &c.* Porro *adolescentulum* habent MSS. undecim cum omnibus ante Pighium excusis. *Voluisset* solus habet Copes. quare hoc rejecto, alterum restituendum curavi.

27. *Nisi ipse se felicem appellari maluisset*] Supra VI. 4. 5. *Quod quidem* (cognomen felicis) *Sylla rapuit, Rutilius meruit.* VORST.

28. *Atque ut nobilitatem beneficio poenitentiae*] Transit ad mutationem fortunae ex tenui in amplam, subnectitque exempla, loquutus antea de morum mutatione ex malis in bonos. Ad idem igitur haec caput pertinent, quemadmodum etiam manuscripti codices demonstrant; neque in duo vel tria capita secanda sunt, sicut in vulgatis libris factum videmus. Nam haec exempla omnia simul cum externis ad unum caput mutationis morum ac fortunae pertinere usque ad libri sexti finem, ipsa per se docere possent, etiamsi veterum exemplarium suffragia non accederent. PIGH. Gronovius malit sic legi: *Atque ut nobilitati beneficio poenitentiae se ipsam admonitae respice-*

 re,

lescentulum, & virum, dicerem fortem, [27] nisi ipse *felicem* se appellari maluisset.

7. Ann. urb. 680. Cic. pro Flacco, & in Bruto.

[28] Atque ut nobilitatem beneficio poenitentiae scipsam admonuimus respicere, ita altiora modo suo sperare ausos subtexamus. Ti. Aufidius [29] cum Asiatici publici exiguam admodum particulam habuisset, postea totam Asiam proconsulari imperio obtinuit. Nec indignati sunt socii ejus parere fascibus, quem aliena tribunalia adulantem viderant. [30] Gessit etiam se integerrime atque splendidissime, [31] eoque modo demonstravit pristinum quaestum suum fortunae; praesens vero dignitatis incrementum moribus ipsius imputari debere.

At

re, altiora modo suo ausos sperare subtexamus. Reperit enim in MSS. *nobilitatis* & *admonitae*, & voculam *ita* omissam. Ita transitio hic fuerit talis, qualis illa, VIII. 14. 5. *Atque ut imperatoribus gloriosum militis spiritum subnectam.* Porro *admonitae respicere* tale est, quale illud V. 4. Ext. 1. *Admonito recordari.* VORST. vide Gronov. L. IV. Obs. 19. In quinque scriptis invenio ut Gronovius reperit in suis, & sic quoque Ed. Mog. nisi quod haec cum Ultraj. sec. retinent *ita*, & habent *resipiscere.* Leid. quint. *Atque ut nobilitatem admonui respicere, ita altiora modo suo ausos subtexamus.* Med. sec. *admonitam respicere.* Quod verbum est etiam pro varia lectione in Bit. prim. Harl. *spectare ausos.* Leid. quart. & qnint. *ausus.* Equidem verum vidisse Gronovium opinor, discrepante tamen ita codicum scriptura, non ausus fui quidquam in textu novare. Legit tamen etiam ita, qui ad Ed. Duac. MSS. duos contulit, quasi ex conjectura sua & praeter locum supra citatum addit. L. V. 4. *Quod necesse est animo quoque evenire* &c. *admonito.*

29. *Cum Asiatici publicani exiguam admodum particulam habuisset*] Depravarunt quidem locum scioli, qui tamen sincerus remansit in Campensi, Wincheliano, Coloniensi & Atrebatensi exemplaribus, in quibus *Asiatici publici* legitur. Vectigal enim populi Rom. *Publicum* appellat Valerius, non secus ac Cicero ad Q. fratrem scribens. *Hic te ita versari; ut & publicanis satisfacias, praesertim publicis male redemptis.* Ut etiam Tacitus lib. XIII. *Ergo edicit princeps, ut leges cujusque publici occultae ad id tempus proscriberentur.* PIGH. *Asiatici publici exiguam admodum particulam.* Ita legendum monuit Pighius; cum Aldus edidisset *Asiatici publicani.* Unus quoque cod. Brand. *Asiatici publici.* Est autem *Asiaticum publicum* nihil aliud quam populi Romani in Asia vectigal. Et dicitur *publicum* quasi *populicum*, subaudito *vectigal.* Unde porro & *publicani* dicuntur qui publicum conducunt. VORST. *Publici* exstat in nostris compluribus. Edd. Mog. Ven. Mediol. Leid. quart. *supplicii.* Barb. & Bit. prim. *Asiatici belli. Publici Asiatici* vindicavit etiam J. Fred. Gronovius L. IV. Obs. 23. ubi multis ostendit, quam frequenter *publicum* & *publica* ad vectigalia & reditus P. R. significanda usurpentur.

30. *Gessit se etiam*] Sic vulgo. Mog. *Gessit etiam se*, atque hoc ordine omnes MSS. Quod suavius ad aurem accedit. Ultraj. uterque & Mog. insuper. *Atque splendidissime*

31. *Miroque id modo demonstravit, pristinum quaestum suae fortunae, praesens vero dignitatis incrementum moribus ipsius imputari debere*] Elegantius in manuscriptis, *Eoque modo demonstravit pristinum quaestum suum fortunae, praesens vero dignitatis incrementum moribus ipsius imputari debere.* PIGH. *Quaestum suum*, uterque etiam cod. Brand. habet. Aldus *pristinum quaestum suae fortunae.* Sed alteram lectionem in codd. MSS. & Pighius observavit. Idem quoque rescripsit *eoque modo* pro eo, quod Aldus ediderat, *miroque id modo.* VORST. *Miroque id modo* est in Barb. plures *quoque id modo.* Harl. *in modo.* Ultraj. prim. *quoque idem modo.* Mog. Ultraj. sec. cum duobus Leid. *eoque modo.* Porro *quaestum suum* confirmant MSS. tantum non omnes cum Mog. Ven. Mediol. deinde MSS. plerique & Mog. *moribus ipsius*, ut restituit Pighius, pro *moribus suis*, quod ceteri dederant.

32. *Sed operam publicanis dedit*] Veteres libri mul-

At P. Rupilius non publicanum in Sicilia egit, [32] sed operas publicanis dedit. [33] Idem ultimam inopiam suam auctorato sociis officio sustentavit. Ab hoc postmodum consule leges universi Siculi acceperunt, acerbissimoque praedonum ac fugitivorum bello liberati sunt. Portus ipsos, si quis modo mutis rebus inest sensus, tantam in eodem homine varietatem status admiratos arbitror. Quem enim diurnas [34] capturas exigentem animadverterant, eundem jura dantem, classesque & exercitus regentem viderunt. 8. Ann. urb. 621. Cicero. Paed. Ver. IV. Livius LIX. Florus III. 19.

Huic tanto incremento majus adjiciam: [35] Asculo capto, [36] Cn. Pompe- 9.

multitudinis casu, *operas*, dicunt. ut etiam Cicero ad Atticum XIII. libro. *A te peto puerum, qui est in operis ejus societatis; omnibus tuis officiis, atque omni liberalitate tutere: curesque ut ejus operae quam gratissimae sint sociis. Diurna servitia* vocat *operas*, quae conductitii in exigendis portoriis praestabant. PIGH. *Operas publicanis dedit.* Aldus *operam publicanis dedit.* Sed codices MSS. tum Brand. tum quos Pighius vidit; quin & veteres typis expressi Chalcoc. & Mart. Herbip. habent *operas.* Sunt autem *operae* hic diurna illa ministeria, quae homines conductitii in exigendis portoriis praestabant: idque satis Latine. Cicero epp. ad Att. *Cures ut ejus operae quam gratissimae sint sociis.* P. Rupilius non publicanus, sed publicanorum modo minister fuit in Sicilia. Post autem in eadem Sicilia factus fuit Imperator. De cujus disciplina militari noster egit supra II. 7. 3. quod videl. generum suum, quia negligentia arcem amiserat, provincia decedere jusserit. VORST. *Operas* habent nostri omnes cum Mog. sed Ven. & Mediol. *opus.* quod ortum ex contracto *operas* quomodo loqui, credo, voluit, ut varii generis operam praestitisse ipsum publicanis significet. Cic. L. I. de Off. 42. *Mercenariorum, omniumque quorum operae, non artes emuntur.*

33. *Idem ultimam inopiam suam*, &c.] Scribe, *id est, ultimam.* vitio in libris crebro. Sententia hic postulat. non enim aliud aliquod munus obisse narrat, sed hoc idem interpretando vilefacit & abjicit. LIPS. *Idem ultimum.* Lipsius: *id est, ultimam* Quae lectio tam vera est, quam folia Sibyllae. COLER. Lipsius pro *idem* scribendum putat *id est*; ut addita haec sint ἐξηγήσεως causa. Quae conjectura & Colero placet. VORST. Omnes MSS. & Edd. *idem* servant. Quod non videtur mutandum. *Sociis* accepit, opinor, Lipsius pro *publicanis*, qui fere inita inter se societate publicum conducere solebant. Ceterum sic & ipse debuisset fuisse unus ex sociis, i. e. publicanus; quod auctor diserte negat, neque convenit ultimae ejus inopiae. Non enim ita simpliciter *sociis* potuit dixisse pro *publicanis*, nisi *socios* ipsius intellexerit. Itaque per *socios* intelligo provinciales, Siculos, ut iis quoque officium suum certa mercede addixerit, quum liber esset. Sic enim interpretandum *auctorato officio.* non ut Oliverius, praestito ex auctoritate publicanorum, vel, ut ait alios dicere, auctoritate substituto, vel, ut siquis officio privatus in idem postea substitueretur. Neque etiam ut Ascens. ab auctoritate aliena dependente. Verbum *auctorare* proprium esse de gladiatoribus, qui voluntarii, & liberi pretio se addicebant, dudum ostenderunt viri eruditi. Vide Lips. L. II. sat. serm. 5. Hinc transfertur ad eos, qui lucri gratia operam alteri praestant, ut sic *auctoramentum* sumitur apud Vell. L. II. 28. 3. unde & ad quaestus sordidos & illiberales significandos usurpatur. ut docet Turneb. L. II. Advers. 20. ex Cic. Lib. I. de Off. c. 42 *Illiberales autem, & sordidi quaestus mercenariorum, omniumque quorum operae, non artes emuntur. Est enim illis ipsa merces auctoramentum servitutis.* Ita ergo etiam hic *auctoratum officium* est certa mercede pacta illiberaliter sociis obligatum ministerium.

34. *Capturas*] Pulchre diurnas capturas, vectigalia appellat. Glossarium: *captura ἐμπολή.* ubi nihil aliud ἐμπολή, quam φορτίον, ut exponit Suidas. licet alias ἐμπολή ἐκ πάσης πραγματείας κέρδος dici possit. Sic apud Suetonium *Capturae prostitutarum.* Et Seneca controvers. *Domi sunt lenonum rationes. captura conveniet.* COLER. *Diurnas capturas exigentem. Diurnas*

Ann. urb. 664. Vellejus. Gellius. xv. 4. Dion. xliii. Ann. urb. 715. Plut. Anton. App. Parth. Dio. Plin. vii. 23. & alii.

pejus, Magni pater, [37] P. Ventidium aetate puberem [38] in triumpho suo populi oculis subjecit. Hic est Ventidius, qui postea Romae [39] ex Parthis, & per Parthos, de Crassi manibus in hostili solo miserabiliter jacentibus, triumphum duxit. [40] Itaque qui captivus carcerem exhorruerat, [41] victor Capitolium felicitate celebravit. In eodem etiam illud eximium, quod eodem anno [42] praetor & consul est factus.

10. Ann. urb. 606.

[43] Casuum nunc contemplemur varietatem. [44] L. Lentulus consularis lege Caecilia repetundarum crimine oppressus, censor cum L. Censorino crea-

capturas vocat vectigalia, quae P. Rutilius, publicanorum minister, exigere solitus fuit. Suetonius, ut observat Colerus, *capturam prostitutarum.* Et Seneca Controv. *Domi sunt lenonum rationes. captura conveniet.* VORST. Noster L. IX. 4. 1. *Inhonesti lucri captura invitati.*

35. *Asculo*] Multi MSS. *Esculo*, vel *Aesculo*. Harl. *Ascalo*.

36. *Cn. Pompeji Magni pater, P. Ventidium aetate puberem in triumpho suo*] Legendum puto: *aetate impuberem*, ut latius in magistratuum Annalibus demonstravi. PIGH. *Cn. Pompejus, Magni Pater.* Aldus *Cn. Pompeji Magni pater:* quomodo unus quoque cod. Brand. Verum recte rescripsisse videtur Pighius *Cn. Pompejus:* quod & in altero cod. Brand. reperio. Pompejo, qui Magni pater fuit, cognomen fuit *Straboni*; ut ex Vellejo & aliis constat. VORST. *Cn. Pompejus* habet Ultraj. prim. Sed decem alii *Pompeji.*

37. *P. Ventidium aetate puberem*] Maluit Pighius *impuberem.* Verum *puberem* habent omnes veteres typis expressi, & MSS. item Brand. Nec tamen vero plane absimilis est conjectura Pighii. Scribit enim Gellius xv. 4. eum puerum sinu matris ante currum imperatoris vectum fuisse. Cognomen ei *Basso* fuit, ut ex eodem Gellio constat. Plancus x. 18. inter epp. Cic. *mulionem* vocat, propterea quod comparandis mulis, farreque in castra convehendo, adolescens victum sibi pararat. Vide & Plinium vii. 43. VORST. *Aetate impuberem.* Omnes Cod. *puberem.* Sed legendum vel cum Pigh. *impuberem*, vel *puerum.* ubi forte geminatum *u* causa fuit erroris. PERIZON. Omnes etiam nostri *puberem.* quare non displicet conjectura Perizonii hoc ortum ex τῷ *puerum* credentis. Plin. L. vii. 43. *Triumphare P. Ventidium de Parthis voluit* (fortuna) *quidem solum, sed eumdem in triumpho Asculano Cn. Pompeji Strabonis duxit puerum. Quamquam Massurius auctor est bis in triumpho ductum.*

38. *In triumpho suo populi oculis subjecit*] Vell. ii. 65. 3. *Vidit hic annus Ventidium, per urbem inter captivos Picentium in triumpho ductus erat, in ea consularem praetextam jungentem praetoriae.* VORST.

39. *Ex Parthis, & per Parthos*] Lauder fec. omittit *& per Parthos*, prim. & quint. *per.* Mire vero *per Parthos* explicat Ascensius. id est, inquit, per medios Parthorum, aut super ventres & dorsa Parthorum. cum nihil aliud velit Valerius, quam Ventidium dum Parthos victores Crassi ducit in triumpho, & ostentat Pop. Rom. triumphum duxisse de ipsis Crassi manibus, qui ab iisdem illis Parthis turpissima clade erat affectus, & caesus ipse cum filio contumeliosissime habitus. vide Flor. L. iii. 11. 9. Imo *corpus* ipsius *imperatoris* Crassi, *inter promiscuas cadaverum strues, avium ferarumque laniatibus objectum.* ut noster dixit supra L. i. 6. 11.

40. *Itaque qui captivus carcerem exhorruerat*] Sic omnes Edd. praeter Mog. habet illa, *Ita qui captivus carcerem exhorruerat.* Quam lectionem confirmant novem MSS. vide supra L. i. 7. Ext. 8.

41. *Victor Capitolium felicitate celebravit*] De triumphante loquitur. Anne *felici dape*? ut de solemni illo triumphantium convivio in capitolio capias. LIPS. *Felicitate.* Acute Lipsius: *Felici dape.* Si vera est conjectura, intelligit Valerius dapem illam Capitolinam triumphantium. Philargyrius: *Coenarum tria genera sunt, Sollemne, Viaticum, Geniale.* Sollemne interpretor epulas illas Joviales in Capitolio celebratum. de quo Varro lib. iii. de Vita pop. Rom. *Ut ejus convivium, qui triumpharet in Capitolio videtur esse proprium ut ipse potius domum reduceretur à convivio.* COLER. Lipsius pro *felicitate* conjicit legendum esse *felici dape*, ut allu-

creatus est. Quem quidem fortuna [45] inter ornamenta & dedecora alterna vice versavit, [46] consulatui illius damnationem, damnationi censuram subjiciendo: & neque bonis eum perpetuis frui, neque malis aeternis ingemiscere patiendo.

Iisdem viribus uti voluit [47] in Cn. Cornelio Scipione Asina. Qui con- II.
sul à Poenis apud Liparas captus cum belli jure omnia perdidisset, laetio- Ann. urb. 493. Livius
ri subinde vultu ejus adjutus cuncta recuperavit; [48] consul etiam iterum XVII. Polyb. I. Zo-
creatus est. Quis crederet illum à duodecim securibus [49] ad Carthagi- naras.
nien-

allusum sit ad triumphantium in Capitolio convivium. VORST. Sed quae erit illa loquendi ratio *capitolium celebrare dape felici?* non puto quemquam ita locutum fuisse. Nec ullus MSS. vel minimum favet. Et majus est capere hoc de tota felicitate triumphantis, & propter eam Capitolium cum tanta magnificentia conscendentis, ibique sacrificantis, vota solventis, gratulantem senatum & magistratus excipientis, quam de solo convivio triumphantis.

42. *Praetor & Consul*] Addit etiam Tribunum Agellius. COLER. Huc pertinet etiam locus, quem paulo ante ex Vell. L. II. 65. adduxit Vorstius. *Et consul* tamen in compluribus deest MSS.

43. *Casuum nunc contemplemur varietatem*] Ob hanc praefatiunculam quibusdam visum fuit, adjecto titulo & hic novum caput constituere, unum videlicet corpus in tres particulas perperam dissecando. PIGH. Etiam nostri MSS. dissectionem in tam minutas particulas improbant.

44. *L. Lentulus*] Quis hic L. Lentulus fuerit, vix equidem scio. Oliverius Lentulos confundit, ac multorum historiam in unum congerit. Ego de L. Lentulo intelligerem, qui Cos. ultimus liberae urbis fuit, nisi Valerius diceret ejus consulatum damnatione notatum, quod de eo nusquam legitur, nisi Caesar victor in mortuum saevierit: quod nec ipsum verum puto. De *L. Censorio* nihil adferunt commentatores; sed neque ipse quidquam, quod dicam, habeo: nisi pro *Censorio* legendum sit *Censorino*. qui Cos. fuit anno 715. proximo inde exemplo legendum *Asina*, pro *Nasica*. impudens sane mendum, non authoris, sed librariorum. Porro quod deinde sequitur exemplum de *Crasso Divite*, satis liquet, non de M. Crasso triumviro, sed de alio quoquam intelligendum: commentatores non explicant. GLAREAN.

45. *Inter ornamenta & dedecora alterna vice versando*] Uterque Ultraj. Bit. prim. Med. sec. *inter tormenta & dedecora*, pro qua postrema voce Harl. *decora* habet. *Tormenta* inde fortasse natum, quia in fine dicit fortunam passam non esse *ut aeternis malis ingemisceret*. Recte vero *ornamenta*, quae pro honoribus saepissime ponuntur. Hinc Med. prim. e Glossa *inter honores & dedecora*.

46. *Consulatui illius damnationem*] De hac damnatione agitur etiam apud Fest. in *Religione*. PERIZON.

47. *In Cn. Cornelio Scipione Asina*] Vide & supra VI. 6. 2. ubi *Cornelius Asina* vocatur. VORST. In MSS. quatuordecim male appellatur *Nasica*, quomodo etiam in Ed. Mog. Ven. Mediol. & Ascensii, qui explicat de *Nasica* Duillii collega, qui certe *Asina* fuit, ut jam scribebatur etiam in margine Ed. Mediolanensis. in Copes. prior vox erat expuncta, & recentiore manu repositum *Asina*. Sed admonuit dudum Glareanus.

48. *Consulque etiam iterum creatus est*] Sic Pighius. Antea legebatur. *Consul etiam iterum creatus*. MSS. duodecim cum Ed. Mog. *Consul etiam iterum creatus est*. Quod credidi sufficere.

49. *Ad Carthaginiensium pervenire catenas*] *Perventurum*, melius in manuscriptis. PIGH. Etiam in nostris. Mutavit Aldus. Ascensius hic verbum prorsus omisit, postea semel positum, ratus, opinor, hic satis intelligi.

50. *Ad summa imperii perventurum fastigia*] Gronovius ex tribus MSS. legendum censet, *Ad summi imperii perventurum insignia*. Sunt autem *summi imperii insignia*, quae ante *duodecim secures* dixerat. VORST. Vide J. Fred. Gron. L. IV. Obs. c. 20. & sic plane Harl. Bit. prim. Leid. tert. quint. sext. uterque Ultraj. & Duac. Ed. Mog. Ceteri MSS. *Summa imperii perventurum*

Ann. urb. 499. Polybius. Zonaras. niensium perventurum catenas? quis rursus existimaret à Punicis vinculis [50] ad summi imperii perventurum insignia? sed tamen ex consule captivus, & ex captivo consul factus est.

12. Ann. urb. 694. Cic. Att. II. 13. Quid? Crasso nonne pecuniae magnitudo [51] *locupletis* nomen dedit? sed eidem postea inopia [52] turpem decoctoris superlationem injunxit. Siquidem bona ejus à creditoribus, quia solidum praestare non poterat, venierunt. [53] Ita quoque amara sugillatione non caruit: [54] cum egens ambularet, *dives* ab occurrentibus salutabatur.

Cras-

rum insignia, cum Mediol. *Fastigia* excusum est Venetiis, tum ab Aldo & eum secutis.

51. *Locupletis nomen dedit*] Non ita hoc intelligendum, tamquam si vulgo, propria quadam ἐπικλήσει Crassus *locuples* fuerit dictus, sed alio cognomine, quod eum locupletem declarabat, quippe ejusdem, cujus illud, significationis: nempe *Dives*. Unde & ibidem statim de eodem Crasso decoctore postea, & inope. *Itaque amara sugillatione non caruit, quia cum egens ambularet, Dives ab occurrentibus salutabatur.* Schol. Persii ad Sat. 2. *Licinius Crassus inter Romanos locupletissimus, ideo dives cognominatus.* Sensum ergo respexit Valerius, non ipsum *locupletis* vocabulum, quum hoc ei nomen datum dixit. PERIZON. Anim. Hist. c. 2. p. 67. idem in margine libri jubet videre Plin. L. XXXIII. 10. Cic. Tusc. I. 33 Sen. contr. p. 373. Quint. 11. Inst. 2. Cic. de Orat. I. 37. ad Att. I. 4. II. 24.

52. *Turpem decoctoris superlationum injunxit*] Plures libri veteres, *superlationem inussit*, legunt. *Superlatio*, ὑπερβολὴ, adjectio superflui nominis hoc loco. PIGH. Puto fuisse, *appellationem*. & depravasse vocem adhaesu litterae sigma è fine alterius. LIPS. *Superlationem*. Barbara vox: pro qua Lipsius substituit *Appellationem*. Neutrum probare possum. In edit. Veneta vetus commentator legerat *suggillationem*. quod ipsum esse scilicet à Valerio scriptum. *Suggillatio* ὑπωπιασμός, in veteri Glossario. In eodem legi: *suggella* ὑπώπιον, sed vitiose pro *sugilla*. *Sugillatio* igitur à *sugilla* contra quam Festus nugatur. Aliter etiam super hoc vocabulo Joseph. Scaliger ἐτυμολογεῖ. COLER. Pro *superlationem* Colerus rescripsit *sugillationem*; sed sine auctoritate ullius antiqui codicis. Lipsius scribendum conjicit *appellationem*. Pighius *superlationem* retinet, putatque adjectionem esse nominis superflui. Porro *injunxit* in editione Aldi est: idque Pighius & alii retinuere. At codic[illegible] manu- unus *inussit*: alter *immisit*. Quoru[illegible]ius & Pighius in Codd. MSS. reperit. p[illegible]s veteres typis expressi Chalcocondylae, & [illegible] Herbipolensis habent. VORST. *Appellationem* Lipsii videtur placuisse Guyeto. *Sugillationem* vero Coleri mihi non placet, videtur enim inepte Valerius statim postea eodem verbo iterum usus fuisse. GUDIUS. Idem censet Perizonius. Nec hilum Colero favet ullus MStorum, qui omnes, *superlationem* vel *superlatione*. Quatuor habent *inopiam*. pro *injunxit*, pauciores *incissit* habent, plures *immisit*. *Superlatione immisit* Ed. Mog. *Superlationem misit*. Mediol. & Leid. prim. *Superlatione jussit*. Leid. sec. *Superlationem immisit*. Ven. Ascens. *Injunxit*, Aldus. Vocabulum *superlationem* hic nullum satis commodum sensum exhibet. Non dubito, quin aliud hic lateat, nec longe a vero forsan abest, quod aliquando conjecit Perizonius, sed idem postea obelo transfixit, *Decoctoris insuper appellationem inussit*. Sic enim malo: quam *injunxit*, quum hoc verbum pro se habeat hoc loco aliquot MSS. auctoritatem, & sit valde usitatum, de iis, qui aliqua notantur ignominia, *injunxit* autem in nullo, quod sciam, scripto codice reperitur. confer quae habet de utroque verbo J. Fr. Gronov. ad Liv. L. VIII. 32. & L. IX. 4. Prop. L. III. 9. 40.

Scilicet incesti meretrix regina Canopi,
Una Philippeo sanguine inusta nota.

Ad quem locum plura exempla protulit Broukhusius. *Injunxit* tamen improbare prorsus non ausim. sic enim hujus cap. Ext. 2. *abdicationis injungentem notam*, in omnibus fere exstat scriptis, & vetustis editionibus.

53. *Ita quoque amara sugillatione non caruit*] Sic edidit Pighius, habetque Mog. Ed. cum plurimis MSS. reliquae Edd. *Itaque amara*. quod est in Med. sec. & Leid. sext. sunt etiam qui habent *Ita qui*. Barb. & Bit. prim. *anili sugil-*

Crassum casus acerbitate [55] Q. Caepio praecurrit. is namque praeturae splendore, triumphi claritate, consulatus decore, [56] maximi pontificis sacerdotio, [57] ut *senatus patronus* diceretur, assecutus, in publicis vinculis spiritum deposuit: corpusque ejus funesti carnificis manibus laceratum, [58] in scalis Gemoniis jacens, magno cum horrore totius fori Romani conspectum est. 13.

Ann. urb. 648. Livius LXVII.

Jam C. Marius [59] maxima fortunae luctatio est. omnes enim ejus impetus, [60] qua corporis, qua animi robore fortissime sustinuit. [61] Arpinatibus 14.

gillatione. Itaque Perizonius praeferebat.

[illegible] *Quia cum egens ambularet*] Sic emenda[illegible], quasi in vulgatis editionibus omittentibus [illegible] *quia*, non satis cohaereret oratio. Sed idem illud omittunt omnes MSS. amat[illegible]ic auctor hoc concisius dicendi genus. quare delendum credidi. Perizonius malebat *salutaretur* deleto, *quia.*

55. *Q. Caepio*] De hoc adeo Caepione hic noster author Lib IV. c. 7. ait eum a L. Rhegino tribuno plebis e carcere liberatum, ac ipsum fugae ejus comitem factum. Hic ait eum in carcere coactum mori. Commentator Oliverius de duobus Caepionibus historiam commiscet. GLAREAN. *Q. Caepio.* Temeritate Q. Servilii Caepionis clades maxima accepta fuit à Cimbris; adeo ut octoginta millia militum, calonum & lixarum quadraginta, occisa sint; ut ex Epit. L. LXVII. Liv. apparet. VORST. Ubi dicitur *imperium ei abrogatum esse, & bona ejus publicata.* Vide de hoc Caepione Gellium, L. III. 10. & Just. L. XXXII 3. 12. Qui caussam excidii Caepioni & exercitui ejus ferunt fuisse sacrilegium, quo aurum a Tectosagis bellis sacrilegiisque quaesitum & Tolosensi lacu mersum abstulerit. Sed supra Auctor L. IV. 7. 3. Caepionem a L. Rhegino tribuno plebis publica custodia liberatum fuisse, & Rheginum ipsum fugae ejus comitem exstitisse, tradidit. Ut verear, ne hic auctor omnia nimis exaggeret, & mores sui temporis ad antiquiora illa referat. Rupertus refert Reinesium in peculiaribus ad se literis legisse inserta una voce. L. IV. 7. 3. *Quod illius patris culpa exercitus noster deletus.* ut auctor uno loco egerit de filio, altero de patre. Utinam addidisset pariter liquido probasse Reinesium, filium ob patris culpam in carcerem ita fuisse conjectum, & ope tribuni liberatum. Ceterum Pighius existimat damnationem ejus decimo demum anno post acceptam cladem accidisse, ad A U. C. 648.

56. *Maximi Pontificatus sacerdotio*] MSS. duodecim & omnes ante Pigh. Edd. *Maximi Pontificis sacerdotio.* Quod cur mutavit? credo, quia ut *praeturam*, & *consulatum* dixerat, ita etiam *pontificatum* putabat necessario requiri. Equidem MSS. sequi malui: quorum nonnulli cum Ed. Mog. habent *& triumphi claritate*, an id voluit, ipsum post praeturam triumphasse, ut ideo illa duo conjungat? Propraetorem obtinuisse eum Lusitaniam, & ex ea triumphasse, ejusque rei memoriam denario argenteo servatam esse statuit Pighius Ann. T. 3. p. 133.

57. *Ut senatus patronus diceretur*] Schottus Obs. hum. III. 32. legendum conjicit *senatus princeps.* VORST. *Patronus* retinent tam scripti, quam typis expressi omnes. Oliverius putat eum *patronum senatus* dictum, quia partes senatus tuendas susceperat. Quod probari puto his verbis Ciceronis L. II. de Orat. 48. ubi de hoc ipso Caepione agit. *Et animos equitum Romanorum, apud quos tum judices caussa agebatur, ad Q. Caepionis odium, a quo erant ipsi propter judicia abalienati; renovabam, & revocabam.* Scilicet Gracchus judicia equestri ordini tradiderat, quae Caepio deinde inter utrumque ordinem communicavit. ut docet Sigon. de Ant. Jur. Civ. Rom. L. II. 18. Vide etiam Zamoscium de Sen. Rom. L. I. c. 15.

58. *In scalis Gemoniis jacens*] Leid. quart. *Jacere.* deinde Barb. prim. *Totius populi Romani.* Bit. prim. *magno cum horrore fori totius ipsum conspectum est.*

59. *Maxima fortunae luctatio est*] Recte hoc restituit Pighius, cum ipse inveniret in vulgatis omnibus praeter Mog. *maximae fortunae.* Sed *maxima* MSS. praeter tres; & hoc postulat sensus.

60. *Tam corporis*] Apage invenustam inter-

 po-

Ann. urb. 629. circiter. Cicer. pro Planc. 21. bus honoribus judicatus inferior, quaesturam Romae petere ausus est. Patientia deinde repulsarum, irrupit magis in curiam, quam venit. In tribunatus quoque & aedilitatis petitione [62] consimilem campi notam expertus. Ann. urb. 637. circiter. [63] Praeturae candidatus supremo loco inhaesit: quam tamen non sine periculo obtinuit. ambitus enim accusatus, vix atque aegre absolutionem à judicibus impetravit. [64] Ex illo Mario tam humili Arpini, tam ignobili Romae, [65] tamque fastidiendo candidato, ille Marius evasit, [66] qui Africam subegit, qui Jugurtham regem ante currum egit, qui Teutonorum Cimbrorumque exercitus delevit: cujus bina tropaea in urbe spectantur: cujus septem in fastis consulatus leguntur: cui post exilium consulem creari, [67] proscriptoque facere proscriptionem contigit. [68] Quid hujus conditione inconstantius aut mutabilius? quem si inter miseros posueris, miserrimus: si inter felices, felicissimus reperietur.

Ann. urb. 649. Sal. Jugurth. Vellejus. Flor. & alii.

Ann. urb. 667. Livius xxxx. App. Plut. & alii.

C. au-

polationem. sincere lib. Dan. *qua corporis, qua animi.* COLER. *Qua corporis qua animi robore.* Ita Colerus ex cod. P. Danielis scripsit pro eo, quod in aliis est *tam corporis quam animi.* Codicum Brand unus priori, alter posteriori lectioni consonat. VORST. Septem MSS. *tam corporis, quam animi.* Ultraj. prim. Leid. quint. *quo, quo.* Vide supra L. II. init.

61. *Arpinatibus honoribus judicatus inferior*] Lege, *Arpini honoribus*, ex Campensi codice. Et rursus postea. PIGH. *Arpini.* Liber Daniel. & vetus edit. Veneta: *Arpinatibus honoribus.* Honestus sermo. COLER. *Arpini honoribus judicatus inferior.* Ita Pighius è cod. Campensi. Alii, *Arpinatibus honoribus judicatus inferior:* eamque lectionem Colerus alteri praefert. VORST. Solus Bit. prim. *Arpinatis*, alii omnes *Arpinatibus*, quemadmodum paulo post quoque *tam humili Arpinate* omnes retinent. Hic id solius Campensis auctoritate mutare dubito an satis prudens fuerit. Vide etiam supra L. II. 2. 3.

62. *Consimilem campi notam*] Quod in campo Martio, ubi petitio fiebat magistratuum, repulsam tulit. VORST.

63. *Praeturae candidatus supremo loco inhaesit*] Id est, ultimo loco inter sex praetores creatus est. Nam hoc idem declarat Plutarchus his verbis: *ὕστερον δὲ ἐν πολλῷ στρατηγίαν μετελθὼν, ὀλίγον ἐδέησεν ἐκπεσεῖν. ἔσχατος δὲ πάντων ἀναγορευθεὶς, δίκην ἔσχε δεκασμοῦ.* Erat autem nonnihil ignominiosum ultimo, atque econtra honorificum primo loco inter tot collegas renuntiari: qui idcirco praetor primus appellabatur. Quo nomine gloriatur saepe M. Tullius, quod anno suo praetor primus frequentibus populi suffragiis sit factus. PIGH. *Praeturae canditatus supremo loco inhaesit.* Praetor quidem creatus; sed inter sex candidatos postremo loco. Quod nonnihil ignominiosum erat; ut contra primo loco renuntiari honorificum. *Supremum* pro *ultimo* satis notum. Ceterum pro *supremo loco inhaesit*, quod Aldus & alii edidere, codicum Brand. unus habet *supremo in loco ita haesit*, alter *supremo loco ita haesit.* Deinde & veteres typis expressi Chalcoc. & Mart. Herbip. voculam *ita* habent. Quam lectionem cum & Gronovius in MSS. observasset, conjecit idem legendum esse *supremo in loco adhaesit*; & pro *quam* quod sequitur, *quem.* VORST. Videndus J. Fr. Gronov. ad Liv. L. v. 3. Ultraj. sec. Copes. Leid. quart. quint. sext. Harl. Bit. & Barb. prim. *supremo in loco haesit.* Sed tres posteriores cum Ultraj. prim. *ita haesit.* sic quoque Mog. *Quem*, ut insuper emendabat magnus vir, exstat in Harl. Barb. prim. Leid. sec. Est profecto melius. Licet supremo demum loco praetor creatus, tamen ne eum quidem sine periculo obtinuit, aegre ambitus crimine, quo accusatus erat, absolutus. Majorem hoc habet emphasin, quam si ipsam praeturam Marium non sine periculo dicat obtinuisse.

64. *Ex illo Mario tam humili Arpinate tamque ignobili Romae*] Lege, *tam humili Arpini tam ignobili Romae*, ex Atrebatensi, Gemblacensi & Cauchiano. Ex comparatione namque dissimilium locorum rem ipsam auget Vale-

C. autem Caesar, [69] cujus virtutes aditum sibi in coelum struxerunt, 15. [70] inter primae juventae initia privatus Asiam petens, à maritimis praedonibus circa insulam Pharmacusam exceptus, quinquaginta se talentis redemit. Parva igitur summa clarissimum mundi sidus in piratico myoparone rependi fortuna voluit. [71] Quid est ergo quod amplius de ea queramur, si ne consortibus quidem divinitatis suae parcit? Sed coeleste numen se ab injuria vindicavit: continuo enim captos praedones crucibus affixit.

Ann. urb. 667. Suet. Plut. Vell. II. 41.

Externa.

Attento studio nostra commemoravimus: remissiore nunc animo aliena 1. narrentur. Perditae luxuriae Athenis adolescens [72] Polemo, [73] neque illecebris ejus tantummodo, sed etiam ipsa infamia gaudens, cum è convivio non post occasum solis, sed post ortum surrexisset, [74] domumque rediens Xeno-

Diog. Laërt. in vita. Hor. II. Sat. 3. Suidas.

lerius. PIGH. *Tam humili Arpini.* Ita legendum censet Pighius ex tribus quos inspexit, codd. Alii, *Tam humili Arpinate.* VORST.

65. *Tamque fastidiendo candidato*] Decem MSS. cum Mog. copulam *que* removendam indicant.

66. *Qui Africam subegit, qui Jugurtham regem ante currum egit*] Posterius *qui* in uno cod. Brand. reperio Et videtur abesse non posse; quod nulla intercedit vocula copulativa. VORST. *Qui* habet Leid. sext & Ultraj. prim. Mire Harl. *Qui Africam subegit, quia Theotonicorum Cymbrorumque exercitus delevit, Tigranem regem ante currum egit.*

67. *Proscriptoque proscriptionem facere contigit*] Epitome L. LXXVII. Liv. *Duodecim à senatu hostes inter quos C. Marius, pater & filius, judicati sunt.* Et libri LXXX: *Cinna & Marius in urbem recepti sunt, qui velut captam eam caedibus & rapinis vastarunt.* VORST.

68. *Quid hujus conditione*] Bit. *Quid hujusmodi conditione.* postea Harl. *Inconstantius aut mirabilius.* Denique quinque. *Si inter felices.* quod planius & concinnius, quam si copula absit.

69. *Cujus virtutes aditum sibi in coelum struxerunt*] Uterque Ultraj. Leid. quint. Cop. Med. uterque Bit. *Aditum sibi in coelum instruxerunt.* Quomodo etiam Mog. Ed. & Ven.

70. *Inter primae juventae initia*] Sic Pighius, probantibus MSS. Mog. & Med. Edd. Sed Ven. & ceterae *juventutis* exhibent.

71. *Quid est ergo quod amplius de ea re queramur*] *De ea queramur*, in vetustis codicibus. Recte. Loquitur enim de fortuna. PIGH. τὸ *Re* delent etiam MSS. mei, cum Ed. Mog. & Mediol.

72. *Polemo*] Ante Pighium legebatur *Polemon*, sed alterum habent MSS. Vide Gron. ad Sen. Agam. 514.

73. *Neque illecebris ejus tantummodo*] *Ejus*, superfluum est, neque habetur in scriptis libris. PIGH. Pighius *ejus* ut superfluum expunxit, quod in libris quibusdam id non reperisset. Nos cum Lipsio in Comment. ad lib. XI. Annal. Taciti vocem eam abesse non posse, & ad vocem, quae praecedit, *luxuriae* referendam esse judicamus. Ceterum & uterque cod. Brandeb. illam habet. VORST. Vide Lips. ad L. XI. Ann. 26. habent τὸ *ejus* plerique MSS. & editt. omnes. bene ergo, quod eam vocem Vorstius restituit.

74. *Domumque repetens*] In duodecim MSS. & omnibus Edd. *domum rediens* inveni, quod mutaverat Pighius, nescio utrum ex MSS. an quod putarit *repetens* esse convenientius. *Domum rediens* est hic *dum redit domum*, *dum in eo est ut redeat.* Deinde pro *pellucida veste* multi MSS. habent *perlucida.*

75. *Sertis capite redimito*] Klokkius legebat *sertis caput redimitus.*

 76. Te-

Xenocratis philosophi patentem januam vidisset, vino gravis, unguentis delibutus, 75 sertis capite redimito, pellucida veste amictus, refertam turba doctorum hominum scholam ejus intravit. Nec contentus tam deformi introitu, consedit etiam, ut clarissimum eloquium, & prudentissima praecepta, 76 temulentiae lasciviis elevaret. Orta deinde, ut par erat, omnium indignatione; Xenocrates vultum in eodem habitu continuit, 77 omissaque re, quam disserebat, de modestia ac temperantia loqui coepit. Cujus gravitate sermonis resipiscere coactus Polemo, primum coronam capite detractam projecit: paulo post 78 brachium intra pallium reduxit: procedente tempore 79 oris convivalis hilaritatem deposuit: ad ultimum totam luxuriam exuit, uniusque orationis saluberrima medicina sanatus

76. *Temulentiae lasciviis elevaret*] Miror quid sit quod Pighius pro *elevaret* scripsit *eluderet*. Quasi vero ipsum *elevaret*, quod veteres typis expressi habent, non satis commodum sit. *Elevare praecepta philosophiae* idem quod contemnere, irridere. Uterque etiam cod. Brand. sic habet. Et in suo quoque cod. ita fuisse Andr. Schottus Obs. hum. III. 32. testatur. VORST. Et mei fere omnes τὸ *elevaret* tuentur. Vide supra L. I. 6. 12. Leid. sext. *illuderet*. Barb. prim. *elevaret al*, *eluderet*.

77. *Omissa re, quam disserebat*] In Wincheliano & Cauchiano, *Omissis de quibus disserebat*. PIGH. *Omissisque*. Lib. Dan. *Omissaque re, quam disserebat*. Disconvenit hic inter Valerium & Laërtium. hic enim de Xenocrate dixit, eum sermonem περὶ σωφροσύνης disseruisse. COLER. *Omissaque re quam disserebat*. Hic quoque non erat quod Pighius mutationem faceret, scriberetque, *omissisque de quibus disserebat*. *Disserere rem* dicitur non aliter quam *disputare rem*. Et habent ita rursus veteres typis expressi, & Brandeb. MSS. itemque codex P. Danielis, ut Colerus testatur. VORST. Duodecim mei cum omnibus Edd. Tac. L. I. Ann. 4. *Pauci bona libertatis incassum disserere*. Min. Fel. c. 12. *Quibus non est datum intelligere civilia, multo magis denegatum est disserere divina*.

78. *Brachium intra pallium*] Hoc apud Athenienses fuit pudoris & modestiae signum. Ritum declarat Casaubonus Notis ad Laërtium. COLER. *Brachium intra pallium reduxit*. Signum hoc pudoris & modestiae apud veteres erat; ut Casaubonus Notis in Diogenis Laërtii Polemonem, & Rupertus in Dissertationibus ad Valerium, variis Auctorum locis demonstrarunt. Seneca v. Controv. 6. *Apud patres nostros, qui forensia stipendia auspicabantur, nefas putabatur brachium extra togam exserere*. Quintilianus lib. XII. vocat *manum intra pallium continere*. VORST.

79. *Oris convivalis*] Uterque Ultraj. Bit & Med. primi *convivalis*. post *peregrinatus* tres delent *est*.

80. *Abdicationis injungentem notam*] In Cauchiano elegantius; *Abdicationis inurentem notam*. Quae locutio receptissima est. PIGH. *Inurentem notam*. Latine satis. sed lib. Dan. *injungentem*. *Injungere contumeliam, injuriam*, non abhorret dicere Cicero. COLER. *Abdicationis injungentem notam*. Ita veteres typis expressi, & uterque Brand. MS. nec non & cod. P. Dan. ut Colerus testatur. Miror igitur, quod, cum supra VI. 9. 12. ferre Pighius potuerit, quod scriptum erat *turpem decoctoris superlationem injunxit*, hic pro *injungentem* scripsit *inurentem*. Ait ille, in cod. Cauchiano elegantius legi *inurentem notam*; eamque locutionem esse receptissimam. At scio non minus Latine dici *injungere notam*. Sane Brutus in ep. ad Ciceronem, quae est decima tertia libri XI. ad famil. scribit, *Ne quid detrimenti reip. injungat*. Curio in Lexico citat ex Livio, *injungere injuriam*; & Caesare, *injungere servitutem*; & ex Plinio *injungere sibi tormentum*; & denique ex Ulpiano *injungere poenam*. Vide & Gronovium ad Liv. VIII. 32. & XXXII. 4. & XL. 51. VORST. MSS. tredecim habent *injungentem*. Vide supra ad L. VI. 9. 12. Plutarch. in Them. p. 112. pro fabula habet, quod refertur de ab-

natus, ex infami ganeone maximus philosophus evasit. Peregrinatus est hujus animus in nequitia, non habitavit.

Piget Themistoclis adolescentiam attingere, sive patrem aspiciam, [80] abdicationis injungentem notam, sive matrem suspendio finire vitam propter filii turpitudinem coactam; cum omnium postea Graji sanguinis virorum clarissimus extiterit, [81] mediumque Europae & Asiae vel spei, vel desperationis pignus fuerit. Haec enim salutis eum suae patronum habuit, illa vadem victoriae assumpsit. 2. Nepos, & Plut. in vita. Aelian. Var. hist. II. 112.

Cimonis vero incunabula opinione stultitiae fuerunt referta: [82] ejusdem imperia salutaria Athenienses senserunt. Itaque coegit eos stuporis semetipsos damnare, qui eum stolidum crediderant. 3. Nep. in vita.

[83] Jam Alcibiadem quasi duae fortunae partitae sunt: altera, quae ei nobi- 4.

abdicatione patris, & matris suspendio. & quod Lambinus ad Nep. & in vitae ejus initio putat illum in libello περὶ τῶν ὑπὸ τῆς Θείας βραδέως τιμωρουμένων illorum, qui hoc narrant, sententiam probare, in eo assentire ipsi non possum. Nam refert ibi Plutarch. duntaxat eum dissolutae vitae fuisse, quod non dissimulat etiam in ejus vita. Diserte enim ait, ὃς, ἐν ταῖς πρώταις τῆς νεότητος ὁρμαῖς ἀνώμαλος ἦν καὶ ἀστάθμητος, ἅτε τῇ φύσει καθ' αὑτὴν χρώμενος ἄνευ λόγου καὶ παιδείας ἐπ' ἀμφότερα μεγάλας ποιουμένῃ μεταβολὰς τῶν ἐπιτηδευμάτων, καὶ πολλάκις ἐξισταμένῃ πρὸς τὸ χεῖρον, ὡς ὕστερον αὐτὸς ὡμολόγει, καὶ τοὺς τραχυτάτους πώλους ἀρίστους ἵππους γίνεσθαι φάσκων. Id igitur voluit ipsum dissolutioris quidem in adolescentia vitae fuisse, non ita tamen ut pater eum abdicaverit, aut mater sibi ipsa mortem consciverit.

81. *Mediumque Europae & Asiae vel spei, vel desperationis pignus*] Campensis liber habet; *Mediumque Asiae & Europae.* Qui ordo magis lucidam reddit orationem sequentem. PIGH. *Mediumque Europae & Asiae, vel spei vel desperationis pignus fuerit.* Pighius mavult *Asiae & Europae*; ut in uno quodam libro scriptum reperit: dicitque ordinem hunc magis lucidam reddere orationem sequentem. Scilicet concoquere ille non potuit, quod *haec* ad remotius, *illa* vero ad propinquius referendum ita esset. Atqui hoc solenne nostro; ut apparuit supra II. 7. 12. & 15. III. 2. I. IV. 7. ext. I. & multis aliis locis. Ceterum ut nos rescripsimus, ita veteres typis expressi; & Brand. quoque MSS. habent. VORST. Cum codice Campensi nonnulli e nostris conveniunt, plures tamen tuentur alterum, quod ob caussam a Pighio allatam mutandum non fuisse Vorstius bene admonuit.

82. *Ejusdem stultitiae imperia salutaria*] Stulte interposita vox *Stultitiae:* quam tolle, natam è linea priore. Nam illud *Ejusdem*, ad Cimonem plane referendum fuit. LIPS. *Ejusdem stultitiae.* Vox *stultitiae* deest in libro Daniel. & merito ejecta jampridem à Lipsio. COLER. *Ejusdem imperia salutaria.* Stulte in quibusdam codd. additum *stultitiae*, scriptumque *ejusdem stultitiae imperia:* & mirum est vocem eam retentam esse à Pighio. Lipsius expungendam judicat. Abest & ab uno cod. Brandeb. & à cod. item P. Dan. ut Colerus testatur. VORST. Vocem *stultitiae* hic delendam esse censuit etiam Muretus Lib. VII. Var. Lect. I. Exstat tamen illa in MSS. undecim & Mog. Ed. unus ex Duac. habet *ejusdem peritiae*, quod ab emendatore est.

83. *Jam Alcibiades*] vulgo ante Pigh. *Jamque.* MSS. partim, *Nam*; partim, *Jam Alcibiades.*

84. *Nec aut haec, aut illa universa, sed varia, perplexa, freto atque aestui simillima*] Tolerabilis quidem lectio, sed in Campensi, Coloniensi & Wincheliano, ut mihi videtur, correctior est; *Nec aut haec aut illa simul universa; sed varie perplexa freto atque aestui similia.* PIGH. *Nec aut haec aut illa universa; sed varia, perplexa, freto atque aestui similia.* Ita Aldina, ceteraeque veteres editiones habent. Nec aliter uterque cod. Brand. At Pighius in tribus codd. reperit *simul universa*, &

Nepos, & Plut. in vita. Justin. IV. & V. bilitatem eximiam, abundantes divitias, formam praestantissimam, favorem civium propensum, summa imperia, praecipuas potentiae vires, flagrantissimum ingenium assignaret: altera, quae damnationem, exilium, venditionem bonorum, inopiam, odium patriae, violentam mortem infligeret. [84] Nec aut haec, aut illa universa; sed varia, perplexa, freto atque aestui similia.

5. Herodot. III. Strabo XIV. Cic. de fin. III. Plin. XXXVII. I. Usser. A. 3481. Ad invidiam usque Polycratis Samiorum tyranni abundantissimis bonis conspicuus vitae fulgor excessit: nec sine caussa. Omnes enim conatus ejus [85] placido excipiebantur itinere: [86] spes certum cupitae rei fructum apprehendebant: vota nuncupabantur simul & solvebantur: [87] velle ac posse in aequo positum erat. Semel duntaxat vultum mutavit, [88] perquam brevi tristitiae salebra succussum; tunc cum [89] admodum gratum sibi annulum de industria in profundum, ne omnis incommodi expers esset, abjecit. Quem tamen continuo recuperavit, capto pisce, qui cum devorave-

& *varie perplexa*; itaque omnino rescribendum putavit. Mihi *simul* primo ἐξηγήσεως caussa scriptum fuisse in margine, post autem in textum irrepsisse videtur. Sane *universos* dispersis, aut singulis opponunt; neque *simul* adjiciunt. Nepos II. 4. 2. *Universos esse pares ajebat, dispersos testabatur perituros.* Justinus XXXVIII. 4. 16. *Quorum tametsi singula bella sustinere Romani possent, universis tamen obruantur.* VORST. Nonnulli MSS. *Ne aut haec aut illa*, ut Mog. in septem deest *simul*, sed omnes retinent *varia*. Med. prim. *vario perplexu.* Nonnulli *aestui simillima*, Mog. *similima.* Ven. & Mediol. *similia.* Aldus & ceteri *simillima.* Mihi quoque *simul* videtur esse e glossa, *τὸ universa* enim nihil aliud significat, quam *omnia simul.*

85. *Placido excipiebantur itinere*] Sic omnes scripti & typis expressi. Nob. Heinsius ad Vell. L. II. 45. 3. putat tamen legendum. *Placido excipiebantur vitae tenore.* Nihil muto. Significat conatibus ejus omnia plana & facilia fuisse, & eos totum suum cursum peregisse tamquam plenis felicitatis velis per placidum mare, aut planam quamdam viam. Unde etiam addit *fortunam semel tantum vultum mutasse perquam brevi tristitiae salebra succussum*, manifeste ab itinere difficili facta translatione. Cic. in Brut. c. 12. *Alter sine ullis salebris, quasi sedatus amnis fluit.*

86. *Spes certum cupitae rei fructum apprehendebant*] Bit. Med. primi Mog. Ed. *apprehendebat.* Med. sec. *certe cupitae rei effectum.* Ultraj. prim. *cupitae rei factum.*

87. *Velle ac posse in aequo positum erat*] Klokkius legebat. *Velle ac posse in aequo erat.* Sed non opus est ulla mutatione. L. VII. 2. 3. *In aequo igitur malorum posuit.*

88. *Perquam brevi tristitiae salebra succussum*] Uterque Ultraj. cum Barb. prim. & Ed. Mog. *perquam brevis tristitiae.* quod praetulerim. Leid. quint. *percussum.*

89. *Admodum gratum*] Ob gemmam inclusam, quam Sardonychem fuisse & in Concordiae templo asservatum scribit Plinius. Strabo ait fuisse δακτύλιον λίθου καὶ γλύμμα, ὡς πολυτελοῦς. COLER.

90. *Sed hunc, cujus felicitas semper plenis velis prosperum cursum tenuit, Orontes Darii regis praefectus*] Magis placet Cauchiani libri lectio, quae sine parenthesi minus scabrosa est, atque magis plena, *Sed hunc felicitatis semper plenis velis prosperum cursum tenere non potuit. Comprehensum enim Orontes, &c.* PIGH. *Sed hunc, cujus felicitas semper plenis velis prosperum cursum tenuit, Orontes.* Ita veteres typis expressi, & uterque cod. Brand. MS. Pighius ex uno libro Cauchiano mavult sic legere, *Sed hunc felicitatis semper plenis velis prosperum cursum tenere non potuit. Comprehensum enim Orontes.* Mihi concinnius dici videtur, *hominis felicitatem semper plenis velis prosperum cursum te-*

verat. [90] Sed hunc, cujus felicitas ſemper plenis velis proſperum curſum tenuit, [91] Orontes, Darii regis praefectus, in excelſiſſimo [92] Micalenſis montis vertice [93] cruci affixit. E qua putres ejus artus & tabido cruore manantia membra, atque illam laevam, cui Neptunus annulum piſcatoris manu reſtituerat, ſitu marcidam, Samos amara ſervitute aliquandiu preſſa, liberis ac laetis oculis aſpexit.

Dionyſius autem cum hereditatis nomine à patre Syracuſanorum, ac pene totius Siciliae tyrannidem accepiſſet, maximarum opum dominus, exercituum dux, rector claſſium, [94] equitatuum potens, propter inopiam literas puerulos Corinthi docuit. Eodemque tempore, tanta mutatione majores natu, nequis nimis fortunae crederet, magiſter ludi factus ex tyranno, monuit. 6. Cic. Tuſc. III. Juſtin. XXI. Amm. XIV. Ext. Aelian. VI. 12. IX. 6.

Sequitur hunc Syphax rex, conſimilem fortunae iniquitatem expertus: quem amicum hinc Roma per Scipionem, illinc Carthago per Aſdrubalem ultro petitum [95] ad penates Deos ejus venerat. Ceterum eo claritatis eve-ctus, 7. Ann. urb. 547. Livius XXVIII. Polybius XI. Appianus in Punicis.

tenere, quam *hominem felicitatis ſemper plenis velis proſp. curſum tenere*. VORST. Cum Brand. & vett. Edd. conſentiunt MSS. omnes.

91. *Orontes, Darii regis praefectus*] Herodotus Ὀροίτεα vocat. Ceterum cum Polycratem cruci affixit, nondum Darius, ſed adhuc Cambyſes rerum potitus fuit, ut ex lib. III. Herodoti apparet. VORST. Qui tamen dicit illud factum κατὰ τὴν Καμβύσεω νοῦσον; & hunc ipſum Oroetem non ita multo poſt juſſu Darii interemptum.

92. *Micalenſis montis*] Edit. Venet. *Mycaleſii*. Mycaleſſi, ſed opidi meminit Strabo lib. IX. & Plinius lib. IV. COLER. Harl. *Megalenſis*. Med. ſec. delet *piſcatoris manu*.

93. *Cruci affixit*] Steſimbrotus Thaſius de morte Polycratis apud Fulgentium: *Poſteaquam de cruce depoſitus, ſandapila etiam deportatus eſt. Sandapila etiam*, inquit, ut exprimat rei indignitatem. Nam *ſandapila* non nobilium, ſed plebejorum & damnatorum cadavera efferebantur. COLER.

94. *Equitatu potens*] Libri manuſcripti, *Equitatuum potens*, ſubſtantive, ſine tempore, ut Livius I. *Juvenem jam eſſe dictitans ac regni potentem*. Idem Tacitus, *An ipſe imperii potens, an Silius privatus eſſet*. PIGH. *Equitatuum potens*. Scripſit ita Pighius ex MSS. cum Aldus edidiſſet *equitatu potens*. Codices certe quoque Brand. ita habent, & veteres item typis expreſſi Chalcoc. & Martini Herbip. Et veriſimile ſane eſt Valerium ita ſcripſiſſe; quoniam plures voces pluralis numeri praemiſerat *opum*, *exercituum*, *claſſium*. Quod autem *potens* cum Genitivo conſtruatur, id multis exemplis doceri poteſt. Videſis modo Gifanium in Obſ. L. L. Nec mirum illud: quia *potens* eſt pro *potiens*. Quomodo ergo *potiri* caſum ſecundum adſciſcit, ita & participium inde ortum *potens*. VORST. Praeter Leid. quint. habent omnes MSS. Ed. Mog. & Mediol. *equitatuum*. quod voluit etiam, credo, Ven. 1478. quae habet *equitatum*, nam altera, etiam *equitatuum* habet.

95. *Ad penates Deos ejus*] Forte ejiciendum τὸ *Deos*. PERIZON. Omittunt uterque Med.

96. *Ut validiſſimorum populorum non tantum arbiter, ſed & victor victoriae exiſtiteret*] Depravatus eſt turpiter locus à ſciolis, quem ita repurgavimus ex Campenſi aliiſque veteribus exemplaribus; *Ut validiſſimorum populorum tantum non arbiter victoriae exiſteret*. PIGH. *Ut validiſſimorum populorum tantum non arbiter victoriae exiſteret*. Ita optime hunc locum reſtituit Pighius. Et habet quoque ita unus cod. Brand. & vetus typis expreſſus Mart. Herbip. Neque diſcrepat editio Chalcocondylae; niſi quod *tantum non* omittit. VORST. Mei MSS. habent vel, *Ut validiſſimorum populorum non tantum arbiter, ſed & victor exiſteret*.

ctus, [96] ut validissimorum populorum tantum non arbiter victoriae existeret, parvi temporis interjecta mora catenatus à Laelio legato ad Scipionem imperatorem pertractus est. Cujusque dexteram regio insidens solio arroganti manu attigerat, [97] ejus genibus supplex procubuit. [98] Caduca nimium & fragilia, puerilibusque consentanea crepundiis sunt ista, quae vires atque opes humanae vocantur. Affluunt subito, repente dilabun-

Ann. urb. 550. Livius xxx. Polybius xiv. Appianus.

ret. vel, *sed & victoriae*, aut *sed victoriae existeret.* *Tantum non* est in utroque Duac. contra desunt hae voces in Med. utroque; & patet haec ubique fere apud nostrum corrupta fuisse, aut cum *non tantum* confusa. Quid? si scripserit, *ut validissimorum populorum non tantum arbiter, sed & victoriae eorum existeret*, id est, qui ad id claritatis fastigium erat evectus, ut non tantum litem inter validissimos populos posset dirimere, sed etiam eo victoria, ex utriusque populi amicitiam ejus tanto ambitu ultro petentis sententia, sese inclinatura videretur, quo ipsius inclinasset favor. Ed. Mediol. *Ut validissimorum populorum arbiter victoriae existeret*: Mog. cum Pighio consentit, & sensum exhibet omnino bonum, ut nulla opus sit mutatione.

97. *Ad ejus genua supplex procubuit*] Omnes tam scripti, quam typis expressi ante Pighium habent *ejus genibus supplex procubuit.* Sic *provolvere* construitur apud Tac. L. XII. Ann. 18. *Regiam ingreditur, genibusque ejus provolutus.* Itaque antiquam lectionem revocavi.

98. *Caduca nimirum & fragilia*] In scriptis libris: *Caduca nimium haec & fragilia puerilibusque consentanea crepundiis sunt, quae vires atque opes humanae vocantur.* Optime. Epilogus hic est totius capitis ornate sententiosus, quem plerisque locis contaminatum emaculavi, atque in fine mutilum auxilio veterum librorum supplevi hoc modo. *Itaque neque existimari neque dici debent bona, quae ut inflictorum malorum amaritudine desiderium sui duplicent; propensiore favore primo delinitos, majore postea malorum cumulo opprimere solent.* Cujus periodi dimidium fere in omnibus exemplaribus intercidit, nos eum ex Cauchiano libro in integrum ita restituimus. PIGH. *Nimirum* primus dedit Aldus, & exstat in utroque Med. ceteri *nimium*, quod recte restituit Pighius, sequentia non item, quae in MSS. & editionibus antiquioribus ita leguntur. *Caduca nimium & fragilia, puerilibusque consentanea crepundiis sunt ista, quae vires, atque opes humanae vocantur*: Quod quin saltem aeque concinnum & elegans sit nemo dubitaverit. Pro *crepundiis* multi MSS. cum Ven. habent *crepidis.* deinde pro *consistunt* Leid. quint. *subsistunt.*

99. *Quos in sublime*] Lib. Dan. *Quos sublime.* Illud Paedotribicum acumen sapit. COLER. MSS. duodecim cum Edd. Mog. Ven. Mediol. *Quos sublime extulerunt.* Optime. Mutatum est ab iis, qui venuste ita veteres locutos ignorabant. L. VIII. 1. damn. 7. *M. Aemilium Porcinam à L. Cassio accusatum crimine nimis sublime exstructae villae, gravi multa affecit.* Ita *sublime ferri* pro *in sublime* reponendum quoque esse apud Just. L. IV. 1. 10. censebat N. Heinsius ad Val. Flac. L. 1. 285. & sic *segetem sublime expulsam eruerent*, apud Virg. L. 1. Georg. 320. interpretatur Servius, *Per sublime portarent erutam segetem.* Virg. Ecl. IX. 29. *tuum nomen &c.*

Cantantes sublime ferent ad sidera cygni.

Georg. L. III. 108.

Jamque humiles, jamque elati sublime videntur
Aëra per vacuum ferri, atque assurgere in auras.

Ovid. Epist. Dejanirae v. 129.

Dat vultum populo sublime sub Hercule victo.

ubi vide N. Hensium, & Oudendorpium ad Obseq. c. 101.

100. *Improviso decursu destitutos*] Veteres duo, *recessu.* quod approbo. LIPS *Decursu.* Lipsius ex vett. *Recursu.* Dan. *Recessu.* COLER. *Improviso recursu destitutos.* Ita codices Brand. non *decursu*, ut Pighius edidit. Sed & veteres typis expressi ita habent. VORST. *Recessu* habet Ultraj. prim. Leid. prim. quint. ceteri *recursu.* cum Edd. antt. Manifestum est translationem fieri ab aestu marino, qui retrocedens in sinum suum dicitur *recurrere.* Curt. L. IX. 9. 20. *Reciprocare coepit mare magno tractu aquis in suum fretum recurrentibus.* ita *regressus maris.* supra L. III. 2. 23. ubi vide.

1. *Profundo cladium miserabiliter immergunt*] Vulgo ante Pighium *in profundo.* sed aliter. MSS. & Mog.

2. Quae

buntur; nullo in loco, nulla in persona stabilibus nixa radicibus consistunt: sed incertissimo statu fortunae, huc atque illuc acta, [99] quos sublime extulerunt, [100] improviso recursu destitutos, [1] profundo cladium miserabiliter immergunt. Itaque neque existimari, neque dici debent bona, [2] quae inflictorum malorum amaritudinem desiderio sui duplicent.

2. *Quae ut inflictorum malorum amaritudine desiderium sui duplicent, propensiore favore primo delinitos majore postea malorum cumulo opprimere solent*] Ita haec legenda docuit Pighius ex cod. Cauchiano. In aliis tam MSS. quam typis expressis dimidium fere horum desideratur; leguntur que in iis haec tantum, *Quae inflictorum malorum amaritudine desiderium sui duplicant*. Deesse autem in his aliquid, co- [illegible]s quoque Brand. indicant; eo quidem quod non habent *duplicant*, sed *duplicent*; & quod ante *inflictorum* in uno est *ut*, quamvis litura inductum; in altero aliquid spatii, quo quippiam erasum esse apparet. VORST. Erravit Vorstii calamus, cum dicit in vetustis editionibus legi, *amaritudine desiderium*, cum habeant, *amaritudinem desiderio*, cum quibus conveniunt fere MSS. nisi quod in uno aut altero est *ut*, item *duplicent*, quemadmodum de Brand. admonuit Vorstius. Sed ut ideo tam multa putem desiderari, non facile patiar mihi persuaderi. *Ut*, additum est ab ignaris, unde penderet subjunctivus *duplicent*. Bene autem omnino haec habent. *Itaque, neque debent existimari, aut dici bona, quae inflictorum malorum amaritudinem desiderio sui duplicent*. id est, quae talia sunt, quorum ea conditio est, ut duplicent. Quid, nonne illa quae addit Pighius auctor jam dixerat? Quid enim aliud est, *Quos in sublime extulerunt, improviso recursu destitutos profundo cladium miserabiliter immergunt?* quam illud *propensiore favore primo delinitos, majore postea malorum cumulo opprimere solent?* Eadem prorsus utriusque periodi sententia est, sed in priore majoris etiam violentiae significatio. Itaque quum non crederem haec esse ipsius Valerii, quae e Cauchiano codice illi obtrusit Pighius, in hujus notis illa legi, quam in Valerii contextu malui.

VALERII MAXIMI FACTORUM DICTORUMQUE MEMORABILIUM
LIBER SEPTIMUS.

CAPUT I.

DE FELICITATE.

1. *Metelli Macedonici.* 2. *Gygis Lydorum regis.*

VOLUBILIS fortunae [1] complura exempla retulimus: [2] constanter propitiae admodum pauca narrari possunt. Quo patet, eam adversas res cupido animo infligere, secundas parco tribuere. Eadem, ubi [3] malignitatis oblivisci sibi imperavit, non solum plurima & maxima, sed etiam perpetua bona congerit.

Vi-

1. *Complura*] Cop. *quam plura*, forte, *quam plurima*. PERIZON. Harl. *complurima*.

2. *Constantis & propitiae*] In Wincheliano & Gemblacensi; *Constanter propitiae*. Multo melius ac verius. PIGH. *Constantis ac propriae*. Ita omnino legendum censeo ex uno cod. Brand. Antiquiores typis expressi habent, *Constantis ac propitiae*. Pro quo Pighius scribendum putavit *Constanter propitiae*. Quae scriptiones ortae sine dubio sunt inde, quod librarii nescirent *proprium* idem quoque esse quod stabile & perpetuum. Terentius Andr. IV. 3. *Nihilne esse proprium cuiquam?* Ubi & Donatum vide. Horatius L. II. Sat. 6. *Nihil amplius oro, Maja nate, nisi ut propria haec mihi munera faxis.* Cicero pro L. Man. *Quod ut illi proprium sit atque perpetuum, Quirites, velle & optare debetis.* Nepos VIII. 4. 2. *Parva munera diutina: locupletia non propria esse consueverunt.* VORST. Pulcre haec quatuor exempla ad eam significationem vocis *proprius* comprobandam eodem ordine Thesaurus Fabri exhibet. Tu plura videsis apud Emmenessium ad Virg. L. I. Aen. 73.

Connubio jungam stabili propriamque dicabo.
vide Davies. ad Caes. L. I. B. Civ. c. 40. Tamen istud *ac propriae* in nullo mihi occurrit MSS. Sed in iis est. vel *constanter propitiae*, ut dedit Pighius & ante eum Ascensius. vel *constantis propitiae*. vel *constantis vero admodum propitiae*, quod habet Med. prim. vel *constantis & propitiae*. Ita tamen ut *constantis propitiae* sit in pluribus.

3. *Malignitatis oblivisci sibi imperavit*] Sic Terentius Eun. II. 2. 21: *Imperavi egomet mihi omnia assentari.* Vide & supra IV. 2. 2. VORST.

4. *Q. Metellum*] De Metello Macedonico loquitur more suo nullo cognomine addito, perinde atque omnibus posteris ea nota esse deberent, quemadmodum illius erant tempore: de qua negligentia saepe nunc conquesti sumus. Plin. sane Lib. VII. cap. 43. *Lucium* hujus avum inter bis proscriptos numerat. Ejus filius fuit Q. Metellus Cos. anno 548. qui praeconia parentis sui eodem capite opido eleganter pingit. Sequente inde capite Macedonicus describitur. non sane illa felicitate, qua Valerius hic eum inducit. Quippe Plinius duas magnas infelicitates ejus commemorat, al-

Videamus ergo quot gradibus beneficiorum [4] Q. Metellum à primo originis die ad ultimum usque fati tempus nunquam cessante indulgentia, ad summum beatae vitae cumulum perduxerit. Nasci eum in urbe terrarum principe voluit: [6] parentes ei nobilissimos dedit: [7] adjecit animi rarissimas dotes, [8] & corporis vires, ut sufficere laboribus posset: uxorem pudicitia & fecunditate conspicuam conciliavit: consulatus decus, [9] imperatoriam potestatem, [10] speciosissimi triumphi praetextum largita est: [11] fecit,

1. Plin. VII. 44. Cic. de fin. V. Vellejus I.

Ann. urb. 610.

Ann. urb. 607. Eutrop. Florus II. 14.

alteram, quod alieno beneficio viveret, alteram, quod Scipionem Aemilianum hostem habuisset. In tanta igitur Rep. in tot millibus exemplorum, Valerius ne unum quidem felicitatis exemplum invenire potuit. GLAREAN.

5. *Ad summum beatae vitae cumulum perduxerit*] Lege, *culmen*. Atque mox; *Nasci eum in urbe terrarum principe*. Non ut vulgo, *Nasci enim*. PIGH. *Ad summum beatae vitae culmen perduxerit*. Valde probabilis hic est emendatio Pighii, quod pro *cumulum*, quod in omnibus codicibus est, scripsit *culmen*. Praecedit quidem, *Quot gradibus beneficiorum*. VORST. Prorsus omnes MSS. retinent *cumulum*, ut fere etiam supra L. III. init. habent, *Animique procedente tempore ad summum gloriae cumulum perventuri*. ubi reliquit illud Pighius, in *culmen* mutavit Colerus. Reliquit uterque L. VIII. 7. init. *Quidquid animo, quidquid manu, quidquam lingua admirabile est, ad cumulum laudis perducitur*. Quem locum adscripserat hic Perizonius, omnino notandum monens omnes alios habere *cumulum*. Quod vero Pighius pro *nasci enim* hic emendavit, *nasci eum*, id recte factum docent MSS. omnes praeter Leid. quart. Med. sec. *Nasci enim eum*.

6. *Parentes nobilissimos dedit*] Maternum genus fortasse primus ostendo fuisse e *Marciis*, nobilissima Sabinorum gente. Nam ita diarium urbanum. KAL. APRIL.

L. AIMILIO. PAVLO. II.

C. LICINIO. CRASSO. COS. (h. e. A. U. 585)

FVNVS. MARCIAE. SEX. F. CVM MAIORE POMPA IMAGINVM QVAM FREQVENTIA HOMINVM.

Hanc autem Marciam matrem fuisse Q. *Metelli Macedonici*, ejusque fratris, *L. Caecilii Metelli Calvi* docent sequentia ejusdem diarii.

IV. NON. APRIL.

EPVLVM. IN. FVNERE. MARCIAE. POPVLO. DATVM. A. FILIIS. EIVS. Q. ET. L. METELLIS. ET. LVDI. SCENICI. FACTI.

Inter nobilissima antiquitatis monumenta recensendum hoc est, & quo ad illustrandum Valerii locum nullum praestantius adferri potest. RUPERT. Lib. VII. Diss. I. Porro plerique MSS. habent *Parentes ei nobilissimos dedit*. Pronomen expunxit Pighius, quia modo praecesserat.

7. *Adjecit animi rarissimas dotes*] Recte, quia tamen in veteri lego, *animi non rarissimas dotes*, ambigo an *numerosissimas* non fuerit. LIPS.

8. *Et corporis vires* (adjecit fortuna) *ut sufficere laboribus possent*] Inepta locutio, *Fortuna adjecit vires, ut vires possent sufficere*. Lege omnino cum MS. *posset*, nempe *Metellus*. & ita Ascensii editio. PERIZON. *Posset* in septem aliis est MSS. & omnibus Edd. praeter Mog.

9. *Imperatoriam potestatem*. Cop. *Majestatem*. Liv. XXXV. 33. *Non verita majestatem viri*, *T. Quintii*. PERIZON.

10. *Speciosissimi triumphi praetextum*] Ita legendum; non *praetextam*, ut Aldus & hunc secuti alii ediderunt. Habet ita vetus editio Martini Herbip. & uterque cod. Brand. MS. Vide & Salmasium ad Hist. Aug. p. 403. & infra Notas ad VII. 3. 8. ubi noster ait, *Abjecto honoris praetexto*. VORST. *Praetextum* est in MSS. novem. vide supra L. II. 10. init.

11. *Fecit ut eodem tempore tres filios consulares, unum etiam censorium, duos triumphales, & quartum praetorium videret*] Manuscripti codices nostri sic; *Unum etiam censorium ac triumphalem*. Recte, atque Ciceronis sententia, qui de Q. *Metello Macedonico* haec eadem fere libro de finibus V. Q. *Metellus* (inquit) *qui tres filios consules vidit, e quibus unum etiam & censorem & triumphantem, quartum autem praetorem, eosque salvos reliquit*. Qui auctores demonstrant *L. Metellum* Macedonici filium, qui ante patris mortem consul fuerat, minime triumphasse, neque *Dalmaticum* appellari debere, Capitolinis triumphis asti-

 pu-

cit, ut eodem tempore tres filios consulares, [12] unum etiam censorium ac triumphalem, & quartum praetorium videret: utque [13] tres filias nuptum daret, earumque subolem sinu suo exciperet. Tot partus, tot cunabula, tot viriles togae, tam multae nuptiales faces, honorum, imperiorum, omnis denique gratulationis summa abundantia, cum interim nullum funus, nullus gemitus, nulla caussa tristitiae. Coelum contemplare: [14] vix tamen ibi talem statum reperies: [15] quoniam quidem luctus & dolores deorum quoque pectoribus à maximis vatibus assignari videmus. [16] Hunc autem vitae

pulati, quorum fragmentum nuper è tenebris erutum nos docet *Dalmaticum*, *L. Metelli Calvi* fuisse filium. Ex quatuor igitur Q. *Macedonici* filiis, de quibus hic Valerius loquitur, fuere, Q. *Metellus Balearicus*, consularis, censorius ac triumphalis, alter *L. Metellus* consularis, tertius *M. Metellus*, cum pater moreretur, anno 638. consul, & postea triumphalis; quartus C. *Metellus* praetorius ac patre moriente candidatus consulatus. Quemadmodum ex Annalibus nostris luce clarius constabit. PIGH. *Eodem tempore tres filios consulares.* Vellejus I. 11. 7. scribit, duos filios consulares, tertium consulem, quartum consulatus candidatum, Metelli lectum pro Rostris sustulisse. Ergo uno tempore duos consulares & unum consulem videre potuit. VORST.

12. *Unum etiam censorium ac triumphalem.* Aldus ediderat *duos triumphales.* Sed emendavit Pighius ex MSS. Adstipulantur & codices Brand. in quibus quippe est *unum etiam censorium triumphalem*, vocula *ac* omissa. Ipse quoque Cicero lib. v. de Fin. *Q. Metellus qui tres filios consules vidit; e quibus unum etiam & censorem & triumphantem, quartum autem praetorem; eosque salvos reliquit.* VORST. MSS. nostri Pighio fere adstipulantur, sed omittunt copulam *ac* scribentes, *censorium triumphalem.* & sic quoque Mog.

13. *Tres filias nuptui daret*] Veteres libri: *Utque tres filias nuptum daret*; Stylo Terentiano atque Plautino. PIGH. *Utque tres filias nuptum daret.* *Nuptum* scripsit Pighius ex MSS. Habentque ita & codd. Brand. Aldus, *nuptui.* VORST. Observavit Rupertus generos Metelli fuisse *C. Servilium Vatiam*, & *P. Scipionem Nasicam*, tertium ignorat. Sed nescio an non hic auctores errore nominis capti sint. *Numidicus* non habuit tres sorores nuptas *Servilio*, *Scipioni*, & *Lucullo.* Vide Cic. orat. post red. ad Quir. *Numidicum* etiam *L. Luculli* avunculum fuisse docet Plutarch. in Lucullo. init. quae caussa est, cur *sorores* pro *patruelibus* intelligi nequeant, nisi unam germanam, reliquas patrueles intellexerit. PERIZON. His similia fere habet in Animad. Hist. p. 397. MSS. septem *nuptui daret.* Vide supra L. IV. 4. 9. *τὸ utque* ante *tres filias* hic fere omittebant editores ante Pighium, sed contra MSS. & Ed. Mog. ac Mediol. *ut qui* habet Ven. quod in duobus erat scriptis.

14. *Vix tamen ibi talem statum reperies*] *Ibi*, in coelo puta. Ceterum pro *ibi* unus cod. Brand. habet *in numinibus:* quod quidem videtur glossema esse. VORST. *In numinibus* exstat in Ultraj. primo pro *tamen ibi.*

15. *Quoniam quidem luctus* &c. *videmus*] MSS. duo *quin*, quatuor *videamus.*

16. *Hunc autem vitae actum ejus*] MSS. Quatuordecim cum Ed. Mog. delent *τὸ autem*, nec desideratur.

17. *Nam Q. Metellum*] Duas voces istas, Q. *Metellum*, clarum à glossographo esse. De illo ipso enim omnis hic continenter sermo. LIPS. Q. *Metellum.* Tollenda haec ut supervacua cum Lipsio censeo. COLER. *Namque Metellum.* Ita legere malim ex uno cod. Brand. & vetere typis expresso Chalcoc Alii *Nam Q. Metellum*, Lipsius & Colerus Q. *Metellum* prorsus expungendum censent; quod de eodem omnis continenter sermo hic sit. VORST. *Namque* habent e nostris scripti codices septem cum Ed. Mog. Nec potest censeri supervacua vox *Metellus*, quoniam de illo ipso hic continenter omnis sermo est. Solet enim Valerius saepe sic nomen proprium repetere, etiam, licet paulo ante praecesserit. L. VI. 3. 3. *Cn. autem Cornelius*, *Hispalli filius*, *priusquam mereri posset expertus est. Nam cum ei Hispania provincia sorte obvenisset, ne illuc iret decrevit; adjecta caussa, quod recte facere nesciret. Itaque Cornelius propter vitae in-*

tae actum ejus consentaneus finis excepit. [17] Namque Metellum ultimae senectutis spatio defunctum, lenique genere mortis inter oscula complexusque charissimorum pignorum extinctum, filii [18] & generi humeris suis per urbem latum rogo imposuerunt. Ann. urb. 638. Vell. II. Plin. VII. 44.

[19] Clara haec felicitas: obscurior illa; sed divino splendore praeposita. 2. [20] Cum enim Gyges regno Lydiae armis & divitiis abundantissimo inflatus Apollinem Pythium sciscitatum venisset, *an aliquis mortalium se esset felicior:* deus ex abdito sacrarii specu voce missa, Aglaum [21] Psophidium ei Plin. VII. 46. Solin. 7.

inhonestum actum, sine ullo provinciali ministerio, tantum non lege repetundarum damnatus est. Sic ib. exemplo 4. in fine posset videri supervacuum nomen *Curii*, dixerat enim in principio *Curium consulem id factum fuisse imitatum.* similiter L. VI. 5. 4. *Itaque Cottam in tribunatu quasi in aliquo sacrario latentem tribunicia inde justitia extraxit.* ubi si pro *Cottam* dixisset *eum*, nemo dubitare potuisset, quin de *Cotta* esset sermo. & sic saepe alibi amat repetere nomina propria.

18. *Et generi*] De quatuor filiis portatorib. Plinius, Vellejus, alii. de Generis nihil dum legi. Velleji locum ecce: *Mortui ejus lectum pro rostris sustulerunt quatuor filii.* Pro rostris, recte. Nam ibi priusquam efferretur cadaver laudatio funebris ritu peculiari, peragebatur. Hinc & illud conjicio, lectum illum feralem pro Rostris ita collocari solitum, ut ab omnibus bene conspiceretur. Morem fuse explicat Polybius lib. VI. Plutarchus Publicola. Ceterum ut alia speciosa, ita haec quoque Romanorum consuetudo à Graecis est profecta. Primum in funere apud eos perorasse Periclem Thucydides adfirmat. sed Plutarchus hujus rei exordium à Solone ducit. COLER. *Filii & generi humeris suis.* Alii tantum filiorum hic mentionem faciunt. Vellejus I. II. 7. *Mortui ejus lectum pro Rostris sustulerunt quatuor filii.* Verum quia omnino & generos habuit, verisimile est hos quoque lectum ejus humeris portasse. VORST. Quod Colerus hic scribit, ut Romani defunctos pro rostris laudabant, ita primum in funere apud Graecos perorasse Periclem, adfirmante Thucydide, id caute accipiendum est Ipse quo loco id probetur non indicat. Thucydides vero meminit orationis funebris a Pericle habitae ad praedicandam eorum virtutem, qui in bello ceciderant, & ostendit satis id ita fieri solitum Athenis. L. II. p. 103. Ed. Oxon. ἐπειδὰν δὲ κρύψωσι γῇ, ἀνὴρ ᾑρημένος ὑπὸ τῆς πόλεως, ὃς ἂν γνώμῃ τε δοκῇ μὴ ἀξύνετος εἶναι καὶ ἀξιώματι προήκῃ, λέγει ἐπ' αὐτοῖς ἔπαινον τὸν πρέποντα. & ipse Pericles in orationis principio, dicit plerosque, qui ejusmodi orationes funebres jam habuerant, laudare τὸν προσθέντα τῷ νόμῳ τὸν λόγον τόνδε, ὡς καλὸν ἐπὶ τοῖς ἐκ τῶν πολέμων θαπτομένοις ἀγορεύεσθαι αὐτόν. ubi etiam Scholiastes τὸν προσθέντα &c. explicat τὸν νομοθέτην, δηλονότι τὸν Σόλωνα. de alia Periclis oratione funebri apud Thucydidem non memini me quidquam legere. Ceterum Plutarchus scribit laudationes funebres praeclarorum virorum Romae ortum duxisse a Valerio Publicola, qui ita Brutum laudaverit, addens Λέγεται δὲ καὶ τῶν Ἑλληνικῶν ἐπιταφίων ἐκεῖνος γενέσθαι πρεσβύτερος· εἴγε μὴ καὶ τοῦτο Σόλωνός ἐστιν, ὡς Ἀναξιμένης ὁ ῥήτωρ ἱστόρηκεν. in Publicola p. 102. Ed. Franc.

19. *Clara haec felicitas, obscurior illa, sed divino splendore praeposita*] Suspectissima mihi haec. Quis enim divinus ille splendor? aut quid attinet hic *divinum splendorem* memorare? dixisset potius *divino oraculo*, vel *veritate*, vel *testimonio.* erat enim *obscura* haec Aglai *felicitas divino oraculo praeposita* splendori regio, & splendidissimae felicitati. Leg. videtur, *sed divine* vel *divinitus splendori praeposita.* Dicit enim claram esse Metelli felicitatem, hanc vero obscuriorem, sed tamen a Deo splendori praepositam. PERIZON. Leid. prim. & quint. *splendori.* An *praeposita divino splendore* dixit pro *praeposita quia illi divinus accedit splendor*, ex approbatione videlicet divina?

20. *Cum Gyges Apollinem Pythium sciscitatum venisset*] Pro *venisset* Brodaeus II. Misc. 27. legendum censet *misisset*; ne scil. Valerius aliis contradicere videatur: & quia pedem Gyges in Graecia nunquam posuerit. VORST. *Gyges regno &c. inflatus.* MS. addit *animo.* Forte *animi.* sic infra IX. I. 4. *Excellens animi.* PERIZON. *Inflatus animo* invenio in MSS. no-

praetulit. Is erat Arcadum pauperrimus, sed aetate jam senior: termi- agelli sui nunquam excesserat, [22] parvuli ruris fructibus ac voluptati- s contentus. Verum profecto beatae vitae finem Apollo, [23] non adumbratum, oraculi sagacitate complexus est. Quocirca insolenter fulgore fortunae suae glorianti respondit, *magis se probare securitate ridens tugurium, quam tristem curis & solicitudinibus aulam: paucasque glebas pavoris expertes, quam*

vem, & omnibus ante Pighium Edd. si absit tamen, nemo requisiverit. Dein MSS. partim *voce missa*, alii *emissa*. supra L. I. 8. 5.

21. *Usophidium*] Alii *Sophidium* appellant. Rectius opinor cum Plinio scribemus *Psophidium*. COLER. *Psophidium* a Psophide oppido Arcadiae, de quo Pausanias, Stephanusque & in Thebaide Papinius. sic jam olim scribebat Theophilus, & ita ediderunt Aldus atque eum secuti. MSS. *Sophidium*, pauculi *Sephidium*, ut est in Mog. *Usophidium* errore typorum editum fuit a Pighio, & monitum in erratis corrigendum *Sophidium*: ipse autem *Psophidium* vocat in Herc. Prod. p. 78. observante Perizonio, qui etiam *Psophidio* malebat legere, notans gentis *Psophidiorum* meminisse etiam Aelian. L. II. V. H. 33. Cujus meminerunt multi etiam alii. sed quid disertius loco Pausaniae? quem innuit proculdubio Theophilus, in Arcad. seu Lib. VIII. c. 24 Ὃν δὲ ἤκουσα ἐν Ψωφῖδι ἐπὶ Ἀγλαῷ ἀνδρὶ Ψωφιδίῳ κατὰ Κροῖσον τὸν Λυδὸν, ὡς ὁ Ἀγλαὸς τὸν χρόνον τοῦ βίου πάντα γένοιτο εὐδαίμων, οὔ με ἔπειθεν ὁ λόγος. Itaque sic reposui.

22. *Parvuli ruris fructibus ac voluptatibus contentus*] *Ac voluptatibus* assutum ex annotationibus est, & libenter omittam, quando & in Wincheliano non reperiatur. In Coloniensi habetur, *Parvuli ruris finibus contentus*. PIGH. *Parvuli ruris fructibus ac voluptatibus contentus*. Non probo quod Pighius, cum in uno quodam cod. *voluptatibus* non reperisset, ilico id expunxit. Pro *fructibus ac voluptatibus* unus cod. Brand. habet *fructuum voluptatibus*. Andr. Schottus autem Obs. hum. III. 32. concisius legendum putat *parvuli ruris voluptatibus*. Denique in cod. Coloniensi, ut Pighius testatur, est *parv. ruris finibus contentus*. VORST. Imprudenter a Pighio factum fuisse, quum *ac voluptatibus* expungeret, persuadent omnes nostri. solus Ultraj. prim. *parvuli ruris fructuum voluptatibus*.

23. *Non adumbratum*] *Adumbratum* opponit ei quod verum, perfectum, &, ut verbo Ciceroniano utar, expressum est. Cicero pro Coel. *Permulta non expressa signa, sed adumbrata virtutum. Adumbrare* proprie rem pictorum significat; non qua primas lineas ducunt, nec qua picturam reddunt; sed qua primis lineis colores inducunt, qui umbram addant, & paulo expressiorem speciem exhibeant, non tamen perfectam. Videsis Buchnerum ad Thes. Fabri. VORST. Bit. prim. *non adumbranter*. L. I. 7. init. *Referam quam certis imaginibus multorum quies adumbrata sit*.

24. *Pinguissima Lydiae*] Et locupletem & pecuniae divitem fuisse, praeter Herodotum, Strabonem, & Ciceronem, ostendit Alpheus Poëta:

Οὐ στέργω βαθυληΐους ἀρούρας.
Οὐκ ὄλβον πολύχρυσον οἷα Γύγης. COLER.

Quam pinguissima Lydiae arva. Cop. *Regna*.

25. *Jugum boum facilis tutelae*] *Facilis tutelae* est quod facile & sine magnis sumptibus tueri, id est, tolerare atque alere possis. *Tueri* enim non modo idem est quod vim arcere ac rem defendere; sed & statum & incolumitatem rei conservare. Columella VII. 22. *Quare vel imprimis hoc animal mercari tuerique debet agricola*. Item: *Ejus parandi tuendique duplex ratio est*. Plinius XXXII. 10. *exercitum tueri*, pro *alere*. Cicero pro Dej. *Atque antea quidem alere majores copias poterat: nunc exiguas vix tueri potest*. Nepos XV. 3. 4. *Amicorum in se tuendo caruit facultatibus*. Vide rursus & Buchnerum ad Thes. Fabr. Inde derivatum *tutela* eandem hic significationem obtinet. VORST. Just. L. XVI. 3. 9. *Graeciae & Asiae tributum in tutelam classis descripsissent*. Liv. L. XXIII. 38. *Pecunia ad classem tuendam, bellumque Macedonicum ea decreta est*. & c. 48. *Sed occurrebat animis, quantos exercitus terrestres navalesque tuerentur*. Idem L. V. 4. postea Copes. *equitatus*, & *onerosa*.

26. *Nulli nimis appetendum*] Quia vulgo legebatur *minus appetendum*, Klokkius emendabat, *munus appetendum*. Frustra.

27. *Ubinam Solida & secura felicitas esset di-*

quam [24] *pinguissima Lydiae arva metu referta: & unum aut alterum* [25] *jugum boum facilis tutelae, quam exercitus, & arma, & equitatum voracibus impensis onerosum: & usus necessarii horreolum* [26] *nulli nimis appetendum, quam thesauros omnium insidiis & cupiditatibus expositos.* Ita Gyges dum adstipulatorem vanae opinionis deum habere concupiscit, [27] ubinam solida & sincera esset felicitas, didicit.

didicit] Sic emendavit Pighius cum legeretur & *syncera felicitas*, quod praefert Modius Ep. 128. & J. Fr. Gronovius L. IV. Obs. 6. exstat *syncera* in MSS. septemdecim. & hoc multis partibus melius esse censebat Perizonius. Sic *incolumitas sincera.* noster L. III. 2. 1. Liv. L. IV. 2. *Nequid sinceri, nequid incontaminati sit.*

CAPUT II.

DE SAPIENTER DICTIS AUT FACTIS.

A ROMANIS.

1. *Ap. Claudio.*
2. *P. Scipione Africano.*
3. *Q. Caecilio L. F. Metello.*
4. *L. Fimbria.*
5. *L. Papirio L. F. Cursore Cos.*
6. *Senatu Romano.*

AB EXTERNIS.

1. *Socrate Atheniensi.*
2. *Solone Atheniensi.*
3. *Biante Prienensi.*
4. *Platone Atheniensi.*
5. *Antigono rege.*
6. *Xenocrate philosopho.*
7. *Aristophane comico.*
8. *Thalete philosopho.*
9. *Themistocle Atheniensi.*
10. *Philippo rege Macedoniae.*
11. *Aristotele philosopho.*
12. *Anaxagora Clazomenio.*
13. *Demade Atheniensi.*
14. *Anacharse Scytha.*
15. *Agesilao Lacedaemonio.*
16. *Annone Poeno.*
17. *Herennio Pontio Samnite.*
18. *Cretensibus.*

Nunc id genus felicitatis explicabo, quod totum [1] in habitu animi est: nec votis petitur; sed in pectoribus sapientia praeditis natum, dictis factisque prudentibus enitescit.

Ap. Claudium crebro solitum dicere accepimus *negotium populo Romano melius, quam otium committi:* non quod ignoraret, quam jucundus tranquillitatis status esset; sed quod animadverteret, praepotentia imperia agitatione rerum ad virtutem capessendam excitari, nimia quiete in desidiam resol-

1. *In habitu animi est*] Cop. & uterque Med. Ultraj. sec. cum Ed. Mog. *consistit.*

2. Non

solvi. Et sane negotium nomine horridum, civitatis nostrae mores in suo statu continuit: blandae appellationis quies plurimis vitiis resspersit.

2. Scipio vero Africanus *turpe esse* ajebat *in re militari dicere*, [2] *Non putaram:* videlicet quia explorato & excusso consilio, quae ferro aguntur, administrari oportere arbitrabatur. [3] summa ratione. [4] Inemendabilis enim est error, qui violentiae Martis committitur. [5] Idem negabat [6] *aliter cum hoste confligi debere*, [7] *quam si aut occasio obvenisset*, *aut necessitas incidisset*. aeque prudenter. Nam & prospere gerendae rei facultatem omittere maxima dementia est: & in angustias utique pugnandi compulsum abstinere se proelio, [8] pestiferum ignaviae adfert exitum: eorumque qui ista commit-

Sen. de ira II. 31. tribuit Fabio.

2. *Non putaram*] Fabio hoc Seneca tribuit, sed peccato memoriae opinor. COLER. *Turpe esse ajebat in re militari dicere, Non putaram.* Seneca II. 31. de Ira, tribuit hoc Fabio: id quod Colerus lapsu memoriae factum putat. VORST.

3. *Summa ratione*] Hac ratione Auctores breviter judicium suum interponunt, & quippiam subaudiendum reliquunt. Apud Nepotem VII. 9. I. unica vox *falso* periodum conficit: estque posita pro *At falso id speravit.* VORST. Bit. prim. cum ratione.

4. *Inemendabilis enim est error, qui violentia Martis committitur*] Lego cum MSto, *qui violentiae Martis committitur.* Hoc est, qui in bello gerendo patratur, & Martis violentiae quasi exsequendus committitur. sic & Ascensii edit. *violentiae*, ut forte a Typographi vitio primo sit ortum. PERIZON. *Violentiae*, invenio in omnibus MSS. tum etiam Edd. Mog. Ven. Mediol. Asc. tribus Aldi. Sed Colin. Gryph. Rob. Steph. *violentia*; omnino male. Liv. L. XXIII. 37. *Nec committi quidquam temerariae spei.*

5. *Idem negabat*] Hoc sane manifeste Scipioni Africano Numantino tribuit Appian. in Hisp. p. 305. Εἶναι γὰρ ἄλογοι, κινδυνεύειν ἐπ' ὀλίγοις. καὶ στρατηγὸν ἀμελῆ τὸν ἀγωνιζόμενον πρὸ τῆς χρείας· ἀγαθὸν δὲ τὸν ἐν μόναις παρακινδυνεύοντα ταῖς ἀνάγκαις. Observavit etiam Rupertus Africanum hoc dictum accepisse a patre Paullo, ut ex Sempronio Asellione refert Gell. L. XIII. c. 3.

6. *Aliter cum hoste confligi debere*] MSS. quatuordecim cum Ed. Mog. Ven. Mediol. *cum hoste confligere debere.* Praeterea Leid. tert. & quart. *confligere quemquam debere.* Sic supra L. II. 6. Ext. 7. pro *rescindi permittunt*, aliquot MSS. *rescindere permittunt*, suppresso accusativo exhibent.

7. *Quam si aut occasio obvenisset*] Ita unus cod. Brand. Aldus edidit, *Quam aut si occasio obvenisset:* quod Pighius, Colerus ac Thysius & retinuerunt. Sed necessario *si* ponendum est ante *aut*; ut quod non semel sed bis insequitur. VORST. *Aut* omittit Ultraj. prim. *Occasio advenisset* alii quatuor. Postea plures MSS. cum Ed. Mog. Aldi & hunc secutis *prosperam.* Quod Pighius denuo mutavit in *prospere*, quod rectius nonnulli quoque servarunt MSS. tum tres, *maximae dementiae est.*

8. *Pestiferae ignaviae adfert exitium*] In Campensi aliisque, *Pestiferum ignaviae adfert exitum.* Non minus recte. PIGH. *Pestiferum ignaviae adfert exitum.* Ita Pighius è Campensi aliisque codd. neque id sine causa. Aldus, *pestiferae ignaviae affert exitium.* Sed sine dubio legendum *exitum.* Foret enim κακοφωνία, si *pestiferae* & *exitium* hic conjungerentur. Et habent quoque ita codices Brand. Porro *pestiferum ignaviae exitum* itidem videtur rectius, quam *pestiferae ign. exitum.* VORST. MSS. Plurimi tuentur *pestiferae*, sed iidem probant *exitum.* Ultraj. sec. & Mog. Ed. *Pestifero*, quasi cohaereret cum *proelio.* Equidem *pestiferae* damnare non ausim.

9. *Q. quoque Metelli*] An non hic liquet, quam nihil pensi habuit Valerius, quid posteri de scriptis suis judicarent? cum ne hoc quidem loco dignetur addere vel uno verbo de quonam Metello loquatur. Loquitur autem haud dubie de Q. Metello, qui Macedonici pater fuit, Cos. ut jam diximus anno 548. ceterum 13. anno belli Punici secundi cum L. Veturio Philone. Macedonicus autem anno 661. GLAREAN.

10. Dor-

mittunt, alter beneficio fortunae uti, alter injuriae nescit resistere.

9 Q. quoque Metelli cum gravis, tum etiam alta in senatu sententia: qui devicta Carthagine, *nescire se, illa victoria bonine plus an mali Reipub. attulisset*, asseveravit: *quoniam, ut pacem restituendo profuisset, ita Annibalem submovendo nonnihil nocuisset. Ejus enim transitu in Italiam,* [10] *dormientem jam populi Romani virtutem excitatam: metuique debere, ne acri aemulo liberata* [11] *in eundem somnum revolveretur.* [12] In aequo igitur malorum posuit, uri tecta, vastari agros, exhauriri aerarium; & prisci roboris nervos habetari. 3. Ann. urb. 551.

Quid illud factum [13] Licinii Fimbrae consularis, quam sapiens! [14] à M. Lutatio Pythia, splendido equite Rom. [15] judex aditus de sponsione, quam is 4. Cic. Offic. III.

10. *Dorminentem populi Romani virtutem excitatam*] Ultraj. prim. *Dormientis jam*, sec. cum ceteris *Dormientem jam*, sic quoque Ed. Mog. ceteri editores ante Pighium *jam* omittebant, quod adest rectius.

11. *In eundem somnum revolveretur*] Chart. Duac. *Resolveretur.* ad quam lectionem probandam adscripsit eruditus variantium lectionum collector, Stat. x.

—— *oculi resolutaque colla.*

Ovid. x. Metam.

Quo jubet ipse deus membris languore solutis.

Habet ita etiam Copes. & observavit Perizonius, ita fere auctorem locutum esse hujus capitis Ex. I. *Nimia quiete in desidiam resolvi.* Cum tamen ceteri MSS. *revolveretur* tueantur, illud omnino retinendum arbitror. metuebat enim ne denuo recideret in eundem somnum, ad quod significandum proprium est verbum *revolvi.* Ter. Hec. IV. 4. 69.

Nam in eandem vitam te revolutum denuo
Video esse.

Liv. L. IV. 12.

Revolutus ad dispensationem annonae.

Sen. Thyes. 419.

—— *nunc contra in metus*
Revolvor.

Curt. L. IV. 10. 31. *Ob haec ipsa amantis animus in solicitudinem suspicionemque revolutus est.*

12. *In aequo malorum posuit*] Id est, pro malis aeque magnis habuit. *Ponere* & *reponere* pro habere, existimare, solenne non nostro tantum, sed & ceteris. VORST. Liv. in praef. *Haud in magno ponam discrimine.* Sic *Ponere in nefario crimine & fraude*, apud Cic. L. II. de Orat. 48. vide etiam Nep. in Praef. & in Alcib. c. 3. Harl. *reposuit.* ut supra L. VI. 8. 2. *Mors reposita in beneficio.* Sed non ideo quidquam mutandum.

13. *L. Fimbria consularis*] Dictus fuit *Cajus.* lege *Licinii Fimbriae*, ut habet Ascensii edit. eoque ducit etiam MS. Copesianus. PERIZON. Sic clare Leid. prim. quint. sext. sept. Ultr. prim. & Edd. ante Pighium, sed Mog. *Licinie*, quod exstat in MSS. octo.

14. *A M. Lutatio Pythia*] Unus cod. Brand. pro *Pythia* habent *Pinthia:* alter *Pinchia*; quomodo & supra, ubi de Damone & Pythia agebatur, idem *Pinchia* habebat. VORST. MSS. *Pythia, Phytia, Pinthia, Pincio, Pinchio, Picthio, Purchia.*

15. *Judex additus de sponsione*] In quibusdam libris, *adictus* legitur; mendose etiam. Legendum, *aditus. Adeuntur enim judicia ac judices.* Sic Cicero ad Appium famil. III. *Cum ad me aditum esset ab iis qui dicerent*, &c. PIGH. *Judex aditus.* Ita liber Dan. & Pighius. Sed jampridem *judex aditus* correxit Jacobus Cujacius in observat. Ita etiam legendum apud Valerium esse lib. VIII. cap. 2. idem praescribit: *De qua re C. Aquilius judex aditus.* Videndus ille Juris interpres unicus ad Instit. tit. de off. jud. COLER. *Judex aditus de sponsione.* Aldus, *Judex additus*, Alii, *Judex addictus.* Sed monuit Pighius, legendum esse *aditus.* Quod sane in uno quoque cod. Brand. reperio; & Colerus item in cod. P. Dan, reperit. VORST. *Aditus* longe plures e nostris confirmant. L. VII. 7. 4. *A quibus aditus divus Augustus, & nuptias mu-*

is cum adversario, [16] *quod vir bonus esset*, fecerat, nunquam id judicium pronuntiatione sua finire voluit: ne aut probatum virum, si contra eum judicasset, fama spoliaret, [17] aut juraret virum bonum esse; cum ea res innumerabilibus laudibus contineatur.

5. Ann. urb. 460. Livius x. Frontinus. Oros. III. 22.

Forensibus haec; illa militaribus stipendiis [18] prudentia exhibita. [19] Papirius Cursor consul, cum Aquiloniam oppugnans proelium vellet committere, pullariusque, [20] non prosperantibus avibus, [21] optimum ei auspicium renuntiasset, de fallacia illius factus certior, sibi quidem & exercitui bonum omen datum credidit, ac pugnam iniit. [22] Ceterum mendacem ante

mulieris & suprema judicia improbavit. Sen. in Herc. Fur. 733.

Aditur illo Gnossius Minos foro,
Rhadamantus illo.

ubi vide omnino J. Fr. Gronovium. Duo MSS. habent *addictus* quod fortasse defendi possit ex L. XXXIX. ff. de judiciis, ubi videndus Duarenus. *Aditus* a Cujacio recte emendatum esse judicabat Gudius, cui assentior. Vide & L. VIII. 2. 2.

16. *Quod vir bonus*] Credebam ex Cicerone corrigi oportere: *Ni vir bonus esset.* Nam ea sponsionis formula olim usitatissima fuit. Sed didici etiam alteram formulam haud raro usurpatam fuisse: QVOD VIR BONVS ESSET. Apud Quintilianum est: *Quod caput durum habeas.* Congerunt exemplorum vim, duo illa Galliae lumina Barnab. Brissonius Formul lib. v. Petrus Pithaeus collat. leg, Mosaicarum tit. II. Nihil ergo in Valerio mutem. COLER. *Quam is cum adversario, quod vir bonus esset, fecerat.* Notavit Pighius in margine, quosdam codices pro *quod* habere *ni*. Et sane *ni* in talibus frequens est. Vide supra II. 8. 2. Sed reperitur tamen & *quod*: & quidem apud nostrum quoque supra VI. I. 10. Cicero tamen ubi idem refert quod nunc noster, id est, in III. de Off. habet sic: *Fimbriam audiebam de patre nostro puer, judicem M. Luctatio fuisse, equiti Rom. sane honesto, cum is sponsionem fecisset, ni vir bonus esset.* VORST. *Quod* servant hic scripti & typis expressi omnes. Quam late autem pateat quaestio, quis sit *vir bonus* ex sententia Q. Scaevolae docet Cic. L. III. de Off. 17.

17. *Aut juraret virum bonum esse*] MS. *Judicaret.* quod sane confirmatur a Cicerone, ex quo haec ultima fere ad verbum exscripsit, qui ait. *Ne aut spoliaret fama probatum hominem, si contra judicasset, aut statuisse videretur virum bonum aliquem esse, cum ea res innumerabilibus officiis laudibusque contineretur.* PERIZON. *Aut juraret virum bonum esse.* Edd. ante Pighium excepta Mog *Eum virum bonum esse.* Sed MSS. omittunt pronomen. Cop. *judicaret*, sed ceteri *juraret*, quod forte hic majorem habet emphasin, significat enim, *juratus statueret, jurisjurandi religione, utpote judex, obstrictus judicaret* Nam quod pronomen omittitur, inde intelligimus Fimbriam non de solo Lutatio hoc pronunciare gravatum fuisse, sed de quovis homine idem fuisse facturum.

18. *Prudentia exhibita est*] *Est* more Valerii omnes MSS. cum Mog. omittebant, itaque expunxi.

19. *Papirius Cursor*] De Cursore filio loquitur, non de parente. Pater Papirius Cos. fuit anno autem anno 460. Hujus autem rei meminit Livius Lib. x. ab U. C. ceterum quod Valerius inquit. *Id ut cognovit Cos. fidenti animo & invasit Aquiloniam & cepit.* loquitur perinde atque haec acta sint in oppugnatione urbis, cum pugna haec antea facta sit, postea vero urbs oppugnata, ut Livius commemorat. GLAREAN.

20. *Non prosperantibus avibus optimum ei auspicium renuntiasset*] In Wincheliano & Coloniensi: *Ementitus optimum ei auspicium, &c.* Quemadmodum Livius Libro x. *Pullarius auspicium mentiri ausus.* PIGH. *Non prosperantibus avibus.* Alii dicerent, *Cum aves non addicerent.* VORST. MSS. Decem habent *properantibus*, sic quoque Ed. Mog.

21. *Optimum ei auspicium renuntiasset*] Pighius è duobus codd. adjecit *ementitus*, scripsitque, *ementitus optimum ei auspicium renuntiasset.* Verum alii codd. vocem eam non habent: videturque omnino supervacua; & ex margine irrepsisse in textum. Urget Pighius, quod Livius lib. x. scribit, *Pullarius auspicium mentiri ausus.* Verum Livius non & verbum *renuntiare*

te ipsam aciem constituit: ut haberent dii, [23] cujus capite, siquid irae conceperant, expiarent. Directum est autem sive casu, sive etiam coelestis numinis providentia, quod primum e contraria parte missum erat telum, in ipsum pullarii pectus, eumque exanimem prostravit. [24] Id ut consul cognovit, fidente animo [25] & hostes invasit, & Aquiloniam cepit. [26] Tam cito animadvertit, quo pacto injuria imperatoris vindicari deberet, quemadmodum violata religio expianda foret, qua ratione victoria apprehendi posset. Egit virum severum, consulem religiosum, [27] imperatorem

Nec habet, quomodo noster; neque addidit *non prosperantibus avibus*. VORST. *Ementitus* deest in omnibus fere nostris, quod tamen valde proprium est de auspiciis, quae falsa renunciantur. Vide J. Fr. Gronovium ad Liv. L. XXI. 63. Nec magis potest videri supervacuum, quam apud ipsum Livium, qui ita scribit, L. X. 40. *Nam cum pulli non pascerentur, pullarius auspicium mentiri ausus, tripudium solistimum consuli nuntiavit.* Credo Vorstium ne inspexisse quidem ipsum Livii locum. Nam *cum pulli non pascerentur*, est quod noster dicit, *non prosperantibus avibus*, & pro *tripudium solistimum nunciavit*, Valerius habet, *optimum auspicium renunciavit*, unde cum satis intelligi posset ipsum, *auspicia ementitum fuisse*, illud tamen addere Livio placuit.

22. *Ceterum mendacem*] Bit. prima *ceterum mendacem illum.*

23. *Cujus capite expiarent*] Cop. *In cujus capite.* ut c. 3. Ext. 1. *Occasionem in aliquanto viliore animali expiandae religionis rapuit.* PERIZON. *In* addunt Med. uterque, Ultraj. sec. Ed. Mog. Quod etiam cum quarto casu jungit Cic. in Pison. c. 34. *Tua scelera dii immortales in nostros milites expiarunt.*

24. *Id ut cognovit consul, fidente animo, & invasit Aquiloniam & cepit*] Truncam esse sententiam ex Liviana historia colligimus. Non enim occisus pullarius in oppugnatione Aquiloniae, sed antea in proelio. Rectius itaque in Campensi, atque ordine luculentiore, *Id ubi Consul cognovit, fidente animo & hosteis invasit, & Aquiloniam cepit.* PIGH. *Id ubi consul cognovit.* Vetus, *Id sic consul.* Lege, *Id sicut consul.* LIPS. *Id ubi consul.* Levicula correctione legit Lipsius: *Id sicut consul cognovit.* Et statim: *Tam scite animadvertit.* De nulla enim celeritate hic agitur. COLER. *Id ubi consul cognovit.* Codices Brand. *Id ut consul cogn.* VORST. Et ita decem nostri cum omnibus Edd.

25. *Et hostes invasit, & Aquiloniam cepit*] Ita Pighius e cod. Campensi. Aldus ediderat, *Et invasit Aquiloniam & cepit:* quomodo & uterque cod. Brand. Verum aliquid hic deficere, Pighius colligi posse putat ex historia Livii. non enim in oppugnatione Aquiloniae, sed ante in proelio, pullarium occisum fuisse. VORST. Illud *& hostes invasit*, quod addidit e Campensi libro Pighius, in nostris non invenio. Ut videatur auctor hanc rem gestam existimasse in ipsa oppugnatione Aquiloniae, id quod monuit Glareanus. Nolui tamen quidquam mutare, quoniam Pighius testatur ita se in Cod. Campensi scriptum invenisse, quod historiae prorsus convenit.

26. *Tam cito animadvertit*] Nihil hic de celeritate: prudentiae tota consideratio est. Itaque scribo, *tam scite.* LIPS. Imo revera hic de celeritate agitur: quod liquet vel ex clausula *uno mentis impetu rapiendo.* ideo quoque tam multa auctor quasi cumulo congerit, nusquam copulam interserens, ne inde ipsi etiam orationi hanc celeritatem significanti mora. Nam quod in editionibus post Pighium legitur, *Et qua ratione victoria apprehendi posset*, scias licet, & abesse ab antiquioribus & omnibus fere MSS. ut fuerit mihi delendum. Praeterea *scite* quod Lipsius conjiciebat elegantiae & venustati magis congruit, quam virtuti & prudentiae imperatoriae.

27. *Imperatorem strenuum*] Admoneor loci Orosii Lib. III. quem ex libro veteri corrigo: *Papirius adeo tunc apud Romanos strenuissimus habebatur.* Vulgo *bellicosissimus* excuditur. COLER.

28. *Nunc ad senatus acta transgrediar, cum adversus Annibalem senatus Claudium Neronem &c.*] Expunge cum MSto posterius *senatus* ut putidam Glossam. PERIZON. Obtemperavi

rem ſtrenuum; timoris modum, poenae genus, ſpei viam, uno mentis impetu rapiendo.

6. Ann. urb. 546. Livius XXVII. 35.

[28] Nunc ad ſenatus acta transgrediar. Cum adverſus Annibalem [29] Claudium Neronem & Livium Salinatorem conſules mitteret, eoſque ut virtutibus pares, ita inimicitiis acerrime inter ſe diſſidentes videret: ſummo ſtudio in gratiam reduxit; ne propter privatas diſſenſiones rempub. parum utiliter adminiſtrarent. Quia conſimili imperio [30] niſi concordia ineſt, major aliena opera interpellandi, quam ſua edendi cupiditas naſcitur: [31] ubi vero etiam pertinax intercedit odium, alter alteri, quam uterque contrariis caſtris, certior hoſtis proficiſcitur.

Ann. urb. 549 Livius XXIX. 37.

Eoſdem ſenatus cum ob nimis aſpere actam cenſuram à Cn. Baebio tribuno plebis pro Roſtris agerentur rei, cauſſae dictione decreto ſuo liberavit; vacuum omnis judicii metu eum honorem reddendo, qui exigere debet rationem, non reddere. [32] Par illa ſapientia ſenatus, qua Ti. Gracchum tribunum plebis Agrariam legem promulgare auſum, morte multavit. Idem *ut ſecundum legem ejus per triumviros ager populo viritim divideretur*; egregie cenſuit. ſiquidem graviſſimae ſeditionis eodem tempore & auctorem & cauſſam ſuſtulit.

Ann. urb. 620 Livius LVIII. App. Civil. I. Plutarchus in Gracch.

33 Quam

ravi bene monenti Perizonio, praeſertim cum viderem iſtud a pleriſque MSS. abeſſe, ut & Ed. Mog. In pauculis, in quibus conſpicitur, alio atque alio loco ponitur.

29. *Cl. Neronem & Livium Salinatorem conſules*] De his vide & ſupra IV. 2. 2. VORST.

30. *Ubi concordia non ineſt*] Omnes manuſcripti libri habent, *Niſi concordia ineſt*. PIGH. *Conſimili imperio niſi concordia ineſt*. Ita ſcriptum reperit Pighius in omnibus codd. Et habet quoque ita unus Brand. Aldus, *Conſimili imperio ubi concordia non ineſt*; ſententia eadem. VORST. Plures MSS. cum Mog. *ubi concordia ineſt*, *non* in Copeſ. additum manu ſecunda, unus aut item alter *niſi*. Leid. quint. *ubi concordia ineſt*, quod mihi ſubjecit ſuſpicionem, an auctor ſcripſerit, *conſimili imperio, ubi concordia non eſt*, *major* &c. ut ſit constructio *major cupiditas naſcitur conſimili imperio, ubi* (i. e. *in quo*) *non eſt concordia*. quod magis placet ob repetitum mox *ubi*.

31. *Ubi vero pertinax intercedit odium, alter alteri quam uterque contrariis caſtris certior hoſtis proficiſcitur*] Aliter haec in Suſiano aliiſque, atque non minus eleganter; *Ubi vero etiam pertinax intercedit odium, alter alteri quam è contrariis caſtris utrique certior hoſtis proficiſcitur*. PIGH. *Alter alteri, quam uterque contrariis caſtris, certior hoſtis proficiſcitur.* Ita legere malo cum Aldo, quam cum Pighio ex quibuſdam codd. *Alder alteri, quam è contrariis caſtris utrique certior hoſtis proficiſcitur*. Priorem lectionem uterque etiam cod. Brand. habet. Poſt *quam* neceſſe omnino eſt caſum quendam primum poni. Idque vel naturalis vocum ordo oſtendit, qui hic eſt, *Alter certior hoſtis proficiſcitur alteri, quam uterque contrariis caſtris hoſtis proficiſcitur* VORST. Harl. Barb. ſec. Leid. quart. habent *utrique*, ceteri *uterque*, praepoſitionem *e* nullus. Quare bene factum a Vorſtio, quod antiquam lectionem revocavit. Id enim vult, imperatores, inter quos odium intercedit, magis hoſtili animo inter ſe invicem agere, quam in ipſos hoſtes, contra quos ſinguli ſint profecti. Cum lectionis Pighianae ſententia ſit, non hoſtes, contra quos proficiſcuntur, magis ipſis eſſe infeſtos, quam ipſi inter ſe. Verum attende, quaeſo, ad verbum *proficiſcitur*, & ſenties, ni fallor, illud referri debere ad initium hujus exempli, ubi dixit *cum ſenatus eos mitteret*, atque adeo hic reſpici ad *profectionem conſulum diſſidentium ab urbe*, non ad *profectionem hoſtis e contrariis caſtris*.

Ubi

[33] Quam deinde se prudenter in rege Masinissa gessit! Nam cum promptissima & fidelissima ejus opera adversus Carthaginienses usus esset, eumque in dilatando regno avidiorem cerneret, [34] *legem ferri* jussit, *qua Masinissae ab imperio populi Romani solutam libertatem tribueret.* Quo facto cum optime meriti benevolentiam retinuit, tum Mauritaniae & Numidiae, ceterarumque illius tractus gentium nunquam fida pace quiescentem feritatem à valvis suis repulit. Ann. urb. 602. circiter.

EXTERNA.

[35] Tempus deficiet domestica narrantem: quoniam imperium nostrum non tam roboris corporum, quam animorum vigore incrementum ac tutelam sui comprehendit. Majore itaque ex parte Romana prudentia in admiratione tacita reponatur, alienigenisque hujus generis exemplis detur aditus. Socrates humanae sapientiae quasi quoddam terrestre oraculum, *nihil ultra petendum à diis immortalibus* arbitrabatur, *quam ut bona tribuerent; quia ii demum scirent quid unicuique esset utile: nos autem plerumque id* [36] *votis expetere, quod non impetrasse melius foret.* Etenim densissimis tenebris involuta mor- 1. Plato Alcibiade II.

Ubi vero etiam pertinax intercedit odium. Etiam addidit Pighius, comprobantibus MSS. & Mog. Ed.

32. *Par illa sapientia senatus, qua Tib. Gracchum*] Deleo *qua* cum MSto, & Ascensii editione. PERIZON. *Qua* omittunt omnes Edd. praeter Mog. omittunt etiam MSS. octo.

33. *Quam deinde prudenter se in Rege Masinissa gessit*] Ultimum hoc est, quod adfert, cui non tam *deinde*, quam *denique* convenit. Et sane videtur ita in MSto a prima manu fuisse. apparet enim *deni.* adjecta adhuc fuit una litera haud dubie, quae erasa erat a manu secunda, quae & supra *in* scripsit notam, qua ostenditur legendum esse *deinde.* PERIZON. Vide supra L. III. 2. 10.

34. *Legem tulit, qua Masinissae*] Lege *quae.* PERIZON.

*35. *Tempus deficiet domestica narrantem*] Edd. Mog. & Mediol. *narranti*, quod est in Leid. prim. sext. Ultraj. sec. Copes. Barb. sec. Sed quartum casum praeferunt optimi seculi scriptores. Vide Nob. Heins. ad Ovid. L. I. Am. 9. 93. & Perizon. ad Sanct. L. III. 3. N. 40. Propert. tamen L. I. 1. 7.

Et mihi jam toto furor hic non deficit anno.

Malim tamen ibi τὸ *deficere* absolute positum accipere, ut *animus* dicitur *deficere*, *homo deficere*, qui linquitur viribus & defetiscit. Ita *furor deficit* est, *languescit*, *exstinguitur.* Sic *mihi* additum fuerit, ut multis aliis verbis, alioquin tertium casum non admittentibus. Nihilominus supra L. V. 1. Ext. 3. *Nisi vinum nobis defecisset*, MSS. constanter servant.

36. *Votis expetere*] Ultraj. prim. addit *solemus*, sec. *scimus.* Uterque Med. *expetimus.* Leid. quart. *expeteremus.*

37. *Late patentes errores*] MSS. Complures cum antt. Edd. *late patentem errorem.* Cop. *parentem.* quidam *patentem*, cum Edd. ante Pighium.

38. *Etiam eligere aptissime possunt*] Aldus habet *aptissima:* quod Pighius & alii & retinuerunt. Verum *aptissime* habet uterque codex Brand. & veteres editiones Chalcoc. & Mart. Herbip. Vult omnnino Valerius, *Deos & ex facili bona tribuere solere & aptissime bona eligere posse.* VORST. *Aptissime*, quod praestat, habent octo MSS. cum Mog. Ven. Mediol. Asc. *Aptissima* primus dedit Aldus, pro qua Cop. habet *optime*, & *ex facili* omittit.

 39. Ub

mortalium mens, in quam [37] late patentes errores caecas precationes spargis! Divitias appetis, quae multis exitio fuerunt: honores concupiscis, qui complures pessundederant: regna tecum ipsa volvis, quorum exitus saepenumero miserabiles cernuntur: splendidis conjugiis injicis manus, at haec ut aliquando illustrant, ita nonnunquam funditus domos evertunt. Desine igitur stulta futuris malorum tuorum caussis, quasi felicissimis rebus, inhiare, teque totam coelestium arbitrio permitte: quia qui tribuere bona ex facili solent, [38] etiam eligere aptissime possunt.

Idem *expedita & compendiaria via eos ad gloriam pervenire* dicebat, *qui id agerent, ut quales videri vellent, tales etiam essent.* Qua quidem praedicatione aperte monebat, [39] ut homines ipsam potius virtutem haurirent, quam umbram ejus consectarentur. Idem ab adolescentulo quodam consultus, [40] *utrum uxorem duceret*, [41] *an se omni matrimonio abstineret*, respondit [42] *utrum eorum fecisset, acturum poenitentiam.* [43] *Hic te*, inquit, *solitudo*,

Laërt. in vita.

39. *Ut homines ipsam potius virtutem haurirent*] Addidi verbum *haurirent* auctoritate MSS. duodecim & Edd. omnium, antequam expungeret Pighius. Hoc verbum saepius noster de animo usurpat. sic *docili animo hausit* L. VIII. 7. Ext. I. & L. I. 7. Ext. I. *Hausit enim proposito & votis suis convenientem imaginem.*

40. *Utrum uxorem duceret, an se omnino matrimonio abstineret*] In manuscriptis; *Uxorem duceret, an se omni matrimonio abstineret? Utrum* quoque superfluum est, ex annotationibus alicujus assutum. Eleganter enim adverbium *an*, secundo loco ponitur, & priore intelligitur. Cic. Verrina V. *Erravit an potius insanivit Apronius?* PIGH. *Consultus, utrum uxorem duceret, an.* Pighius *utrum* expunxit, quod supervacuum id judicaret, & in quibusdam codd. non reperiret. Addit item *an* eleganter poni secundo loco, & priore tamen intelligi. Ego vero contendo, priore loco semper *utrum* vel diserte poni vel subaudiri; *an* autem non geminari, nisi posteriori adjiciatur *vero:* qua de re in lib. de Lat. mer. susp. p. 170. & 171. egimus. Ceterum apud nostrum *utrum* minime superfluum est, ut Pighius putat. Subauditur quidem saepissime: veruntamen cum diserte adjectum est, non supervacuum habendum est. Cicero IV. Quaest. Acad. *Utrum ea vestra, an nostra culpa est.* Valerius ipse infra VII. 2. ext. 8. *Utrum eam pauperi, sed ornato; an locupleti, sed parum probato collocaret.* Quod ad altera illa verba Valerii attinet, *utrum* uterque etiam codex Brand. & veteres typis expressi habent. VORST. *Utrum* hic recte retineri docent fere omnes MSS. & saepe sic noster. Ita mox ext. 8. *Unicae filiae pater consulebat Themistoclem, utrum eam pauperi, sed ornato, an locupleti parum probato collocaret.* Sed monuit jam hoc Vorstius.

41. *An se omni matrimonio abstineret*] Sic Ed. Mediol. & Ascens. quod revocavit Pighius, cum Aldus edidisset *omnino.* ut exstat in Harl. Leid. tert. Ultraj. prim. Sed Leid. quint. habet *omnium* cum Mog. Ed. Mihi non displicet *omnino.*

42. *Utrum eorum fecisset*] Ascens. Aldus & reliqui ediderant, *Utrum utrum horum fecisset.* Sed *utrum eorum* correxit Pighius consentientibus MSS. atque Ed. Mog. & Mediol. Ven. habet *utrum horum.*

43. *Hic te*] Pauculi MSS. ubique hoc loco habent *hinc*, & postea, *illinc*, quomodo edebatur ante Pighium. Notandum autem etiam *hic* referri ad remotius, *illic* ad proximum more Valerii, quod alibi saepe perperam Pighium vidimus mutasse.

44. *Subsessor alieni matrimonii*] Sic & supra II. I. 5. *subsessor alienorum matrimoniorum:* ad quem locum Notas vide. VORST. *Incerti libe-*

do, hic orbitas, hic generis interitus, hic heres alienus excipiet: illic perpetua sollicitudo, contextus querelarum, dotis exprobratio, affinium grave supercilium, garrula socrus lingua, [44] *subsessor alieni matrimonii, incertus liberorum eventus.* Non passus est juvenem in contextu rerum asperarum, quasi laetae materiae facere delectum.

Idem cum Atheniensium scelerata dementia tristem de capite ejus sententiam tulisset, fortique animo & constanti vultu [45] potionem veneni è manu carnificis accepisset, admoto jam labris poculo, [46] uxori Xanthippae inter fletum & lamentationem vociferanti [47] innocentem eum periturum; *Quid ergo,* inquit, *nocenti mihi mori satius esse duxisti?* [48] immensam illam sapientiam, quae ne in ipso quidem vitae excessu oblivisci sui potuit! Laërt. in vita.

[49] Age quam prudenter Solon, *neminem, dum adhuc viveret, beatum dici debere* arbitrabatur: *quod ad ultimum usque fati diem ancipiti fortunae subjecti essemus.* Felicitatis igitur humanae appellationem rogus consummat, [50] qui 2. Plut. in vita.

liberorum eventus. Nonne *proventus?* quam vocem amat Valerius supra VI. 9. 5. *in maximo clarissimorum virorum proventu.* Hoc autem loco, non incertum honestae vitae actum in liberis, sed incertitudinem prolis, sua, an aliena sit, intelligit, quia proxime praecedit *subsessor alieni matrimonii.* VORST. *Eventus* servant scripti, & quoniam in matrimonio praecipua parentum sollicitudo est, quidnam liberis futurum sit, quam singuli fortunam & eventum sint habituri, malim credere hoc respicere Valerium, quoniam metus alienae prolis pro sua tollendae satis inclusus est in praecedenti, *subsessor alieni matrimonii.*

45. *Potionem veneni*] Varro ἐκκαίδεκα περὶ Θεῶν: *Socrates cum in vinculis publicis esset & jam bibisset κώνειον in excedio vitae.* COLER. *Potionem veneni e manu carnificis accepisset.* Copes. uterque Med. Leid. prim. habent *de manu carnificis*, quas tres voces Leid. quint. omittit. *De manu* videtur non spernendum. Cic. L. VII. ad Fam. 5. ita dicit *de manu in manum tradere.* & notum satis est praepositionem *de* saepe pro *e* vel *ex* poni. Vide Scheff. ad Phaed. L. I. 13.

46. *Uxori Xanthippae inter fletum & lamentationem vociferanti*] MSS. octo cum Ed. Mog. *Uxore Xanthippe &c. vociferante.*

47. *Innocentem eum periturum*] Ed. Mog. *eum periturum*, quod confirmant MSS. quatuordecim. Cop. *moriturum.* ceteri ediderunt *eum perimi.*

48 *O immensam illam sapientiam*] Particulam exclamandi *o* delent omnes fere MSS. cum Mog. Ed. Vide supra ad L. III. 7. 5. Porro MSS. aliquot cum eadem Mog. habent *nec in ipso quidem.* τὸ *in* pleraeque Edd. ante Pighium omittebant contra MSS.

49. *Solon*] Non erat hoc annotatione dignum, ni commentatores haesisse eo in loco animadvertissemus. Ad finem hujus exempli cum ita legitur. *Qui se in cursu malorum objicit. In cursu* duae sunt dictiones, quare non est opus *incursui* legere pro *incursu.* Sed construendum, *Rogus se in malorum cursu objicit.* GLAREAN. *Age quam prudenter Solon, meminem dum adhuc viveret beatum dici arbitrabatur.* MS. *Solon, qui nem.* Videntur rejecisse *qui*, quia non videbant, quo referrent nominativum *Solon*, cum tamen similiter Valerius saepe verbum aliquod intelligat. sic Ex. 6. *Xenocratis responsum quam laudabile.* Imo sic plane Ex. VIII. *mirifice & Thales. Nam interrogatus* &c. & IX. 5. 3. *Cn. Pompejus, quam insolenter.* ubi item male Ascens. *egit* adjecit. sic IX. 7. 2. Flor. I. 17. 1. noster IX. 11. Ext. 2. quod pessime Vorstius mutat. sic ex. 9. *Nec parum prudenter Anaxagoras interroganti cuidam, quisnam esset beatus, nemo inquit.* distinguo, *Anaxagoras.* Interrogatus &c. sic & VII. 3. Ext. 6. *Ac ne illud quidem prudenter. quidam Atheniensis.* sic. IX. 7. ext. 2. PERIZON. Et sic aliis locis pluribus loqui-

[50] qui se incursui malorum objicit. Idem cum ex amicis quendam graviter moerentem videret, in arcem perduxit, hortatusque est *ut per omnes subjectorum aedificiorum partes oculos circumferret.* Quod ut factum animadvertit, *Cognita tunc tecum*, inquit, *quam multi luctus sub his tectis & olim fuerint, hodieque versentur,* [51] *insequentibusque saeculis sint habitaturi:* [52] *ac mitte mortalium incommoda tanquam propria deflere.* Qua consolatione demonstravit, urbes esse humanarum cladium consepta miseranda. Idem ajebat, *si in unum locum cuncti mala sua contulissent, futurum, ut propria deportare domum, quam* [53] *ex communi miseriarum acervo portionem suam ferre mallent.* Quo colligebat, non oportere nos, [54] quae fortuito patiamur, praecipuae & intolerabilis amaritudinis judicare.

3. [55] Bias autem, cum patriam ejus Prienen hostes invasissent, omnibus, quos modo saevitia belli incolumes abire passa fuerat, pretiosarum rerum pondere onustis fugientibus, interrogatus, *quid ita nihil ex bonis suis secum ferret: Ego vero*, inquit, *bona mea mecum porto.* Pectore enim illa gestabat, non humeris: [56] nec oculis visenda, sed aestimanda animo. Quae domicilio men-

Cic. Parad. Sen. de tranquil. II. 5.

tur auctor, verum hic non favent MSS. ceteri.

50. *Qui se incursu malorum objicit*] Veteres libri, *incursui malorum.* Recte. PIGH. *Qui se incursui malorum objicit.* Ita & uterque cod. Brandeburgensis; non *incursu*, ut Aldus edidit. Vult ille, rogum incursui malorum se objicere, id est, facere, ut mala non amplius ad nos penetrare queant. VORST. *Incursui* habent etiam mei MSS. fere omnes & Ed. Mog. Sed Mediol. exhibet *in cursu malorum.* Ut legebat Glareanus.

51. *Insequentibusque saeculis sint habitaturi*] Germanior scriptura libri, *inque sequentibus saeculis.* PIGH. Multi MSS. *&* *insequentibus seculis sint habituri*, unus *habendi*, uterque Med. cum Copes. *sint futuri.* Ultraj. prim. *Inque sequentibus seculis.* & ita ex MSS. malebat Klokkius.

52. *Ac mitte mortalium incommodo*] Barb. prim. & Cop. *ac omitte.* tum aliquot *conserta miseranda.*

53. *Ex communi miseriarum acervo*] Sic Pighius convenienter MSS. & Edd. Mog. ac Mediol. Ceteri exhibuerunt *ex omni miseriarum acervo.*

54. *Quae fortuito patimur*] Malo, *sortito:* & sententiam magis explicat. LIPS. *Quae fortuito patiamur.* Ita uterque cod. Brandeb. & veteres typis expressi. Pighius tamen, nescio qua de caussa, maluit *quae fortuito patimur:* quem Colerus & Thysius sunt secuti. Porro pro *fortuito* Lipsius legendum putat *sortito.* VORST. *Patiamur* habent omnes scripti mei, & sic Mog. Ven. Mediol. Ascens. Aldus. Colin. Sed Gryph. & Rob. Steph. *patiebamur.* prim. Ultraj. habet etiam *fortuitu*, ut est in Mog. & Mediol.

55. *Bias*] Apud Sen. de Constant. cap 5. quem librum nonnulli secundum de Tranquillitate vocant, hoc dictum tribuitur Stilponi. PERIZON.

56. *Non oculis visenda, sed animo aestimanda*] MSS. decem cum Ed. Mog *Nec oculis visenda*, quod praetuli. nonnulli etiam *existimanda animo.* de quo diximus ad L. VI. 5. 5. Med. sec. *videnda.* Copes. *in domicilio inclusa.*

57. *Sapientes regnare*] Multi hoc ex Platone libro v. De Republica repetiverunt. Prudentius etiam Poëta lib. I. contra Symmachum:

Nimirum pulchre quidam doctissimus, esset
Publica res inquit tum fortunata, satis si
Vel Reges saperent, vel regnarent sapientes.

In ore habuit perpetuo Antoninus Philosophus, egregius ille Princeps, teste Capitolino. COLER. *Cum aut sapientes regnare.* Placuit Platonicum hoc Imperatori Antonino Philosopho,

mentis inclusa, nec mortalium, nec deorum manibus labefactari queunt; & ut manentibus praesto sunt, ita fugientes non deserunt.

Jam Platonis, verbis adstricta, sed sensu praevalens sententia. Qui *tum demum beatum terrarum orbem futurum* praedicavit, *cum aut* [57] *sapientes regnare, aut reges sapere coepissent.* 4. Plato ep. 7. Cic. ep. 1. ad Q. fratrem.

Rex etiam ille [58] subtilis judicii, quem ferunt traditum sibi diadema, priusquam capiti imponeret, retentum diu considerasse, ac dixisse: *O nobilem magis quam* [59] *felicem pannum! quem si quis penitus cognoscat, quam multis solicitudinibus, & periculis, & miseriis sit refertus,* [60] *ne humi quidem jacentem tollere vellet.* 5. Stob. serm. XLVII.

[61] Quid Xenocratis responsum, quam laudabile! cum maledico sermoni quorundam summo silentio interesset, uno ex his quaerente, [62] *cur solus ita linguam suam cobiberet: Quia dixisse me*, inquit, *aliquando poenituit, tacuisse nunquam.* 6. Stob. serm. XXXI. Plut. de bona valetudine, Simonidi attribuunt.

Aristophanis quoque altioris est prudentiae praeceptum. qui in comoedia introduxit remissum ab inferis Atheniensem [63] Periclem, vaticinantem *non opor-* 7. Aristoph. in Ranis.

pho, qui, ut Capitolinus auctor est, semper id in ore habuit. VORST.

58. *Subtilis judicii*] Copes. *ingenii.*

59. *Felicem pannum*] Idem Valerius de Pompejo, fascia crura alligato, quod diadematis nomine perstringebat Favonius. *Exigui* inquit *panni cavillatione regias ejus vires exprobrans.* Antigonus Rex diadematis majestatem extenuans Ῥάκος dictitabat, teste Stobaeo. COLER. *O nobilem magis quam felicem pannum. Diadema* ex panno confectum fuisse apparet & ex eo, quod supra VI. 2. 7. *candidam fasciam*, qua Pompejus alligatum crus habuerit, Favonium *diadema* appellasse scribit; quoque addit, exigui panni cavillatione regias Pompeji vires eum exprobrasse. VORST. Hephaestion apud Curt. L. IV. 1. 18. *Vos quidem macti virtute*, inquit, *estote, qui primi intellexistis, quanto majus esset regnum fastidire, quam accipere* PERIZON.

60. *Ne humi quidem jacentem tollere vellet*] Med. prim. *nec humi jacentem tollere velit*, deleto *quidem.* Quod non displicet. *Nec* expone per *etiam non.* ut mox ext. 8. *Nec cogitata inquit.*

61. *Quid Xenocratis*] Stobaeus tribuit Simonidi. Sed idem in Xenocratem cadere potuit, qui adeo silentio vitam habuit devinctam, ut sicuti certis negotiis suas horas, ita & silentio adsignaret; quod de eo idonei auctores scripserunt. COLER. *Quid Xenocratis responsum.* Stobaeus Serm. XXXI. & Plutarchus in lib. de bon. valet. Simonidi hoc tribuunt. Ceterum Xenocrati, utpote σεμνῷ ϗ σκυθρωπῷ ἀεὶ, ut Laërtius eum vocat, satis itidem id congruit VORST.

62. *Cur solus ita linguam suam cobiberet*] *Ita* in plurimis MSS. desideratur, nec habent editiones ante Pighium.

63. *Periclem*] Mirari quis haud immerito possit, quomodo hic Periclis nomen injecerit. cum Aristophanes haec verba Aeschylo det in Comoedia, quae βάτραχοι inscribitur. Traduxit eos versus eleganter Erasmus praeceptor noster in Adagio, *Leonis catulum ne alas.* si hoc erratum est auctoris μνημονικὸν ἁμάρτημα dicetur, qualia apud Latinos auctores plurima inveniuntur. GLAREAN. *Remissam ab inferis Atheniensem Periclem.* Turpissime passim sunt depravata propria nomina in hoc auctore, ac plurima etiam falso supposita à sciolis, qui hoc opus vel corrigere, vel in compendium contrahere voluerunt, de quorum me hercle flagris dignissima temeritate atque impudentia nusquam non conqueri possumus. Superius apophthegma *Xenocrati* adscribunt, quod

oportere in urbe nutriri leonem: sin autem sit alitus, obsequi ei convenire. Monet enim, ut praecipuae nobilitatis & concitati ingenii juvenes refrenentur: nimio vero favore ac profusa indulgentia pasti, quo minus potentiam obtineant, ne impediantur; quod stultum sit & inutile, eas obtrectare vires, quas ipse foveris.

8. Laërt. in vita. Mirifice etiam Thales. nam interrogatus *an facta hominum deos fallerent:* [64] *Nec cogitata*, inquit. Ut non solum manus, sed etiam mentes puras habere vellemus; cum secretis cogitationibus nostris coeleste numen [65] adesse credidissemus.

9. [66] Ac ne quod sequitur quidem minus sapiens. Unicae filiae pater Themi-

quod Plutarchus & Stobaeus *Simonidi* poëtae. Hic autem ab inferis revocati *Periclis* nomen injectum, cum Aristophanes in Ranis hanc sententiam *Aeschylo* attribuat. Ejus verba sunt haec:

Οὐ χρὴ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν,
Μάλιστα δὲ λέοντα μὴ 'ν πόλει τρέφειν.
Ἢν ἐκτραφῇ τις, τοῖς τρόποις ὑπηρετεῖν.

Quos versus eleganter Erasmus transtulit:

Catulum ne alas leonis in republica,
Ac maxime ipsum ne leonem alas ibi.
Quod si quis alitus; obsequendum moribus.
PIGH.

Introduxit remissum ab inferis Atheniensem Periclem. Queritur hic rursus Pighius de sciolorum temeritate, qui, ut superius apophthegma *Xenocrati* adscripserint, ita nomen *Periclis* hic scripserint pro *Aeschyli:* cui Aristophanes in Ranis sententiam hanc tribuat. Nimirum adduci nullo modo potuit Pighius ut crederet, ipsum Valerium dormitasse interdum, & memoria lapsum fuisse. Nos quia jam aliquoties Valerium falsum observavimus, hic quoque errorem ei adscribere non dubitamus. Quod ante nos Paulus quoque Leopardus Lib. VIII. Emend. c. 12. fecit: & probat Th. Gatakerus Adversf. p. 88. Ceterum versus Aristophanis, ad quos alludit noster, hi sunt:

Οὐ χρὴ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν.
Μάλιστα μὲν λέοντα μὴ 'ν πόλει τρέφειν,
Ἢν δ' ἐκτραφῇ τις, τοῖς τρόποις ὑπηρετεῖν.

Quos versus Latine ita vertit Erasmus:

Catulum ne alas leonis in republica:
Ac maxime ipsum ne leonem alas ibi.
Quod si quis alitus, obsequendum moribus.
VORST.

Multi MSS. *Atheniensium Periklem.* dictum *Aeschyli* respicit *Alcibiadem.* Vide Schol. Aristoph. ad Ran. v. 1477. & Suid. in Οὐ χρὴ λέοντος.

64. *Nec cogitata, inquit*] Scil. *Deos fallunt.* Diogenes Laërt. in vita: Ἠρώτησέ τις αὐτὸν, εἰ λήθοι θεοὺς ἄνθρωπος ἀδικῶν, Ἀλλ' οὐδὲ διανοούμενος, ἔφη. VORST.

65. *Adesse credidissemus*] Uterque Med. *crederemus.*

66. *Ac ne quod sequitur*] Multi MSS. *At ne.* ut saepe alibi.

67. *An locupleti, sed parum probato*] Conjunctionem *sed* omittunt MSS. undecim, & sic ediderat Pighius.

68. *Ut generum potius, quam divitias generi legeret*] Plaut. Stich. 1. 2. 79.

Non tu me argento dedisti, opinor, nuptum, sed viro. PERIZON.

69. *Philippi*] In calce hujus exempli impudens erratum est commentatorum. Valerius enim scomma jaciens in doctorem Philippum, qui, quod filium docebat ipse minime servaverit, haec ait. *At vero ante pater Philippus majore ex parte mercator Graeciae quam victor.* Ibi Oliverius & eum secutus Badius pro *ante* legunt, *avus.* quasi Alexandri avus, vel Philippi pater, *Philippus* vocatus sit, non *Amyntas.* vide Chronica & Justinum Lib. VII. GLAREAN.

70. *Quae te fili*] Epistolam aliis verbis refert Cicero libro II. off. & ex Cicerone Johannes Sarisberiensis in Policratico lib. VIII. COLER. *Quae te, fili, ratio.* Epistolam hanc Philippi & Cicero in II. de Off. sed aliis verbis perscriptam habet. VORST.

71. *A charitate istud*] Misere hic locus vexatus est à librariis. addo etiam glossarias maculas deprehendi. In libro praeterea Dan. *pater* legitur pro *praestatur.* Verare non possum.

mistoclem consulebat, *utrum eam pauperi, sed ornato;* [67] *an locupleti, sed parum probato, collocaret.* Cui is, *Malo*, inquit, *virum pecunia, quam pecuniam viro indigentem.* Quo dicto stultum monuit, [68] ut generum potius, quam divitias generi legeret. Cic. Offic. II. Plut. in vita: & Apophth.

10. Age, [69] Philippi quam probabilis epistola, in qua Alexandrum quorundam Macedonum benevolentiam largitione ad se attrahere conatum sic increpuit: [70] *Quae te, fili, ratio in hanc tam vanam spem induxit, ut eos tibi fideles futuros existimares, quos pecunia ad amorem tui compulisses?* [71] *à charitate istud praestatur.* At vero ante Philippus majore ex parte mercator Graeciae, quam victor. Cic. offic. II. 15.

Ari-

sum. hariolari volo an ita sit corrigendum: *Quos pecunia ad amorem tui compulisset? A charitate istud. Pater vero Philippus majore ex parte mercator Graeciae, quam victor.* COLER. *A charitate istud praestatur. At vero aute Philippus.* Ita haec edidit Aldus. Nec multum discrepant ceterae editiones veteres. At in cod. P. Dan. ut Colerus testatur, pro *praestatur* est *pater.* Et in uno cod. Brand. observo scriptum sic, *A charitate istud pater avusque Philippus.* In altero item: *A Charitate istud pater. avus. o Philippus.* Quibus facile adducor ut credam, recte conjecisse Colerum, quod Valerius scripserit sic, *A charitate istud. Pater vero Philippus majore ex parte mercator Graeciae quam victor.* Vel, quia in codd. Brand. est *avus*, scripserit potius sic, *Pater autem Philippus.* Quod Valerius *pater* adjicere voluerit, verisimile fit ex eo, quod in ipsa epistola Philippi, quae praecedit, est *fili.* Voluit igitur Valerius suum subjicere judicium; ut diceret ipsum patrem Philippum fecisse id, a quo dehortatus filium Alex. fuit. Ceterum ad verba *A charitate istud*, subaudiendum tum aliquid fuerit, & quidem *proficiscitur*, aut aliud. VORST. *Ut eos tibi fideles futuros existimares, quos pecunia ad amorem tui compulisses? A charitate istud praestatur. At vero ante Philippus majore ex parte mercator Graeciae quam victor.* Ita cum Aldo edidit Pighius, nullam ex MSS. suis variam lectionem adferens. cum tamen hic adeo varient Codd. Scilicet, quia veram lectionem invenire non potuit. Omnes fere Codd. antiqui pro *praestatur* habent *pater.* sic Copes. Coleri, & uterque Brandd. cetera ita Copesianus. *avus ejus Rex Philippus m. e. p. m. G. q. victor fuit.* Jam est in ultimis verbis transitio, & videntur sane non incommode sequenti exemplo praemittenda more Valerii solenni, hoc modo. *Istud pater ejus Philippus. maj. e. p. m. G. q. victor.* scil. monuit Alexandrum, Aristoteles autem Callisthenem ad eundem Alexandrum dimittens monuit cum eo *aut* &c. expuncto *τὸ ut. Caritatem Syracusanorum non odium* Liv. XXV. 28. *Appulejae uxoris caritate obiit post repudium* Plin. VII. 36. Cic. pro Rabir. c. 6. *Nihil sine magna cura & caritate vestri ordinis loquor.* Tac. Ann. IV. 17. 1. Cic. Fam. XII. 16. *cui nos & caritate & amore tuum officium praestaturos. amor* & *charitas* diversa, ut illud majus, hoc minus sit. Quint. VI. c. 2. p. 391. Liv. L. XXIV. c. 4. *Magis amore civium & caritate quam* &c. *charitatem mereri cupit.* Quint. Decl. IX. 27. posset & legi, *ad amorem tui compulisses ac charitatem.* Quod omnino praefero. sic Gell. L. XII. c. 5. *Natura induit nobis in ipsis statim principiis amorem nostri ac charitatem.* Cic. Phil. II. c. 44. Unde Colerus, *a charitate istud* (scil. proficiscitur) *pater vero Philippus.* Vix dubito scripsisse auctorem & multo propius ac phrasiologiae illius convenientius. *Quos pecunia ad amorem tui compulisses non charitate? Istuc pater ejus Phil. m. e. p. mercator Graeciae quam victor.* Jubet ergo illum Philippus non pecunia, sed sui charitate homines ad amorem compellere. Charitas autem paratur non pecunia, sed humanitate, obsequio, & officiis. addit adhaec praecepta Philippi auctor, illud monuisse patrem ejus Philippum, qui adeo pecunia feliciter uti sciebat, ut *Graeciae majore ex parte mercator fuerit, quam victor.* In aliorum lectionibus hoc subjungitur, quasi contrarium esset priori praecepto, ut ipse Vorstius innuit: quod minime voluit auctor, cum aliud plane sit populos sub ditio-

II. Plut. Alex. Laërt. Ariſt. Juſtin. xv. Curt. viii.

Ariſtoteles autem 72 Calliſthenem auditorem ſuum 73 ad Alexandrum dimittens monuit, 74 *ut cum eo aut rariſſime, aut quam jucundiſſime loqueretur: quo* ſcilicet *apud regias aures vel ſilentio tutior, vel ſermone eſſet acceptior.* 75 At ille dum Alexandrum Macedonem Perſica ſalutatione gaudentem objurgat, & 76 ad Macedonicos mores invitum revocare benevole perſeverat, 77 ſpiritu carere juſſus, ſeram neglecti ſalubris conſilii poenitentiam egit.

Idem Ariſtoteles *de ſemet ipſo in neutram partem loqui debere* praedicabat: *quo-*

tionem ſuam redegiſſe pecunia captos, atque amicos, quorum conſtantem fidem deſideres, & quibus quotidie uti debeas, pecunia parare. *caritate ac benevolentia civium ſeptum eſſe oportet, non armis.* Liv. L. xxxi. c. 34. *Philippus aliquid ad caritatem ſuorum ratus profecturum ſe.* Sal. Jug. c 10. *Amici quos neque armis cogere, neque auro parare queas officio & fide pariuntur.* Liv. L. xxxix. c. 25. *qui caritate quam metu adjungere ſibi ſocios mallet. Pater avus ejus* eſt in MSto Copeſ. haud dubie ex diverſa lectione. Solet enim varias lectiones in textu ſaepe utraſque ponere. ſic Ex. 14. *deleri occidi eas oportere.* PERIZON. MSS. noſtri hic plures omittunt *praeſtatur*, & habent *pater ac*, vel, *at vero avus ejus Philippus*, alii *pater at vero avus Philippus*, item *pater & avus*, *pater quoque & avus.* Atque hoc ita explicant Oliverius & Aſcenſius, quaſi avus ejus, & ipſe Philippus dictus fuerit majore ex parte mercator Graeciae quam victor. Quum conſtet avum ejus appellatum fuiſſe *Amyntam*, ut monuit Glareanus; neque illud de ipſo traditur, ſed de patre Philippo. Vide Torrent. ad Hor. L. iii. Ode 16.

——— diffidit urbium
Portas vir Macedo, & ſubruit aemulos
Reges muneribus

Credo ſcripſiſſe auctorem, ut inter alia conjecit Perizonius, *Quos pecunia ad amorem tui compuliſſes ac caritatem. Iſtud pater ejus Philippus.* a pro *ac* facile ſcribi potuit ob iteratum *c*, lineam transverſam in fine ſignificans *m* infinitis locis omiſſam comperi.

72. *Calliſthenem*] Seneca ait occiſum ab Alexandro ob intempeſtive liberos ſales. COLER.

73. *Ad Alexandrum dimittens*] Plerique MSS. habent *mittens.*

74. *Ut cum*] Liber Danielis omittit τὸ *ut.* COLER. *Monuit ut cum eo aut rariſſime. Ut ab* uno cod. Brand. abeſt. Quod idem & de libro P. Dan. teſtatur Colerus. Deinde pro *aut rariſſime* in altero cod. Brand. eſt *aut quam rariſſime.* Ut adeo utrique ſuperlativi gradus adverbio voculam *quam* adjecerit. VORST. Ut deeſt etiam in Cop. & paucis aliis. Quidam habent *cum eo ut nunquam, aut rariſſime.* item, *aut raro. quam rariſſime* habent editiones ante Pighium, ſed pauciſſimi MStorum.

75. *At ille dum Alexandrum Macedonem Perſica ſalutatione gaudentem objurgat, & ad Macedonicos mores invitum revocare benevole perſeverat*] Locus (ut ita dicam) non uno loco depravatus gloſſematum vitio, quae paſſim ſemet ingeſſerunt impudentiſſime. Ejicienda in primis vox scioſa, *benevole*; quae in Wincheliano & Campenſi non habetur, item legendum ex veterum librorum omnium conſenſu; *Dum Alexandrum Perſica Macedonum ſalutatione gaudentem.* Perſae quidem ex more vetuſto ſemper proſtrati adorabant reges ſuos, igitur & Alexandrum victorem non inepte; ſed hoc idem fieri à Macedonibus, iiſque inſolentiis gaudere Alexandrum, indigne latum. Rurſum cum ita ſe vetus habeat lectio, & deinde in Campenſi ſcriptum ſit, *& ad Macedonum mores*, ne eadem vox faſtidioſe repetatur; puto fuiſſe olim in Valerio, *& ad majorum mores*, atque gloſſographi deinde alicujus interpretationem, nempe vocem *Macedonum* fuiſſe ſuppoſitam. PIGH. *Dum Alexandrum Perſica Macedonum ſalutatione gaudentem.* Aldus edidit *Alexandrum Macedonem Perſica ſalut. gaud.* Verum recte hunc locum emendavit Pighius. Et conſonant cod. Brand. Macedonum ea ſalutatio fuit: & Perſica fuit. Curtius viii. 5. 6. *More Perſarum Macedonas venerabundos ipſum ſalutare proſternentes humi corpora.* VORST. MS. non agnoſcit τὸ *Macedonum*, & revera ſuperfluum eſt. Gaudebat Alexander, *Perſica ſalutatione* non tantum a Ma-

quoniam laudare se, vani; [78] *vituperare, stulti esset.* [79] Ejusdem est utilissimum praeceptum, *ut voluptates abeuntes consideremus:* quas quidem sic ostendendo minuit. Fessas enim, poenitentiaeque plenas, animis nostris subjecit, quo minus cupide repetantur.

Nec parum prudenter Anaxagoras interroganti cuidam, *quisnam esset* IX.
beatus, Nemo, inquit, *ex his quos tu felices exstimas; sed eum in illo numero reperies, qui à te* [80] *ex miseriis constare creditur.* Non erit ille divitiis & honoribus abundans; sed aut exigui ruris, aut non ambitiosae doctrinae fidelis ac pertinax cultor: [81] in recessu quam in fronte beatior.

De-

Macedonibus, sed ab omnibus, qui circa se erant, sive Persae, sive Macedones. Quod si in plerisque codd. apparet legendum omnino cum Aldo *Alex. Macedonem Persica sal. gaudentem.* Est enim in eo emphasis illum *Macedonem Persico more* delectari. tum pro *majorum* in MSS. est *Macedonicos*, quomodo reliqui omnes habent, ideoque restituit Vorstius. Postremo lectum olim fuit *revocare benevole perseverat.* Eam vocem ejecit Pighius, Vorstius recepit. MS. alio ordine legit *recepit benivole. F. & ad Maced. mor. in. r. perseverat, benivolo spiritu carere jussit.* supra VI. 8. 7. *Vestigia errantia benivolo studio subsecutus*, utcumque sit, minime rejicienda est cum Pighio. PERIZON. *Macedonum* delet Ultraj. prim. & postea habet *salutatione Macedonica*, cum Pighio *Macedonum* legit. Ultraj. sec. sed Med. prim. cum Leid. sec. *Persica Macedonem*, ceteri *Macedonem Persica*, quod Perizonius recte vindicavit.

76. *Ad Macedonicos mores invitum revocare benevole perseverat*] Pighius pro *Macedonicos* scripsit *majorum*; ne eadem vox, ut ipse loquitur, fastidiose repetatur. Atqui non praecedit ipsa vox *Macedonicos*; sed unde haec formata est *Macedonum.* Codices Brand. & veteres typis expressi ipsum illud *Macedonicos* habent. Porro *benevole* Pighius expunxit; quod in duobus codd. id non appareret, quodque alienum ipsi videretur. Codices Brand. & veteres etiam typis expressi hoc habent. Neque adeo alienum illud videri debet. Benevolentia illa Callisthenis, qua Alexandrum ad Macedonicos mores revocare studuit, apparet ex ipsis ejus verbis, quae sunt apud Curtium VIII. 5. 12. Nimirum precabatur ille regi seram immortalitatem; ut vita diuturna esset ac aeterna majestas. VORST. *Macedonicos*, & *benivole* retinent quoque nostri MSS. pro *salubris* Bit. prim. habet *salutaris.*

77. *Spiritu carere jussus*] De morte Callisthenis, & supplicii genere variant valde scriptores; hinc consulto Valerium duntaxat dicere ipsum *spiritu carere jussum*, ut Curtium simpliciter, *ipsum tortum interiisse*, existimat Freinshem. ad Curt. L. VIII. 8. 21.

78. *Vituperare stulti esset*] Copes. *Vituperare autem stulti esset.*

79. *Ejusdem est utilissimum praeceptum*] *Est* desideratur in Leid. sext. pro quo Ultraj. sec. habet *&*. denique aliquot MSS. *Subjicit.* quod non improbo.

80. *Ex miseris*] Efficacius aliquanto in libb. Vett. *ex miseriis.* COLER. *Ex miseriis constare creditur.* In editione Pighii cum errore, credo, operarum typographicarum expressum esset *ex miseris*, Colerus id retinuit, satisque habuit in Notis adjicere, quod liber P. Dan. habeat *ex miseriis.* Sed & Thysius *ex miseris* in suam editionem transtulit. *Ex miseriis* omnes veteres typis expressi habent, & Brand. item MSS. VORST. MSS. pari fere numero *miseris* & *miseriis*; hoc vero Harl. Bit. prim. Leid. sec. quint. uterque Ultraj. sed Med. primus, *qui a te miser creditur.*

81. *In recessu quam in fronte beatior*] Pighius edidit *in secessu* cum vetustioribus. Sed in margine notavit al' *recessu*, quod recepit Colerus & deinceps secuti editores. MSS. partim *secessu*, partim *successu* habent. *Recessu* tamen malim. Quintil. L. I. Inst. 4. *Plus habet in recessu, quam fronte promittit.* Ubi Almelovenius notavit ita Phaed. praef. L. IV. etiam *frontem & interiorem angulum* opponere. Hinc *umbram & recessum* jungit Cic. L. III. de Orat. c. 26. *Secessu* videtur natum ex eo, quod praecessit *exigui ruris cultor.* Cum id velit, ipsum

13. Soidas. Aelian. XII. Demadis quoque [81] dictum sapiens. nolentibus enim Atheniensibus divinos honores Alexandro decernere, *Videte*, inquit, *ne dum coelum custoditis, terram amittatis.*

14. Plut. Solone. Stob. ser. XLIII. Quam porro subtiliter Anacharsis *leges aranearum telis* comparabat. [83] *nam ut illas infirmiora animalia retinere, valentiora transmittere, ita his humiles & pauperes constringi, divites &* [84] *potentes non alligari.*

15. Plut. Apoph. aliter. Nihil etiam Agesilai facto sapientius. [85] siquidem cum adversus rempublicam Lacedaemoniorum conspirationem ortam noctu comperisset, leges Lycurgi continuo abrogavit, quae de indemnatis supplicium sumi vetabant. Comprehensis autem & interfectis sontibus, [86] easdem è vestigio restituit. Atque utrumque simul providit, ne salutaris animadversio vel injusta esset, vel jure impediretur. Itaque ut semper esse possent, aliquando non fuerunt.

16. Ann. urb. 537. Livius XXIII. Zonaras. [87] Sed nescio an Annonis excellentissimae prudentiae consilium. Magone enim Cannensis pugnae exitum senatui Poenorum nuntiante, inque tanti successus fidem annulos aureos [88] trium modiorum mensuram explentes fundente, qui interfectis nostris civibus detracti erant, quaesivit *an aliquis so-*

ipsum intimo animi sensu magis esse beatum, quam prima specie appareat.

82. *Dictum sapiens*] Duo Med. cum Ultraj. sec. *quam sapiens.* Non male profecto, & sic solet saepius noster per admirationem loqui. L. IX. 3. Ext. 2. *Quam vehemens adversus populum Romanum Amilcaris odium.* supra hoc ipso Cap. *Age, Philippi quam probabilis epistola?* L. VI. 8. 6. *Quid Urbinii Panopionis servus quam admirabilis fidei?* L. IV. 4. 8. *Quid Aelia familia quam locuples?* Nec abit, quod sequitur. *Quam porro subtiliter Anacharsis leges aranearum telis comparabat.*

83. *Nam ut illis infirmiora animalia retineri, valentiora transmitti, ita his humiles & pauperes constringi, divites & praepotentes non alligari*] Addit in fine *videmus* liber Campensis velut glossulam ultimo verbo superscriptam. Quod vocabulum istic desiderari, quisque ni fallor judicabit. PIGH *Nam ut illas infirmiora retinere, valentiora transmittere.* Ita edidit Pighius. Et suffragantur codices Brand. Aldus sic, *Nam ut illis infirmiora retineri, valentiora transmitti*; sententia plane eadem. VORST. Quod Pighius edidit, longe plures firmant MSS.

84. *Praepotentes non alligari*] Adjecit Pighius *videmus*, quod in cod. Camp. velut glossulam ultimo verbo superscriptum reperit. id nimirum vocabuli hic desiderari credidit. Verum nihil illo hic opus est. Solenne est Scriptoribus, cum verba alicujus referunt, rationem deinde eorum, tanquam ab ipso verborum auctore adjectam, casibus obliquis exprimere. A codd. Brandeb. veteribusque typis expressis *videmus* recte abest. VORST. Sic pro glossa in Cop. additur *Ajebat*, in Leid. quinto *dicebat*. Recte Vorstium expunxisse τὸ *videmus* adscripserat etiam Perizonius. non habent eam MSS.

85. *Siquidem cum adversus*] In Copes. pro *siquidem* est *nam.*

86. *Easdem e vestigio restituit*] Deleo cum MSto τὸ *easdem*, ut plane superfluum. PERIZON. Delent etiam Ultraj. prim. Barb. uterque & Leid. sec. Deinde Bit. prim. & Leid. quart. *utrimque providit.* Sunt etiam, qui habent. *Ita ut semper esse possent, aliquando non fuerunt.* De quo vide ad L. I. 7. Ext. 8.

87. *Sed nescio an Annonis excellentissimae prudentiae consilium*] *Excellentioris* in Campensi. Recte, comparatione facta inter duos, *Agesilaum* scilicet & *Annonem*, ut more suo exempla inter se cohaereant. PIGH. *Sed nescio an Annonis excellentioris prudentiae consilium.* Ex-

ſociorum [89] *poſt tantam cladem à Romanis defeciſſet:* atque ut audivit neminem ad Annibalem tranſiſſe, ſuaſit protinus *ut legati Romam, per quos de pace ageretur, mitterentur.* Cujus ſi ſententia valuiſſet, neque ſecundo Punico bello victa Carthago, neque tertio deleta foret.

Ne Samnites quidem parvas poenas conſimilis erroris pependerunt, quod 17.
Herennii Pontii ſalutare conſilium neglexerunt: qui auctoritate & pruden- Ann. urb.
tia ceteros praeſtans, ab exercitu & ejus duce filio ſuo conſultus, *quidnam* 437. Livius IX. Florus
fieri de legionibus Romanis apud Furcas Caudinas incluſis deberet, *inviolatas di-* I. 16.
mittendas reſpondit. Poſtero die eadem de re interrogatus, *deleri eas oportere* dixit: ut aut maximo beneficio gratia hoſtium emeretur, aut graviſſima jactura vires confringerentur. Sed improvida temeritas victorum, dum utramque partem ſpernit utilitatis, ſub jugum miſſas in perniciem ſuam accendit.

Multis & magnis ſapientiae exemplis parvulum adjiciam. [90] Cretenſes cum 18.
acerbiſſima execratione adverſus eos, quos vehementer oderunt, uti volunt, *ut mala conſuetudine delectentur*, optant; modeſtoque voti genere efficaciſſimum ultionis eventum reperiunt. Inutiliter enim aliquid concupiſcere, & in eo perſeveranter morari, [91] exitio ea vicina dulcedo eſt.

Excellentioris ſcripſit Pighius è cod. Campenſi; quod comparationem facere videatur facti Annonis cum facto Ageſilai. Alii habent *excellentiſſimae prud.* VORST. Omnes noſtri MSS. habent *excellentiſſimae*. quod reſtitui. Non opus enim eſt, ut ſolum, quod proxime antecedit, Ageſilai exemplum ſpectaverit, cum illud conſilium excellat inter omnia jam memorata.

88. *Trium modiorum menſuram explentes effundente*] Omnes, quantum video, MSS. praeferunt ſimplex *fundente*, ut edebatur ante Pighium. Neſcio an melius: ut ſit *late ſpargente, diffundente.* Unde *fuſus* etiam pro *copioſo*.

89. *Poſt tantam cladem a Romanis defeciſſet*] *A Romanis* omittit Copeſianus. quod notandum monebat Perizonius. Sane non multum deſideres.

90. *Cretenſes*] Cop. tres Leid. uterque Ultraj. uterque Barb. & Bit. prim. cum Ed. Ven. praeferunt *Cretes*, terminatione Graeca, ut apud Cic. pro Muraena c. 35. *Neque vero Cretes, quorum nemo guſtavit umquam cubans, melius, quam Romani homines, qui tempora voluptatis laboriſque diſpertiunt, reſp. ſuas retinuerunt.* Virg. L. IV. Aen. 146.

Creteſque Dryopeſque fremunt, pictique Agathyrſi.

& ſic ſaepe poëtae.

91. *Exitio vicina dulcedo eſt*] Novem minimum MSS. *Exitio ea vicina dulcedo eſt*. pronomen *ea* expunxit Pighius. immerito. Barb. ſec. *immorari* habet.

CAPUT III.

DE VAFRE DICTIS AUT FACTIS.

A ROMANIS.

1. *Antistite templi Dianae.*
2. *L. Junio Bruto.*
3. *P. Scipione Africano majore.*
4. *Q. Fabio Labeone.*
5. *M. Antonio oratore.*
6. *Q. Sertorio.*
7. *Q. Fabio Max. Verrucosso.*
8. *M. Volusio Saturnino aed. pl.*
9. *Sentio Saturnino.*
10. *Patre quodam.*

AB EXTERNIS.

1. *Alexandro Magno & quodam asinario.*
2. *Darii regis equ'sone.*
3. *Biante Prienensi.*
4. *Anaximene.*
5. *Demosthene oratore.*
6. *Quodam Atheniensi.*
7. *Annibale Gisgonis F. Poeno.*
8. *Annibale Amilcaris F. Poeno.*
9. *Tusculanis.*
10. *Tullo Attio, Volscorum duce.*

Est aliud factorum dictorumque genus à sapientia [1] proximo deflexu ad vafritiae nomen progressum: [2] quod nisi fallacia vires assumpserit, [3] fidem

1. *Proximo deflexu ad vafri nomen progressum*] In veteribus lib. aliquibus *vafre*. in aliis *vafreae*, quibusdam *Vafriae*, *vel Vafrinae*. An vetus Deae nomen, ut *Murcia*, *Strenia*, *Cunina*, *Furina*, sic *Vafria* vel *Vafrina*: videant docti, anne lateat paronomasia quaedam. PIGH. *Ad vafri nomen*. Satis obscure. Mira varietas in libris Pighii. Ego non dubito emendare: *Ad vaframen*. Idem *vaframentum* aliquoties dixit. COLER. *A sapientia proximo deflexu ad vafritiae nomen progressum*. Ita legendum arbitror. Veteres editiones habent *ad vafre nomen*. Quod idem & in uno cod. Brand. observo. Alter enim habet *vafer*. Sed mendum hic manifestum est. Quod ut Pighius tolleret, scripsit *ad vafri nomen*. At Colerus quod infra in hoc ipso capite observavit *vaframentum*, pro *ad vafre nomen* legi vellet *ad vaframen*. Mihi, ut dixi, legendum videtur *ad vafritiae nomen*. Primo notum, in codd. MSS. non antiquissimis unicam literam E poni saepissime pro A E, & exempli gratia scribi *justitie* pro *justitiae*. Sit ergo *vafre nomen* pro *vafrae nomen*. Praeclarum porro est, quod Pighius in codd. MSS. pro *vafre* observavit & *vafreae* & *vafrinae*. Hinc enim proclive est conjicere, quod legendum sit *vafritiae*. Ceterum quod abstractum *sapientia* antecedit, id itidem argumento est, non concretum *vafri*, ut Pighius vellet, sed abstractum *vafritiae* hic legendum esse. Vult igitur Valerius, genus istud factorum dictorumque, de quo nunc agere instituit, proximo deflexu à sapientia ad vafritiae nomen progressum esse, id est, non ad ipsam sapientiam, de qua capite superiore dictum, sed ad aliquid, quod sapientiae vicinum sit, ejusque speciem gerat, id est, ad vafritiem pertinere. VORST. *Vafer* habet Ultraj. prim. *Vafrie* Cop. Harl. Leid. tert. & quart. *Vafre*, reliqui. Quod si linea transversa *vafrie* notetur, plane est, quod Vorstius dedit *vafritiae*: sic enim passim occurrit *grae* pro *gratiae*, & similia alia. Itaque hoc retinendum censui. *Vafritiam* dixerit ipsum vafri animi habitum: *vaframenta* vero *singula vafre dicta aut facta*.

2. *Quod nisi fallacia vires assumpserit*] Loquitur de *vafritia*: dicit enim *nisi per fallaciam vires sumat*, *fidem propositi* (malim cum Pighio *finem*) *non invenit*. Legere tantum velim, *Fallaciae vires*. sic ex. 3. *Praesidium calliditatis*, VII. 6. 1. *Fortunae viribus succumbit*. VIII. 7. init. *Vires industriae commemorare* IX. 11. ext. 4. *Omnibus indignatio-*

dem propositi non invenit: laudemque occulto magis tramite, quam aperta via petit.

Ser. Tullio regnante, [4] cuidam patrifamiliae in agro Sabino praecipuae magnitudinis & eximiae formae vacca nata est. *Quam* oraculorum certissimi auctores *in hoc à diis immortalibus editam* responderunt, [5] *ut quisquis eam Aventiniensi Dianae immolasset, ejus patria totius terrarum orbis imperium obtineret.* Laetus eo dominus, bovem cum summa festinatione Romam [6] actam, in Aventino ante aram Dianae constituit, sacrificio Sabinis [7] regimen humani generis daturus. De qua re antistes templi certior factus, religionem hospiti intulit, ne prius victimam caederet, [8] quam proximi amnis aqua se abluisset. Eoque alveum Tiberis petente, vaccam ipse immo-

1. Ann. urb. 200. circiter. Livius 1. Plut. Probl.

tionis viribus. Fallaciae etiam Ascens. Ed. at Vorstius *Fallacia.* PERIZON. *Fallaciae* praeter Ascens. habet etiam Ed. Mediol. cum duobus MSS. Medd. ceterae, Edd. cum MSS. *fallacia* retinent. Forsan scripserit *a fallacia.* sic *assumere ex* Curt. L. IX. 8. 23. *Liberalis imprimis, adituque facilis, nihil ex fastu regio adsumpserat.*

3. *Fidem propositi non invenit*] Notavit Pighius in margine, diversam lectionem esse *finem prop. non invenit. Fidem* tamen in antiquioribus typis expressis, & utroque Brand. MS. est. VORST. *Finem* est in solo Bit. primo.

4. *Cuidam patrifamilias*] *Patritiae familiae* lib. Danielis. lego: *Patrifamiliae.* COLER. *Patriciae familiae* est in MSS. decem, pro quo Leid. quint. habet *patrie*, ut hoc ipso initio *vafrie* vidimus pro *vafritiae.* Nihili tamen est illud *patriciae*, quod solis tribuitur Romanis, cum hic, cui vacca illa nata fuit, esset Sabinus. Recte itaque *patri familiae* cum Colero legeris. Sed scias interea oportet, ita quoque exhibere omnes ante Pighium editiones. Sic *Matris familiae* L. VIII. 1. abs. 12. & L. VIII. 13. 1. *& civis, & patris familiae notabile exemplum.* quod similiter mutavit Pighius non consentientibus MSS.

5. *Ut quisquis eam Aventinensi Dianae*] In manuscriptis, *Aventiniensi.* Recte. velut *Hispaniensis, Sardiensis*, quae cognomina eorum, qui ea loca seu provincias incolunt, ut Sosipater lib. 1. PIGH. *Aventiniensi Dianae.* Sic & codd. Brand. non *Aventinensi*, ut Aldus & Chalcoc. ediderunt. Diciturque *Aventiniensis*, ut *Latiniensis, Carthaginiensis.* Vide Notas Gronovii ad Liv. XXVIII. 26. VORST. *Aventiniensi* habent etiam longe plures ex nostris MSS. & probabat etiam Perizonius.

6. *Mactandam in Aventino ante aram Dianae constituit*] *Mactandam* in manuscriptis abest, quae vox proculdubio ex annotationibus alicujus assuta est. PIGH. *In Aventino ante aram Dianae constituit.* Expunxit Pighius *mactandam*, quod in editionibus Aldi & Chalcoc. apparet. Et abest quoque à codd. Brand. Livius Lib. 1. *Bovem Romam actam deducit ad fanum Dianae, & ante aram statuit.* VORST. MSS. vel ita habent, ut editum vides a Pighio, vel, sed pauciores numero, *Bovem summa festinatione mactandam Romae in Aventino ante aram Dianae constituit.* Ed. Ven. habet *Romam mactandam in Aventino &c.*

7. *Regimen humani generis*] Cop. *Regnum.* Supra L. 1. 1. 9. *Itaque se humanarum rerum regimen fore existimantia.* idem habet *victimam caederent.* Ultraj. sec. *Victima caederetur.*

8. *Quam proxima se aqua abluisset*] In Atrebatensi; *proximam aquam*, mendose. in aliis, *proxima manus aqua.* verum rectissime in Cauchiano, *proximi amnis aqua.* Descendit itaque *ex Aventino ad vicinum Tiberis alveum, ut se ablueret.* Quod ipsum Livius quoque scribit. PIGH. *Quam proximi amnis aqua se abluisset.* Ita scripsit Pighius ex cod. Cauchiano. Et ediderat ita Chalcocondyles. At Aldus, *Quam proxima se aqua abluisset:* quod & in codd. Brand. reperio. Livius verba antistitis templi Dianae sic exprimit: *Quin tu ante vivo perfunderis flumine? Infima valle perfluit Tiberis.* VORST. *Proximi amnis aqua se abluisset.* Ald. *edidit proxima se aqua abluisset,* ita-

molavit, & urbem nostram tot civitatum, [9] tot gentium dominam, pio sacrificii furto reddidit.

2. Quo in genere acuminis in primis Junius Brutus referendus est. Nam cum à rege Tarquinio, avunculo suo, omnem nobilitatis indolem excerpi, interque ceteros etiam fratrem suum, [10] quod vegetioris ingenii erat, [11] interfectum animadverteret, [12] obtusi se cordis esse simulavit, eaque fallacia maximas virtutes suas texit. Profectus etiam Delphos cum Tarquinii filiis, quos is ad Apollinem Pythium muneribus sacrificiisque honorandum miserat, [13] aurum deo nomine doni clam cavato baculo inclusum tulit: quia timebat ne sibi coeleste numen [14] aperta liberalitate venerari tutum non esset. Peractis deinde mandatis patris, Apollinem juvenes consuluerunt, *quisnam ex ipsis Romae regnaturus videretur.* At is *penes eum summam urbis nostrae potestatem futuram* respondit, *qui ante omnes matri osculum dedisset.* Tunc Brutus, perinde atque casu prolapsus, de industria se abjecit, terramque, communem omnium matrem existimans, osculatus est. Quod tam

Ann. urb. 240. circiter. Livius I. Dionys. IV.

Ann. urb. 244. Livius Dionys. & alii.

itaque MStus. & videtur Pighiana lectio potius esse a librariis, quam altera. PERIZON. *Proximi amnis* est in Leid. quinto, & Bit. & sic edidit Ascensius. Decem alii *proxima aqua.* quod mihi quoque non displicet, statim enim *Tiberis* mentionem subjungit ipse auctor.

9. *Tot gentium dominam*] Cop. una voce auctius, *Tot gentium nobilem dominam*, quam tamen ab auctore esse non opiner.

10. *Quod vegetioris ingenii erat*] Leid. quint. *Qui vigetioris ingenii fuerat.* in initio quidam habent *referendus est.*

11. *Interfectum animadverteret*] Copes. *Adverteret.*

12. *Obtusi se cordis*] Liber Danielis *Obtunsi*, ut supra. COLER. Ita quidem etiam Leid. quart. & hoc sequi in editione sua placuit Colero; sed rejecit denuo Vorstius, & merito. Pro *muneribus sacrificiisque* plerique habent, *muneribus & sacrificiis.*

13. *Aurum deo nomine doni*] Cop. *doni nomine.* Adscripsit Perizonius sic Ext. 5. *Depositi nomine.* Ultraj. sec. exhibet *doni caussa*, deleto *nomine* & *clam*, quod sequitur. *Nomine* praeponi etiam genitivo solet. Curt. L. III. 7. 2. *Ducentis talentis nomine mulctae exactis.*

14. *Aperta liberalitate venerari*] Cop. *Aperta libertate.* *Aperta liberalitate* i. e. *auro palam ipsi oblato.* postea Ultraj. sec. *perinde ac si.* in fine Cop. *Bruto proximum in fastis locum tribuit.*

15. *Praesidium calliditatis amplexus est*] MS. inserit vocem *laudabiliter.* Similiter paulo post *trecentos ad se vocatos speciosa arma* &c. Ex quibus Pighius *ad se vocatos* male, mea sententia ejecit. PERIZON. *Laudabiliter* alibi non reperio. *Ad se vocatos.* exstant haec in Barb. prim. in ceteris videntur deesse. Leid. sext. pro iis habet *cautus.* Notandum vero multos MSS. habere *quos secum tota Sicilia nobilissimos & ditissimos, sed inermes, habebat*, deleto *ex.*

16. *Ad se vocatos*] Haec verba cum in scriptis codicibus non habeantur, atque salva sententia abesse possint, eradere visum est. PIGH. *Trecentos speciosa arma & electos equites quam celerrime expedire jussit*] Forte tunc instituit *Praetoriam cohortem.* Festus. *Praetoria cohors est dicta, quod a Praetore non discedebat. Scipio enim Africanus primus fortissimum quemque delegit, qui ab eo in bello non discederent, & cetero munere militiae vacarent, & sesquiplex stipendium acciperent.* Quam cohortem Lipsius ex conjectura refert ad Scipionem posteriorem. PERIZON. vide Lips. de Mil. Rom. L. II. Dial. 4.

17. *Speciosa arma & electos equos*] *Electos* deest in utroque Med.

18. *Ad oppugnandam Carthaginem advecturus*] Manuscripti libri, *avecturus.* Recte. [illegible] Uterque Ultraj. Cop. Leid. sext. *ad oppugnandum Carthaginem.* *Advecturus* habet [illegible] Leid. [illegible]

tam vafre telluri impreſſum oſculum, Urbi libertatem, Bruto primum in faſtis locum tribuit.

Scipio quoque ſuperior [15] praeſidium calliditatis amplexus eſt. Ex Sicilia enim petens Africam, cum ex fortiſſimis peditibus Romanis trecentorum equitum numerum complere vellet, neque tam ſubito poſſet eos inſtruere, quod temporis anguſtiae negabant, ſagacitate conſilii aſſecutus eſt. Namque ex iis *juvenibus*, *quos ſecum ex tota Sicilia nobiliſſimos & ditiſſimos*, *ſed inermes*, *habebat*, [16] *trecentos* [17] *ſpecioſa arma & electos equos quam celerrime expedire* juſſit; velut eos continuo ſecum [18] ad oppugnandam Carthaginem avecturus. Qui cum imperio ut celeriter, ita longinqui & periculoſi belli reſpectu ſolicitis animis paruiſſent: *remittere ſe* Scipio *illam expeditionem*, [19] *ſi arma & equos militibus ſuis tradere voluiſſent* edixit. Rapuit conditionem imbellis ac timida juventus, [20] inſtrumentoque ſuo cupide noſtris ceſſit. [21] Ergo calliditas ducis providit, ut ſi, quod protinus imperaretur, grave prius, deinde remiſſo militiae metu maximum beneficium fieret. Ann. urb. 548 Livius XXIX. 3.

[22] Quod

prim. ſext. Med. prim. Ultraj. ſec. *annecturus.* Bit. prim. *advecturos* Med. ſec. *evecturus* Ultraj. prim. reliqui *avecturus.* ſimiliter *abduci* pro *adduci* recte reſtitutum Frontino L. I, II. 6. Perizonius notabat. Sed ipſa haec *avehere* & *advehere* ſaepius a librariis commutata perperam eſſe docet Cl. Drakenborchius ad Sil. L. IV. 318.

19. *Si arma & equos militibus ſuis traderent*] Ante Pighium legebatur *tradere voluiſſent*, quod duodecim confirmant MSS. eſtque formula ſolemnis & propria edictorum, ſupra L. II. 4. 2. *ſedenſve ludos ſpectare vellet.* Itaque hoc clam mutatum reſtitui.

20. *Inſtrumentoque ſuo cupide noſtris ceſſit*] Ita unus quoque cod. Brand Alter, *inſtrumentaque ſua cupide noſtris ceſſit:* quod idem & in editione Martini Herbip. apparet. Et quidem verbum *cedere* caſum adſciſcit utrumque, diciturque *cedere alicui aliqua re*, & *cedere alicui aliquam rem.* Malim tamen legere *inſtrumento ſuo*, numero ſingulari: quia vox iſto numero multitudinem ſignificare ſolet. Ita dicitur *inſtrumentum bellicum*, *ruſticum*, *venatorium.* Noſter ſupra IV. 4 *inſtrumentum ruſticum.* VORST. *Inſtrumentaque ſua* habent etiam Cop. Med. ſec. Barb. prim. Leid. ſext. & Ultraj. uterque. Vide ſupra L. IV. 1. ext. 7.

21. *Ergo calliditas ducis providit*, *ut ſiquid protinus imperaretur*, *grave prius*, *deinde remiſſo militiae metu maximum beneficium fieret*] Vereor ne hic locus gloſſis ſit inquinatus. Ex MSto nihil praeſidii, niſi forte quod pro *remiſſo* legit *remiſſum.* Sed tamen nihil hoc juvat, Primo exterenda *prius & deinde*, legendumque, *ut quod*, *ſi protinus imperaretur*, *grave*, (ſcil. *fuiſſet*) *remiſſo militiae metu*, *maximum beneficium fieret.* Poſſet tamen etiam retineri *deinde. prius* forte ortum ex gloſſa τοῦ *protinus.* Et ita additum poſtea *deinde.* ex MSto poſſet legi. *ut ſi*, *quod* (pro *quia*) *protinus imperaretur grave prius*, (ſcil. *fuit*) *deinde remiſſum militiae metu maximum beneficium fieret.* PERIZON. Harl. & Med. prim. habent *grato prius.* Leid. quart. & quint. *gravato prius.* prim. ſec. tert. ſept. Leid. Ultraj. ſec. Med. ſec. Barb. *gratum prius* Bit. prim. *gravatum prius.* alii *grave prius.* Quod autem in Copeſiano eſt *remiſſum*, idem in octo aliis inveni. *prius* & *deinde* omnes MSS. retinent. An ſcripſit. *Ut quod*, *ſi protinus imperaretur*, *grave prorſus*, *deinde remiſſo militiae metu maximum beneficium fieret.* Non ſatis me expedio.

22. *Quod ſequitur narrandum quoque eſt*] Edd. Ven. & Mediol. tantum habent, *quod ſequitur narrandum eſt*: neque aliud praeferunt omnes

MSS.

4 Ann. urb. 569. circiter. Cic. Offic. I. 10.

[22] Quod sequitur narrandum est. [23] Q. Fabius Labeo, arbiter à senatu finium constituendorum inter Nolanos & Neapolitanos datus, cum in rem praesentem venisset, utrosque separatim monuit, *ut omissa cupiditate,* [24] *regredi modo controverso, quam progredi mallent.* Idque cum utraque pars auctoritate viri mota fecisset, [25] aliquantum in medio vacui agri relictum est. Constitutis deinde finibus ut ipsi terminaverant, quicquid reliqui soli fuit, populo Romano adjudicavit. Ceterum [26] etsi circumventi Nolani ac Neapolitani queri nihil potuerunt, [27] secundum ipsorum demonstrationem dicta sententia: [28] improbo tamen praestigiorum genere novum civitati nostrae vectigal accessit. Eundem ferunt, cum à rege Antiocho, quem bello superaverat, ex foedere icto dimidiam partem navium accipere deberet, medias omnes secuisse, ut eum tote classe privaret.

Ann. urb. 564. Livius XXXVIII. aliter.

5 [29] Jam M. Antonio remittendum convicium est: qui *idcirco se* ajebat *nul-*

MSS. Aldus, Ascensius & ceteri addiderunt *quoque.* prorsus praeter rem. Dicit auctor admodum simpliciter, *quod sequitur narrandum est*, id est praetermitti non potest, debet narrari, quoniam est vafrum quam maxime, licet etiam inhonestum & injustum, atque adeo non imitandum, quod sic subindicat se de Romano homine maluisse supprimere. Itaque secutus sum auctoritatem MSS.

23. *Q. Fabius Labeo*] Cicero Lib. I. Off. admodum abjecte de hoc loquitur, quasi nemo nosceret eum. Quod vero ad naveis Antiochi attinet, Liv. Lib. VIII. Dec. 4. anno U. C. 566. ait hunc Labeonem jussum a Consule Antiochi naveis Pataris urbe Lyciae incendere. Puto autem hunc postea consulem factum anno 571. GLAREAN.

24. *Regredi controversia, quam progredi mallent*] In manuscriptis quinque exemplaribus, *Regredi modo controverso*, Cicero Flacciana, *Voluisti magnum agri modum censere.* Ita saepe *modus* pro *agri mensura.* PIGH. *Modo controverso.* Posterior vox abest à Msc. COLER. *Regredi modo controverso, quam progredi vellent.* Ita scriptum reperit Pighius in quinque libris. Aldus perperam *regredi controversia.* Chalcocondyles paulo melius, *regredi modo controversia:* quod idem & in codd. Brandeb. apparet. Sed legendum sine dubio *modo controverso.* Est autem *modus controversus* pars agri de qua litigatur. Cicero in Or. pro Fl. *Voluisti magnum agri modum censere. Modus* pro eo quod vulgo quantitatem dicunt. VORST. De *modo agri*, vide ad L. V. 6. Ext. 4. Hic tamen, nescio quomodo, dura mihi videtur haec locutio, *regredi modo controverso*, si non addatur cujus rei intelligendus sit *modus. Regredi & progredi* per se sola recte opponuntur, ad significandum cupiditatem augendi agri inhibitam vel magis excitatam: unde ita & Cic. de Off. L. I. 10. *cum utrisque separatim locutum, ut nequid cupide agerent, nequid appetenter: atque ut regredi, quam progredi mallent.* quem locum ante oculos habuit noster. MSS. variant. Harl. Leid. prim. *Regredi modo quam progredi mallent.* Med. prim. Barb. sec. *regredi modo controversiam, quam*; reliqui *regredi modo controversia, quam progredi mallent.* & sic habent vetustiores Aldo editiones. an *regredi a modo controversi agri?* ut vox postrema per compendium scripta corruptioni locum dederit.

25. *Aliquantum in medio*] Cop. cum tribus aliis *aliquantulum.* sed non videtur auctor hic rem extenuare voluisse.

26. *Et si circumventi*] Sic edidit Pighius, & habent hoc fere omnes MSS. cum Ed. Med. Sed Ven. cum Aldo Asc. Col. *Et sic circumventi.* Gryph. & R. Steph. *Etsi sic.*

27. *Secundum ipsorum demonstrationem dicta sententia*] Cop. Leid. prim. *data sententia.* Est verbum *dare* satis frequens in judiciis. Suet. in Claud. c. 15. *Absentibus secundum praesentes facillime dabat*, Noster L. II. 8. 2. *Itaque Lutati, quamvis adhuc tacueris, secundum te [illegible]do*, Liv. L. IV. 9. *Magistratus secundum parentis arbitrium dant jus nuptiarum.*

28. *Im-*

nullam orationem scripsisse, ut si quid superiore [30] *judicio actum, ei, quem postea defensurus esset, nociturum foret, non dictum à se affirmare posset.* [31] Qui facti vix pudentis, tolerabilem caussam habuit. [32] Pro periclitantium enim capite, non solum eloquentia sua uti, [33] sed etiam verecundia abuti erat paratus. Cicero pro Cluent.

Sertorius vero corporis robore, atque animi consilio parem naturae indulgentiam expertus, proscriptione Sullana dux Lusitanorum fieri coactus, cum eos oratione flectere non posset, [34] ne cum Romanis universa acie confligere vellent, vafro consilio ad suam sententiam perduxit. Duos enim in conspectu eorum constituit equos, [35] alterum validissimum, alterum infirmissimum: ac deinde validi caudam ab imbecillo sene paulatim carpi, infirmi à juvene eximiarum virium [36] universam convelli jussit. Obtem- 6. Ann. urb. 675 Front. 1. 10. Plut. in vita.

28. *Improbo tamen praestigiorum genere*] *Praestigiorum* omnes veteres typis expressi, & MSS. item Brand habent. Neque Pighius & Colerus mutarunt; credo, quod ita & ipsi in MSS. reperissent. Thysius tamen maluit *praestigiarum.* Ego in tanto codicum consensu nihil mutandum putem. In Glossis Isonis Magistri in Hymn. VI. Prudentii lego: *Praestigium est monstrum, à praestringendo, i. illudendo improvise oculos.* VORST. Nihil mutant etiam MSS. nostri, nisi quod unus *praestrigiorum*, alius *praefigiorum* habet. Vix tamen vocem *praestigium* invenias, nisi apud Glossatores.

29. *Jam M. Antonio remittendum convicium est*] Lege ex MSto. *nam*, idest vero. Sed pro *convicium* MStus habet *quictum*, lege *commentum.* scil. *ui.* scribitur quasi *m*, cui literae superscripta lineola, sed tamen recta sicut, *m̄*, *men.* nullius enim hic convicii mentio fit, sed astutiae & callidi commenti. sed posset tamen exponi. *Non est incessendus convicio, quo dignum quidem erat factum, sed caussa facti indigna.* Min. Fel. *Non Philosophi sane studio, sed mimi convicio digna sententia.* PERIZON. *Nam* exstat in plerisque MSS. & Edd. ante Pighium, & saepius hoc cum *jam*, confusum esse supra satis monuimus. videndus Cl. Dukerus ad Praef. Flori. *convicium* retinent omnes mei. Hoc vult, condonari Antonio debere factum vafrum, nec eum ideo esse convicio proscindendum, quia id fecit ut subveniret saluti reorum periclitantium, quibus iam hoc modo prodesse honestum videri posset.

30. *Judicio actum, ei*] Supplet hunc locum Cod. Copes. hoc modo. *Ut si quid superiori judicio actum esset, quod ei, quem postea defensurus esset, nociturum foret, non dictum fuisse a se affirmare posset.* Etiam Bit. sec. *esset quod* exhibet.

31. *Qui facti vix prudentis*] In manuscriptis *pudentis.* eleganter. Item Terent. Heaut. *Animi pudentis signum* dixit. PIGH. *Facti vix pudentis.* Ita unus quoque cod. Brand. Aldus pro *pudentis* male ediderat *prudentis. Factum vix pudens* idem quod factum non satis verecundum. Terentius Heaut. *Animi pudentis*, i. e. verecundi, *signum.* Apud nostrum sequitur, quod M. Antonius *verecundia abuti paratus fuerit.* VORST. Perizonio videbatur omnino legendum *Quia facti*, ut est in Copes. codice, & Harl. *pudentis* exstat in MSS. pluribus ac melioribus. ut & in Edd. vetustissimis. Primus Aldus excudit *prudentis*, nam Ascensius *pudentis* retinuit.

32. *Pro periclitantium capite*] *Periclitantes* sunt qui caussam capitis dicunt. Hinc judicia capitalia & *pericula* dicta: ut apparuit supra VI. 4. 5. & VI. 9. 1. VORST.

33. *Sed etiam verecundia abuti*] MS. Copes. *sed etiam sua verecundia abuti.*

34. *Ne cum Romanorum universa acie confligere vellent*] A Pighio hoc est, cum antea legeretur *ne cum Romanis universa acie confligere vellent*, quod est in MSS. tredecim, nec opus fuit mutari.

35. *Alterum validissimum, alterum infirmissimum*] Praefero scripturam MS. *Duos equos, validissimum unum, infirmissimum alterum.* PERIZON. Praeferunt eamdem scripturam uter-

 que

temperatum imperio eſt. Sed dum adoleſcentis 37 dextera irrito ſe labore fatigat, ſenio confecta manus miniſterium executa eſt. Tunc barbarae concioni, quorſum ea res tenderet, cognoſcere cupienti, ſubjecit: 38 *Equi caudae conſimilem eſſe noſtrum exercitum, cujus partes aliquis aggrediens 39 opprimere poſſit: univerſum conatus proſternere, celerius tradiderit victoriam, quam occupaverit.* Ita gens barbara, aſpera, & regi difficilis, in exitium ſuum ruens, quam utilitatem auribus reſpuerat, oculis 40 pervidit.

7. Ann. urb. 537. Livius XXIII. 15. de Marcello narrat idem. Plut. Valerio congruit.

41 Fabius autem Maximus, cujus non dimicare, vincere fuit, cum praecipuae fortitudinis 42 Nolanum peditem dubia fide ſuſpectum, & ſtrenuae operae Lucanum equitem 43 amore ſcorti deperditum in caſtris haberet, ut

que Med. Sed ceteri habent, *validiſſimum alterum alterum infirmiſſimum.* Poſtea Bit. prim. *Infirmi vero a juvene,* quatuor *imbecilli ſene.*

36. *Univerſam convelli juſſit*] *Univerſum* opponitur diſcretis & ſeparatis. Hinc paulo ante, *caudam paulatim*, i. e. per partes, *carpi.* Sic & paulo ante, *Cum Romanorum univerſa acie confligere*: & paulo poſt, *Cujus partes aliquis aggrediens opprimere poſſit: univerſum conatus proſternere, celerius tradiderit victoriam quam occupaverit.* VORST.

37. *Dextera irrito ſe labore fatigat*] MS. *Irrita.* ſic L. VIII. 11. Ext. 5. *Natura aliquando artem irritam feſſa labore dimittit.* PERIZON.

38. *Equi caudae conſimilem eſſe Romanorum exercitum*] Sic Pighio placuit edere, neſcio an quod ita in ſuis codicibus ſcriptum inveniret; quod tamen vix crediderem, cum in duodecim meis ego inveniam *noſtrum exercitum*, ut exſtat in ceteris editionibus. Ultraj. ſec. habet *Romanorum* cum Med. primo, quod majori jure ſtatuas e gloſſa eſſe, quam *noſtrum*, quod reſtitui.

39. *Opprimere poſſit*] Quatuor MSS. *poſſet.* totidem *univerſum conatum proſternere.* Leid. ſext. *tradiderit ei victoriam.*

40. *Praevidit*] lego: *pervidit.* Sic infra: *Cauſſam altioris argumenti pervidit.* COLER. *Quam utilitatem auribus reſpuerat, oculis pervidit.* Editio Aldi habet *praevidit.* Quod Colerus & Thyſius & ſervarunt. Notat tamen Colerus, malle ſe legere *pervidit.* Atque ita ſane duo antiquiores typis expreſſi, & Brand MSS. & habent. VORST. Ego in nulla editione, ante Pighianam inveni *praevidit*: Aldinae quoque cum ceteris & MSS. duodecim habent *pervidit.* Leid. prim. *providit.* Med. prim. *Auribus deſpexerat oculis prodidit.* Vide ſupra L. II. 6. Ext. 12.

41. *Fabius autem Maximus*] Livius L. III. de ſecundo bello Punico, quiddam tale de Nolano equite L. Bautio, & de M. Marcello imperatore Romano narrat, nihil ſane de Fabio. At Lib. VII. ejuſdem belli, de quodam Brutiorum praefecto Tarenti & ſcorto ejus, ſimile quid etiam reperias de Fabio. GLAREAN.

42. *Nolanum peditem*] *Equitem L. Bantium* appellat Livius loco in margine citato.

43. *Amore ſcorti deperditum*] Ita vocat eum, qui ut Livius loquitur, amore ſcorti deperit; vel, ut alii, ipſum ſcortum deperit. Verba Livii L. XXVI. ſunt: *Cum interim audiret, deperire eum* (Allucium) *ſponſae amore.* VORST. Leid. ſec. *ſtrenuum operae*; ſext. delet *Nolanum. Perdite amare* ſaepe occurrit, pro vehementiſſime ad inſaniam uſque.

44. *Quam in utrumque animadverteret*] Med. prim. *Quam ut utrumque,* ſec. *Quam ut in utrumque animadverteret.*

45. *In altero diſciplinam paululum a recto tenore deflexit*] MSS. novem *in alterum* habent. Harl. & Leid. quart. *a recto itinere. In altero* eſt, quod alterum attinet: tum vocem *tenor* ſaepius uſurpat noſter. L. II. 7. 14. *ubi a recto tenore deſciverunt,* L. I. 1. 8. *Quo minus religionibus ſuis tenor, ſi aque obſervatio redderetur.* & ſic *tenor juſtitiae.* L. VI. 5. 1. Poſtea aliquot ſcripti *namque illum* praeferunt.

46. *Clam meretricem redimere paſſus*] Plutarch. mulierem juſſu Fabii comprehenſam & in caſtra perductam, amat[illegible] ejus cauſſa ſaepe extra caſtra pernoctanti a Fabio oblatam & traditam eſſe, ut in poſterum di-

ut utroque potius bono milite uteretur, [44] quam in utrumque animadverteret, alteri suspicionem suam dissimulavit, [45] in altero disciplinam paululum à recto tenore deflexit. Nam illum plene pro tribunali laudando, omnique genere honoris prosequendo, animum suum à Poenis ad Roma- Ann. urb. 544. Plut. nos coëgit revocare:. & hunc [46] clam meretricem redimere passus, para- Fabio. tissimum pro nobis [47] excursorem reddidit.

[48] Veniam nunc ad eos, quibus salus astutia quaesita est. [49] M. Volusius 8. Ann. urb. aedilis plebis proscriptus, [50] assumpto Isiaci habitu, per itinera viasque pu- 610. App. Civil. IV. blicas stipem petens, quisnam revera esset, occurrentes dignoscere passus p. 215. non èst. Eoque fallaciae genere tectus, in M. Bruti castra pervenit. Quid illa necessitate miserius, quae magistratum populi Romani, [51] abjecto hono-

disciplinae esset observantior, narrat in Fabio Max. p. 186. Ed. Franc.

47. *Excursorem*] Lib. Danielis *Excussiorem.* scio quid adferri possit pro hoc. sed nihil ausim mutare. Nam *Excursor* pro milite accipi potest expedito & levioris armaturae. Cicero Lib. II. De Divin. *Sed haec fuerit nobis tanquam levioris armaturae prima orationis excursio.* Alludit & illa Plautini Tranionis oratio:

Isti qui hastis trium numorum causa subeunt sub fulas?
Ubi aliqui quindecim hastis corpus transfigi solent?
Ego dabo ei talentum, primus qui in crucem excucurrerit.

Graecis simili notione ἐκδρομοὶ dicuntur ut Thucydidi Libro IV. Orat. Brasidae, ubi vetus scholiastes ἐκδρομοὶ, οἱ τεταγμένοι δηλονότι ἐπὶ τὸ ἐκτρέχειν. COLER. MSS. Septem *excussioremque.* uterque Ultraj. *excustioremque.* Harl. *Excussoremque.* Leid. sec. & Bit. prim. *excussorem.* Edd. Ven. *excussoremque.*

48 *Veniam nunc ad eos*] Hic incipit caput 4. *De Astutia* in Bit. prim. ceteri hanc distinctionem ignorant.

49. *M. Volusius aedilis plebis*] *Aedilis plebis* qui de plebe: *curulis* vero qui ex Patribus creatus sella curuli uteretur. VORST. Crassam mihi hic Vorstii ignorantiam specta. Etenim primo quidem Aediles curules ex patriciis sunt creati, sed non multo postquam erant creari coepti, alternis annis ex plebe & ex patribus, deinde vero promiscuum fuit. Liv. L. VII. I.

50. *Assumpto Isiaci habitu*] *Isiacus* est sacerdos Isidis. Solebant tales per urbem & vicos vagari mendicantes, pollicentesque se futura praedicaturos, si daretur assis. Habitum illum Isiaci mox & *alienigenae religionis insignia* vocat. Nimirum Isis ab Aegyptiis culta. VORST. Videndus Suidas in v. ἀγείρειν, & Cuperus L. III. obs. 4. PERIZON. Quem velim conferas cum Kusteri ad Suidam nota.

51. *Abjecto honoris praetexto*] Ita optime codices Brand. Aldus & Martinus Herbip. habent *praetextu.* Pighius maluit *praetexta*; quasi non & *praetextum* diceretur. Et Pighium secuti sunt Colerus & Thysius. At infra VII. 5. 6. nihil mutarunt. Mirum igitur, quod non & hic servarunt. Seneca ep. 71. *Illud pulcherrimum reip. praetextum, optimates, uno proelio profligabuntur.* Ubi optimates reip. *praetextum*, id est, ornamentum dicuntur. Apud nostrum reperitur supra VII. I. I. *speciosissimi triumphi praetextum.* Ad quem locum & Notas vide. Florus I. 5. numero plurali dicit *praetexta.* VORST. *Praetexto* longe plures hic habent e nostris MSS. pauculi *praetextu*, ut edebatur ante Pighium, qui *praetexta* dedit. Vide supra ad L. II. 10. init.

52. *Per urbem jussit incedere*] MS. *Orbem.* sane *urbem* hic est alienum, praecedebat enim *per itinera & publicas vias*, atque ita *in M. Bruti castra pervenit.* *Orbis* absolute positus pro *orbis terrarum*, ceu multis ejus regionibus, quas peragrare debuit tendens in Bruti castra. PERIZON.

53. *Omnes aut hi suae vitae, aut illi alienae*

noris praetexto, alienigenae religionis obscuratum insignibus, [52] per urbem jussit incedere? [53] Omnes aut hi suae vitae, aut illi alienae mortis cupidi, qui talia vel ipsi sustinuerunt, vel alios perpeti coëgerunt.

9. Ann. urb. 610. App. Civil. IV. 314. de Pomponio.

[54] Aliquanto speciosius Sentii Saturnini Vetulionis in eodem genere casus, ultimae sortis auxilium. Qui cum à triumviris [55] inter proscriptos nomen suum propositum audisset, continuo praeturae insignia invasit, [56] praecedentibusque in modum lictorum & apparitorum publicorum servis subornatis, vehicula comprehendit, hospitia occupavit, obvios submovit, ac tam audaci usurpatione imperii, in maxima luce [57] densissimas hostilibus oculis tenebras offudit. Idem ut Puteolos venit, [58] perinde ac publicum ministerium agens, summa cum licentia correptis navibus in Siciliam, certissimum tunc [59] proscriptorum profugium, penetravit.

His

nae mortis cupidi] Ita rursus optime codices Brand. Veteres typis expressi, *Omnes autem hi:* quod Pighium & alios retinuisse miror. Necesse omnino est, disjunctivum *aut* bis positum esse; quomodo mox & alterum disjunctivum *vel* bis positum est. VORST. Lege cum Schotto ex veteri Codice. *O nimis*, & cum Vorstio *aut hi*. PERIZON. *Aut* habet Bit. prim. & Ultraj. sec. *O nimis* nullus nostrorum MSS. valde tamen mihi placet. Friget enim sententia, si vulgatam lectionem retineas.

54. *Aliquanto speciosius sententiis Saturnini Vetullionis*] In Susiano, Wincheliano & Pulmanniano; *Aliquanto speciosius Saturnini Vetulonis*. Corradus legit; *Aliquanto speciosius Sentii Saturnini Vetulionis*. Sed idem hoc narrat Appianus Alexandrinus de Pomponio quodam. Locus hic haud dubie contaminatissimus est, ac merito notandus asterisco; sed nihil auxilii in exemplaribus est. PIGH. *Aliquanto speciosius Sentii Saturnini Vetulionis*. Ita legendum monuit Corradus. Et probat lectionem eam Pighius. Sed & Parrhasius ita legendum conjecerat, ut Theoph. Chalcocondyles testatur. Antiquiores typis expressi habent, *Aliquanto speciosius sententiis*. VORST. Med. uterque. *Aliquanto speciosius Saturnini*. reliqui fere *sententiis Saturnini*. Sed Leid. quint. *Saucii Saturnini*. Leid. quart. quint. sext. cum Ultraj. sec. *Vetulonis*. & sic a manu prima est in Ultraj. prim. secunda correxit *Vetulionis*. uterque Barb. *Vitulionis*. Perizonius adscripsit. Forte apud Appianum legendum Οὐετλώνι, de *Sentio Saturnino* vide Vell. L. II. 77.

55. *Inter proscriptos nomen suum propositum audisset*] Bit. uterque Med. *Nomen suum positum audisset*.

56. *Praecedentibusque in modum lictorum & apparitorum publicorum servis subornatis*] Ita recte Aldus & Chalcoc. ediderant. Sed Pighius mutavit sic, *publicorumque servorum subornatis*. Suos servos Sentius Saturninus in modum lictorum & apparitorum publicorum subornavit. VORST. Ut Aldus, ita habent MSS. Cop. Bit. prim. Med. sec. cum quatuor Leid. sed Harl. *& servorum publicorum servis subornatis*. uterque Barb. cum Med. sec. & utroque Ultraj. *& servorum publicorum subornatis*. Reliqui etiam videntur cum Pighio consentire. Quasi sit praecedentibus hominibus subornatis in modum lictorum, apparitorum, & servorum publicorum. Possit tamen etiam legere, *& servorum publicorum servis subornatis*. ut alterum *servis*, vel *servorum* propter alterum fuerit omissum, id quod saepius in nostro contigisse vidimus.

57. *Densissimas hostilibus oculis tenebras offudit*] MSS. novem cum Ven. Ed. *effudit*. Leid. quint. *suffudit*. *Caligo* plus semel dicitur *effundi* apud Curtium. Hic vero cum dicantur *tenebrae offundi oculis*, nimis illud proprium & frequens existimo, quam ut de ejus lectione dubitari possit, etsi complures MSS. dissentiant. Idem Curt. L. VII. 6. 22. *Namque cervix ejus saxo ita icta est, ut oculis caligine offusa collaberetur*. Valer. Flac. L. IV. 4[illegible]

——— *hinc mihi tant[illegible]*
Pestis, & offusae media inter dicta tenebrae.

Ubi

His uno adjecto levioris notae exemplo, [60] ad externa convertar. Amantissimus quidam filii, cum eum inconcessis ac periculosis facibus accensum, [61] ab insana cupiditate inhibere vellet, [62] salubri consilio patriam indulgentiam temperavit. Petiit enim ut prius quam ad eam, quam diligebat, iret, vulgari ac permissa Venere uteretur. Cujus precibus obsecutus adolescens, [63] infelicis [64] animi impetum satietate concubitus licentis resolutum, ad id, quod non licebat, tardiorem pigrioremque afferens, paulatim deposuit. 10.

Externa.

Cum Alexander Macedonum rex forte monitus, ut eum, qui sibi [65] porta egresso primus occurrisset, interfici juberet; [66] asinarium forte ante omnes 1.

Ubi antea quoque *effusae* legebatur. Vide omnino Nob. Heinsium, & Cl. Burman. ad Phaed. L. II. 4. II.

Terrore effuso, & perturbatis sensibus.

58. *Perinde ac publicum ministerium agens*] Sic Pighius; antea legebatur *perinde ut publicum.* quod in Cop. Harl. Barb. prim. Leid. sec. & Ultraj. sec. exstare video. Ter. Heaut. act. I. 2. 21.

Atque haec perinde sunt, ut illius animus, qui ea possidet.

& sic saepe etiam Cicero.

59. *Proscriptorum profugium*] Quidam codices, interque hos unus Brand. habent *perfugium:* quod fortasse & rectius est. VORST. *Perfugium* habebat etiam Copes. quod animadvertendum notabat Perizonius. item Leid. sext. *refugium* Leid. sec. Mihi *perfugium* omnino probatur, Cic. L. I. Tusc. Quaest. c. 49. *Portum potius paratum nobis & perfugium putemus.* Ubi Victorius quoque *profugium* edidit. Sed *perfugium* habent libri Gruteri & Davisii. Similiter pro Caecina c. 34. *Exilium etiam non supplicium est, sed perfugium portusque supplicii.* ubi alii *profugium* legerunt, quemadmodum & aliis locis.

60. *Ad externa convertar*] MSS. duodecim cum Edd. ante Pighium *revertar.* quod videtur ortum ex *devertar*, ut est in Leid. primo.

61. *Ab insana cupiditate inhibere vellet*] Similiter olim legebatur *pater inhibere vellet*, [illegible] invenio in MSS. novem. *Patriam* erasum est in Copes. alii *patriam*, alii *paternam* exhiben[illegible]

62. *Salubri consilio*] In Wincheliano & Coloniensi, *Salubris consilii astutia.* Melius. PIGH. *Salubris consilii astutia.* Scripsit ita Pighius ex cod. Wincheliano & Coloniensi. Antiquiores typis expressi, *salubri consilio:* id quod in utroque etiam cod. Brand. observo. VORST. *Salubri consilio* habent duodecim nostri MSS. & omnes editiones. Quid obstabat, quominus restitueretur?

63. *Infelicem animi impetum*] Ita rursus Pighius è praedictis codd. In aliis est *infelicis an. impetum.* VORST. Interea tamen in meis, quantum video, omnibus, est, *infelicis animi*, quod ideo revocavi.

64. *Infelicis animi impetum satietate licentis concubitus resolutum*] Elegantius in iisdem codicibus, *Infelicem animi impetum satietate concubitus liciti resolutum.* PIGH. *Satietate concubitus liciti.* Et hoc ex praedictis Pighius. Alii, *satietate licentis concubitus:* ut *licens* idem sit quod *licitus.* VORST. Etiam hic omnes mei *licentis* habent. supra L. VI. 4. 2. *Aeque malam licentis imperii magistram judicans* *Licentis* est, in quo animi sui libidini cum licentia posset indulgere.

65. *Porta egresso*] Ultraj. prim. *Portam egresso*, & sic habet Med. prim. Sed alio loco in hunc modum. *Forte ante omnes obvium portam egresso factum*

66. *Asinarium forte sibi obviam factum*] Plenius in Atrebatensi, Coloniensi, Susiano, aliisque; *Asinarium forte ante omnes obviam factum.* PIGH. *Asinarium forte ante omnes obviam factum.* Voces *ante omnes* restituit Pighius

omnes obviam factum, [67] ad mortem arripi imperasset, eoque quaerente, *quidnam se immerentem capitali supplicio*, [68] *innocentemque addiceret*, cum ad excusandum factum suum oraculi praeceptum retulisset, asinarius, *Si ita est*, inquit, *rex*, *alium sors huic morti destinavit. nam asellus, quem ego ante me agebam, prior tibi occurrit.* Delectatus Alexander & illius tam callido dicto, & quod ab errore ipse revocatus erat, occasionem in aliquanto viliore animali expiandae religionis rapuit. [69] Summa in hoc cum callidita-te

ghius ex Atrebatensi, aliisque codd. VORST. Ut edidit Pighius, ita plures habent MSS. & Ascensii editio: pars addit *sibi ante omnes*. Sed Mog. Ven. cum MSS. quinque favent Aldo, *ante omnes* omittenti.

67. *Cum Alexander &c ad mortem arripi imperavit*] Lege omnino cum Cod. MSto. *Imperasset*. Necessario enim *cum* talem formam requirit, & sequitur demum ἀπόδοσις superioris orationis, cum ait, *Asinarius inquit*. Distinctionem etiam majorem tolle post *imperasset*, sequentia enim cohaerent. PERIZON. *Imperasset* legendum esse ex duodecim MSS. consensu apparet. Neque aliter habent Edd. Mog. Ven. Ascens. Sed Aldus dedit *imperavit*, quod ceteri sunt secuti. cohaerent, *quum Alexander imperasset*, & *cum*, *eo quaerente*, *retulisset*, ut sic necessario fuerit emendandum, & tollenda etiam distinctio major post *imperavit*. Porro etiam *abripi* habent Ultraj. sec. Leid. tert. quart. quint. cum Edit Mog. supra L. II. 7. 6. *Filium* &c. *abripi a lictore, & in modum hostiae mactari jussisti.* & sic saepe *abripere* pro *arripere* emendarunt viri eruditi. Vide quos citat Cl. Drakenb. ad Sil. L. V. 229. Terent. Adelph. Act. II. I. 27.

Nam si molestus pergis esse, jam intro arripiere.

ubi Faernus notavit librum Bembinum & Decurtatum habere *abripiere*. And. Act. IV. 4. 47.

Hem scelera. hanc jam oportet in cruciatum abripi.

Adde Curt. L. IV. 4. 5.

68. *Innocentemque*] Delent hoc tamquam superfluum, quoniam antecessit *immerentem*, uterque Med. tum Ult. prim. *quem ego ante agebam*, deleto *me*. Klokkius legebat ex MSS. *Quidnam se immerentem capitale supplicium adigeret.*

69. *Summa in hoc cum calliditate mansuetudo, summa quoque in alterius regis equisone calliditas.* Suspecta haec & corrupta. *Mansuetudo* fuit in Rege Alexandro, *calliditas*, siqua fuit, fuit in equisone, cujus dictum a calliditate laudavit Valerius. MS. Copes. concisius, forsan & rectius. *Summa in hoc mansuetudo, in alterius regis equisone calliditas.* Recte *Alterius Regis*, quia prima hujus periodi pars ad regem Alexandrum pertinet non ad asinarium. PERIZON. Cum Copesiano consentiunt Ultraj. Med. Barb. utrique, Harl. Bit. Ed Mog. Sed Leid. sext. *Summa in hac est calliditate mansuetudo.* Bit. prim. *Sed in alterius regis.* Mihi vulgatum non displicet. *In hoc* sc. facto, exemplo.

70. *Equisone*] Aliquot MSS. *equisona*. Leid. prim. *exquisitore*. sext. *exquisitione*.

71. *Sordida magorum dominatione Perside oppressa*] Haec Valerii verba Oliverius ita ordinat, ut dicat *oppressa Perside*, cum hic de *liberata Perside* author loquatur: ideoque recte taxat Badius Oliverium. *Perside* igitur est velut loci ablativi, pro *in Perside*, *regione Persarum*. aut est Genitivus *Persidae*, nominativi *Persida*, ab accusativo Graeco *Persida* formato. Conjungendum igitur, *oppressa tyrannide sordida magorum in Perside*, aut, *ipsius Persidis*. GLAREAN. *Sordida magorum dominatione Perside oppressa.* Veteres libri recte omittunt vocem *Perside*. Res enim accidit Magis jam oppressis & occisis, ac Perside liberata. PIGH. Mire involutus locus: mihi quidem. *Darium* ecce *regem* vocat. atqui candidatus regni saltem erat; & de eo agitur, quo modo & qua fraude regnum adeptus. Sed & adjutores ejusdem dignitatis appellat. Adjutoresne regni? imo contra, adversarii ejus, & quisque sibi spondebat eam dignitatem. Aut nihil video, aut grandis & audax depravatio: quae nescio an sit levanda. (nam ut tollam prorsus, fine libris vix sperem.) *Darius rei adjutoribus ejusdem assumptis.* Historia sane talis: & ii qui conjurarant in magos, convenere simul in hanc conditionem de regno. LIPS. Vocat *Darium Regem* qui nondum Rex. Sed hoc fortassis quasi Poëticum excusari possit. Illud quid sit juxta cum ignarissimis ignoro. *Adjutoribus ejusdem dignitatis assumptis.* Quos adjutores dicat, nescio. Isti vero non adjuto-

te mansuetudo: summa quoque in alterius regis [70] equisone calliditas.

[71] Sordida Magorum dominatione oppressa, Darius sex adjutoribus ejusdem dignitatis assumptis, pactum cum praeclari operis consortibus fecit, ut equis insidentes, [72] solis ortu cursum in quendam locum dirigerent; isque regno potiretur, cujus equus in eo [73] primus hinnisset. Ceterum maximae mercedis competitoribus fortunae beneficium expectantibus, solus acumine equisonis sui [74] Oebaris prosperum exoptatae rei effectum assecutus 2. Herod. III. Justin. I.

tores Dario, sed potius aemuli. De grandi & audaci depravatione non injuria subolet sagacissimo Lipsio; quam tamen non deprehendit. Ego ad ipsa cubilia latentis monstri pervenisse mihi videor. scripserim omnino: *Darius recuperatoribus ejusdem dignitatis assumptis.* Justinus L. I. *Magna quidem gloria regni recepti fuit. Recuperatores* eos appellat, qui de regno ambigebant; vel quia partim magos sustulissent, vel quia pristinum Regni statum unusquisque eorum recuperare satagerent. Hanc sententiam meam quasi tabella tibi, Clarissime Lipsi, porrigo. Tu vel circumscribe, vel totam dele. COLER. *Darius rex adjutoribus ejusdem dignitatis assumptis.* Mendum hic esse suspicantur Lipsius & Colerus. Et suspectum quidem est illis quod Darius *rex* dicitur, cum adhuc ambiguum esset, ipsene an alius regnum adepturus esset. Conjicit ergo Lipsius legendum esse, *Darius rei adjutoribus ejusdem assumptis*; ut *dignitatis* expungatur. Sed melior conjectura Gevartii Lib. I. Elect. cap. I. quod pro *rex* legendum sit *sex*: habentque ita se omnia rectissime. *Assumpsit Darius sex adjutores*, cum magum interficere in animo haberet. Et fuerunt isti adjutores ejusdem dignitatis. Justinus I. 10. 2. *Erant virtute & nobilitate ita pares, &c.* VORST. In Bas. ad marginem est. *Sordida Magorum dominatione Perside oppressa, Darius restitutoribus ejusdem dignitatis assumptis pactum cum praeclari operis consortibus fecit.* Ejicio importunas glossas & lego. *Sordida Magorum dominatione oppressa, Darius praeclari operis consortibus assumptis, pactum cum iisdem fecit.* Nisi brevius placet. *Sordida Magorum dominatione oppressa, Darius pactum cum praeclari operis consortibus facit.* Nam illa *restitutoribus ejusdem* (& hoc pronomen scio ad illam insiticiam vocem *Persidis* [illegible]) *dignitatis*, clarum glossema sunt, *Praeclari operis*. KLOKKIUS. Cod. Schegkii habebat. *Sordida Magorum dominatione Perside oppressa, Darius adjutoribus ejusdem dignitatis assumptis, cum eos occidisset, pactum cum praeclari operis consortibus* &c. & huic lectioni fere accedere notat Herbipolensem editionem Martini. Vide illum ad Vell. L. II. 62. 3. Addo etiam Ed. Mog. hoc modo. *Darius rex, cum eos occidisset, adjutoribus* &c. & sic uterque Med. nisi quod habent *cum adjutoribus*. & Ultraj. sec. *Perside* exstat etiam in Leid. quart. sext. sept. & a manu sec. in Ultraj. prim. *Rex* addititium videbatur Guyeto. Perizonius adscripsit. Lege cum Gevartio *sex*. & deinde. sic *victor* L. VIII. I. 3. *Quem truci vultu a se Victor insolens repulsum excusso e manu annulo humi jacere aliquamdiu passus est.* qui nondum victor erat. Schegkii emendatio placet. Malim tamen, *Darius cum eos occidisset, sex adjutoribus ejusdem dignitatis assumptis.* Nam ex τὸ *sex* τὸ *rex* ortum omnino videtur: & quamvis per prolepsin dici possit *Rex*, qui nondum *rex* erat, sed postea fuit, quomodo *Campus Martius* dicitur a Livio, qui *Martius* nondum erat, L. I. 44. quod frustra deleri voluit Tan. Faber, tamen hic locum videtur habere non posse, ubi de regia dignitate acquirenda agitur.

72. *Solis ortu cursum in quendam locum dirigerent*] Pontanus Notis in cap. 4. lib. I. Macrobii conjicit legendum esse *sole orto*. VORST. *Solis ortu*, retinent omnes scripti & typis expressi. *Ortu solis* est, dum sol oritur, *inter ortum solis*, ut loquitur Just. L. I. 10. Herod. Ἡλίου ἐπανατέλλοντος.

73. *Primus hinnisset*] An nove hoc excogitatum? an Persis quoque aliqua in hinnitu religio, ut Germanis olim? Multa morum & rituum hae duae gentes alias participant. COLER. Leid sec. *Hinnitum dedisset.*

74. *Oebaris*] MSS. *Ebaris, Oebaris, Cobaris, Eharris, Cinnibaris, Oenibaris.* Recte *Oebaris*, Οἰβάρης Herod L. III. 85.

75. *Naribus equi*] Aliter Justinus ex Herodoto. Sed idem ex Persarum commentariis alte-

tus est: qui in equae genitalem partem demissam manum, cum ad eum locum ventum esset, [75] naribus equi admovit. [76] Quo odore irritatus, ante omnes hinnitum edidit. Auditoque eo, [77] sex reliqui summae potestatis candidati continuo equis delapsi, ut est mos Persarum, humi prostratis corporibus Darium regem salutaverunt. [78] Quantum imperium, quam parvo interceptum est vaframento!

3. [79] Bias autem, cujus sapientia diuturnior inter homines est, quam patria Priene fuit ([80] siquidem haec etiam nunc spirat: illius perinde atque extinctae vestigia tantummodo extant) *ita* ajebat *oportere homines in usu amicitiae versari, ut meminissent eam ad gravissimas inimicitias posse converti.* Quod quidem praeceptum [81] prima specie nimis fortasse callidum videatur, inimicumque simplicitati, qua praecipue familiaritas gaudet: [82] sed si altioribus animis cogitatio demissa fuerit, perquam utile reperietur.

Arist. II. Rhet. Alii aliis attribuunt.

Aliter Cic. in Laelio.

4. [83] Lampsacenae vero urbis salus unius vaframenti beneficio constitit. Nam [84] cum

terum excerpsit, quibus & Valerius adhaeret. COLER.

76. *Quo odore irritatus ante omnes hinnitum edidit*] MS. *Dedit.* eleganter. Forte & legendum. *Qui odore irritatus.* PERIZON. *Dedit* etiam uterque Med.

77. *Sex reliqui summae potestatis continuo equis delapsis, candidati (ut mos est Persarum, &c.*] Falsus est ordo, qui melior ac verior in manuscriptis; *Sex reliqui summae potestatis candidati continuo equis delapsi, ut mos est Persarum, &c.* PIGH.

78. *Quantum imperium quam parvo &c.*] Ultraj. prim, *Quam parvo maximum interceptum est imperium vaframento.*

79. *Bias autem*] Chiloni tribuit Gell. L. I. Noct. Att. 3. PERIZON.

80. *Siquidem illa etiam nunc spirat, hujus perinde atque exstinctae*] A Pighio hoc est, qui more suo *hic* & *ille* transposuit, quod exstimabat *hic* ad proximum, *ille* ad remotius esse referendum, cum tamen ex MSS. liqueat, contrarium placuisse Valerio. Ante Pighium legebatur, *siquidem hic etiamnum spirat, illius.* Sed Mog. cum MSS. duodecim, *siquidem haec etiam nunc spirat, illius.* quod reponendum curavi: confer. L. I. 8. Ext. 3. & L. V. I. init. L. II. 7. II.

81. *Prima specie*] Ultraj. prim. cum Leid. prim. *prima facie.*

82. *Sed si altioribus animis cogitatio demissa fuerit*] MS. *Altior animi.* Lege, *Altior animis.* PERIZON. *Altior animi* habent quoque Ed. Mog. MSS. Barb. & Bit. prim. Harl. Leid. sec. sext. Ultraj. sec. sed primus, *altior animi.* Leid. prim. *Altioris animi.* paulo superius pro *videatur*, Ultraj. sec. Med. sec. Leid. quart. cum Mog. *videtur.* Cop. *nimis calidum.*

83. *Lampsacenae urbis*] *Lampsacena urbs* pro *urbs Lampsacum*; ut *urbs Romana* pro *urbs Roma*, apud Justinum & alios. Fuit autem Lampsacum urbs ad Hellespontum sita in Asia. VORST. Nonnulli *Lausacenae*, vel *Lamsacenae.*

84. *Cum ad excidium ejus summo studio Alex. ferretur*] Ita Aldus & Theoph. Chalcoc. Quos Pighius & alii sunt secuti. At cod. Brand. *ad exitium ejus:* cum quibus consentit vetus editio Martini Herbip. Voce *exitii* paulo post eadem de re iterum utitur. VORST. Complures etiam e nostris *exitium*, vel *exicium* habent cum Ed. Mog.

85. *Vetusta nobilitate*] Lampsacum dictum ἀπὸ Λαμψάκης ἐπιχωρίας τινὸς κόρης, teste Stephano. Vini feracissima fuit haec civitas, unde haud dubie à Priapo condita scribitur Bacchi & Veneris filio. de qua re multis Plutarchus in libello De Clar. Mulier. Sed & Demosthenes [illegible] appellat. Servius ad IV. Georg. *Priapus fuit de Lampsaco civitate Hellesponti, de qua pulsus propter virilis membri magnitudinem, post in numerum Deorum receptus meruit numen esse hortorum.* COLER. De-

[84] cum ad excidium ejus ſummo ſtudio Alexander ferretur, progreſſumque extra moenia Anaximenem, praeceptorem ſuum, vidiſſet; quia manifeſtum erat, futurum, ut preces ſuas irae ejus opponeret: *non facturum ſe quod petiſſet* juravit. Tunc Anaximenes, *Peto*, inquit, *ut Lampſacum diruas.* Haec velocitas ſagacitatis oppidum [85] vetuſta nobilitate inclytum exitio, cui deſtinatum erat, ſubtraxit.

Pauſan. Eliaca II. Suidas.

Demoſthenis quoque aſtutia mirifice cuidam ancillae ſuccurſum eſt, quae 5.
pecuniam depoſiti nomine à duobus hoſpitibus acceperat, ea conditione ut illam ſimul utriſque redderet. Quorum alter interjecto tempore tanquam mortuo ſocio ſqualore obſitus, [86] deceptae omnes nummos abſtulit. Supervenit deinde alter, & depoſitum petere coepit. [87] Haerebat miſera in maxima pariter & pecuniae & defenſionis penuria, jamque de laqueo & ſuſpendio cogitabat. Sed opportune [88] Demoſthenes ei patronus adfulſit: qui ut in advocationem venit, [89] *Mulier*, inquit, *parata eſt depoſiti ſe fide ſolvere: ſed niſi ſocium adduxeris, id facere non poteſt. Quoniam ut ipſe vociſe-*

De nominis huic urbi impoſiti origine non ſatis conſtat inter veteres. Vide Jac. Gronovium ad Melam L. I. 19. atque etiam Iſ. Voſſium.

86. *Decepta ea omnes nummos abſtulit*] Aldus ſcripſerat *deceptae omnes numm. abſt.* Sed Pighius mutavit. Codicum Brand. unus unam, alter alteram lectionem ſequitur. Ceterum *deceptae* veteres quoque editiones Martini Herbip. & Chalcoc. habent. VORST. Ut Pighius edidit, exhibet haec Ultraj. prim. Leid. ſext. *decepto.* ceteri omnes cum omnibus Edd. *deceptae omnes nummos abſtulit.*

87. *Haerebat miſera in maxima pariter, & pecuniae & defenſionis penuria, jamque de laqueo & ſuſpendio cogitabat*] Melius MSS. *haerebat miſera & in max. par. pec. & defenſionis inopia jam de l. e. ſ. cogitabat.* PERIZON. Ultraj. ſec. *& in maxima pariter.* Leid. quint. delet *pariter.*

88. *Demoſthenes ei patronus adfuit*] Eleganter, *adfulſit*, in manuſcriptis: namque praeter ſpem adfuit, cum jam de ſuſpendio cogitaret. Sic *fortuna adfulget*, quae praeter ſpem propitia advenit. Livius Lib. XXX. *Et mihi talis aliquando fortuna adfulſit.* PIGH. *Demoſthenes ei patronus affulſit. Affulſit* ſcripſit Pighius ex codd. MSS. Aldina & alia veteres editiones habent *affuit.* Codicum Brand. rurſus unus unam, alter alteram lectionem ſequitur. VORST. Bit. Leid. primi. Harl. Ultraj. ſec, Barb. prim. Copeſ. cum. Vet. Edd. *adfuit* habent, reliqui *adfulſit.* L. VII. 6. Ext. I. *Cretenſibus nihil tale praeſidii adfulſit.* hunc locum Perizonius adſcripſit. *Adeſſe* proprie patroni dicuntur reis, *adſulgere* tamen hic magis placet, quoniam ſubitum & inexſpectatum ejus auxilium expreſſius declarare videtur.

89. *Mulier, inquit, parata eſt depoſiti fidem ſolvere*] *Solvere fidem*, eſt rumpere fidem, Terentio in Andria. Rectius igitur veteres libri dicunt; *Depoſiti ſe fide ſolvere*, ut ſolvere ſacramento. PIGH. *Depoſiti ſe fide ſolvere.* Ita recte reſtituit Pigius. Et habet quoque ita unus cod. Brandeb VORST. Ut Pighius, ita plerique MSS. quatuor, *parata eſt depoſiti ſe fidem ſolvere.* Cave tamen cum Pighio *ſolvere fidem* ideo damnes, quod hoc ſignificet fidem rumpere. Falluntur enim, qui ita cenſent. Nam locus Terentii procul dubio Ironice accipiendus eſt. Flor. L. I. I. 12. *Illi, ut & fidem ſolverent, & ulciſcerentur, clypeis obruere.* conſule ibi Cl. Dukerum.

90. *Ne pecunia alteri ſine altero numeretur*] Octo MSS. *Numeraretur*, unus, *Enumeraretur.*

91. *Ac ne illud parum quidem prudenter*] Aliquot MSS. *At ne illud quidem parum prudenter.*

 92. Qui-

feraris, haec dicta est lex, [90] *ne pecunia alteri sine altero, numeretur.*

6. [91] Ac ne illud parum quidem prudenter. [92] Quidam Athenis universo populo invisus, [93] caussam apud eum capitali crimine dicturus, maximum honorem subito petere coepit: non quod speraret se illum consequi posse, sed ut haberent homines, ubi procursum irae, qui acerrimus esse solet, effunderent. [94] Neque eum haec tam callida consilii ratio fefellit. [95] comitiis enim clamore infesto, & crebris totius concionis sibilis vexatus, nota etiam denegati honoris perstrictus, ejusdem plebis paulo post in discrimine vitae clementissima suffragia expertus est. Quod si adhuc ei ultionem sitienti, capitis sui periculum objecisset, [96] nullam partem defensionis odio obseratae aures reciperent.

Huic

92. *Quidam Athenis universo populo invisus*] Modius ex codice Bamberg. legit. *Ac ne ille quidem parum prudenter, qui Athenis universo populo invisus. Qui* exstat in Med. prim. Sed *illud* omnes scripti retinent. ut adeo Modii emendatio non temere sit admittenda.

93. *Caussam apud eum capitali crimine dicturus*] Pighius adjecit *de*, scripsitque *de capitali crimine.* Verum illa vocula nihil hic opus: potestque casus sextus per se caussam denotare. Et habent ita veteres typis expressi, & uterque Brand. MS. VORST. *De* ut in nulla editione veteri, ita etiam in decem MSS. non reperitur. Leid. tert. & quart. *Capitalis criminis* exhibent.

94. *Neque eum haec tam callidi consilii ratio fefellit*] Harl. uterque Med. Barb. Bit. primi, uterque Ultraj. Leid. quinque Cop. *Haec tam callida consilii ratio*, & sic etiam Ed. Mog. Quod videbatur praeferendum. Edd. ante Pighium etiam omittunt *haec.*

95. *Comitii enim clamore infesto*] Ita rursus veteres typis expressi & uterque Brand. MS. Pighius tamen maluit *comitiis:* quem alii & secuti sunt. *Comitium* significat quidem locum ubi populus coit, & comitia habentur; sed hic tamen ipsum in unum coëuntem populum significat. VORST. Ultraj. prim. Leid. sec. sext. Barb. uterque & Copes. *Comitii*, Bit. prim. *convitii.* quod placuit Modio Epist. 128. ceteri cum Ed. Mog. *comitiis*. Pro *in comitiis*, dum *comitia habentur.* Sic *Philippensi acie*, *omnibus praeliis*. Supra L. I. 5. Ext. 2. Sic *ludis* pro ludorum die. J. Fr. Gronov. ad Liv. L. II. 36. Suet. in Jul. 39. *Ludis Decimus Laberius eques mimum suum egit.* ibid. *Munere in foro depugnavit Furius Leptinus.* Sed frequens omnino est in ipsa voce *comitiis*, ut *comitiis centuriatis magistratus creati dicantur*, & similia infinita.

96. *Nullam partem defensionis odio obseratae aures reciperent*] Pighius scripsit *recepissent*; nescio ex conjectura, an ex antiquis codd. Ceterum antiquiores typis expressi habent *reciperent:* quod idem & in utroque cod. Brandeburg. reperio. Sic infra VII. 4. 5. *Ad ultimam senectutem apud moenia Contrebiae armato sedendam foret* pro *sedendum fuisset.* Contra *esset operatus* pro *operaretur*, infra VIII. 7. 4. Istiusmodi permutationem temporum & apud alios reperias. Justinus XIII. 3. 11. *Ptolemaeus recusabat regem Ptolemaeum, non propter maternas modo sordes, quod ex Larissaeo scorto nasceretur,* pro *natus esset.* Vide & Gronovium ad Liv. XXXIV. 11. VORST. Unus Leid. prim. *Exciperent.* decem alii *reciperent*, praeferunt cum omnibus editionibus antiquis.

97. *Annibal à Duillio consule*] In Susiano, Coloniensi, & Pulmanniano optime; *Superior Annibal*, ut discernatur scilicet ab illo, qui sequitur & bellum secundum Punicum gessit. *Amilcaris filio*; Hunc Orosius *seniorem Annibalem* vocat. Polybius & Zonaras *Gisgonis filium* appellant, qui primo Punico bello fuit dux quidem celebris, sed infelix. PIGH. *Superior Annibal*. *Superior* adjecit Pighius ex tribus codd. cum Aldus id omisisset. Habetque idem unus quoque cod. Brand. Solenne sane est nostro, si duo quidam ejusdem nominis clari viri extiterint, adjectis vocibus *superior*, *posterior* eos discernere. Quod hic quoque eum facere voluisse, verisimile fit

ex

Huic vaframento consimilis illa calliditas. Superior 97 Annibal à Duilio consule navali proelio victus, timensque classis amissae poenas dare, 98 offensam astutia mire avertit. Nam ex illa infelici pugna prius quam cladis nuntius domum perveniret, 99 quendam ex amicis compositum & formatum Carthaginem misit. Qui postquam civitatis ejus curiam intravit, *Consulit*, inquit, *vos Annibal, cum dux Romanorum magnas secum maritimas trahens copias advenerit, an cum eo confligere debeat.* Acclamavit universus senatus, *non esse dubium quin oporteret.* Tum ille: *Conflixit*, inquit, *& superatus est.* Ita liberum iis non reliquit id factum damnare, quod ipsi fieri debuisse judicaverant. 7. Ann. urb. 493. A. Victor xxxviii. Zonoras. Oros. iv, 7.

Alter item 100 Annibal Fabium Maximum invictam armorum suorum vim 8.

ex eo quod mox & alterius Annibalis mentionem facturus erat. VORST. Ultraj. habet etiam Cop. uterque Med. Bit. sec. Ed. Mog. & Mediol. Sed quinque alii *superiori*, quasi referendum esset ad *τὸ vaframento*. Recte Pighius *superior* restituit.

98. *Offensam astutia mire avertit*] *Mire* abest ab utroque cod. Brandeb. nisi quod in eorum altero diversa manu est additum, VORST. Abest etiam a novem nostris & Ed. Mog. Pro *Duilio* plerique codices habent *Julio* cum antiquissimis editionibus. Sed in hoc menda est manifesta.

99. *Quendam ex amicis compositum & ornatum Carthaginem misit*] Locus etiam in scriptis exemplaribus contaminatissimus, qui nescio an recte sanari adhuc poterit. In Cauchiano & Wincheliano legitur, *Quendam ex amicis compositum & subornatum.* in aliis omnibus, *Compositum & formatum.* forte legendum, *confestim informatum*, sed quia nihil certi, nihil etiam mutare volui. PIGH. *Quendam ex amicis compositum & ornatum.* Ita quidem Aldus. At Pighius notat in duobus codd. legisse se *subornatum*; in aliis omnibus *formatum.* Quorum posterius & in utroque cod. Brand. apparet; & in editione item Mart. Herbip. VORST. *Quemdam ex amicis compositum & ornatum Carthaginem misit.* MS. *Formatum.* Quomodo cum etiam Pighius in plerisque suis invenerit, mirum cur illud recipere timuerit, cum de loco hoc adeo laboraret. Nec melior hic Vorstius; qui tamen ita quoque in suis Codd. & Edd. non invenit. *Formatum*, est instructum mandatis, quae ageret & loqueretur in curia. *se formare in mores Regis* Liv. L. I. sic *formatam admirationem* Suet. in Claud. *tenerae mentes formandae studiis.* sic VII. 4. 2. *Fictis & compositis blanditiis.* VIII. 7. Ext. 2. *Magorum prudentiae se formandum tradidit. Donec res bello turbatas, & statum alium ejus regni formandi composuissent.* sic plane apud Just. ex MSS. XX. 2. Pro *ornatum* legit Gronovius *formatum.* id quod multis asserit Graevius. Vide & Scheffer. ad Just. II. II. & me ad Frontinum. PERIZON. Bona pars meorum MStorum *Formatum* exhibet cum Ed. principe. Leid. quint. & Bit. prim. *subornatum.* Barb. prim. & Med. sec. *informatum.* Med. prim. & Harl. *conformatum.* Itaque cum fere omnes Codices eo vergere intelligerem, obsecutus Perizonio ut emendaretur postulanti, *formatum*, id quod satis multis exemplis ipse confirmasse videtur, restitui.

100. *Hannibal*] Duos hic nobis Hannibales exhibent commentatores, quorum priorem Oliverius *superiorem* vocat, illum alterum de quo proximo exemplo, *inferiorem*, haud dubie Hamilcaris filium, omnibus notissimum. ceterum vix dijudicabis, num Valerius hunc alium a priore existimarit, alioquin enim in hoc secundo exemplo dixisset, *Item*, vel, *itidem alter Hannibal.* Nisi quis dicat in superiore exemplo pro *Hannibale* legendum *Himilcone*, quemadmodum Plinius de Viris Illustribus habet. Atqui Polybius author Graecus, unde hanc historiam habent Latini scriptores, multos nobis Hannibales exhibet, etiam ante Himilcaris filium. unum tamen insignem primo Punico bello, qui ejus belli anno tertio Romanis tum Agrigentum obsidentibus egressus per medias hostium munitio-

Ann. urb. 536. Livius XXII. 23. Plut. Fabio. Front. I. 8.

vim [1] saluberrimis cunctationibus pugnae ludificantem, ut aliqua suspicione trahendi belli respergeret, totius Italiae agros [2] ferro atque igni vastando, unius ejus fundum immunem ab hoc injuriae genere reliquit. Profecisset aliquid tanti beneficii [3] insidiosa adumbratio, nisi Romanae urbi & Fabii pietas, & Annibalis vafri mores fuissent notissimi.

Ann. urb. 373 Livius VI. 25. Plutarchus Camillo.

9. Tusculanis etiam acumine consilii incolumitas parta est. Cum enim [4] crebris rebellationibus meruissent, ut eorum urbem funditus Romani evertere vellent, atque ad id exequendum [5] Furius Camillus, maximus dux, validissimo instructus exercitu venisset: universi ei togati obviam processerunt, commeatusque, & cetera pacis munia benignissime praestiterunt. Armatum etiam intrare moenia passi sunt, nec vultu, nec habitu mutato. Qua constantia tranquillitatis non solum ad amicitiae nostrae jus, sed etiam [6] ad communionem

tiones cum suis incolumis evasit. Idem anno postea ejusdem belli quinto, Romanis novam classem in Africam mittentibus, ipse ad eam conspiciendam L navibus in Italiam profectus, in eam bene instructam armatamque illapsus, ac inopinata vi oppressus, naves fere omnes amisit. ipse tamen praeter spem suam ac opinionem omnium, cum paucis suorum diffugit. Mox adversus eandem classem Romanam Cornelio missam, in cujus locum C. Duillius subrogabatur, Hannibal dux factus rursus infeliciter pugnat. Porro post eam pugnam Carthaginem reversus ab suis in Sardiniam cum classe mittitur, ac ibi a Romanis conclusus, classe fere tota amissa, ipse per hostium manus dilapsus, mox a Carthaginiensibus captus & crucifixus occiditur. Haec Polybius L. I. ubi ne unum verbum quidem de hoc, quod Valerius refert, vaframento, non omissurus, opinor, si verum esset. Si cum Hannone, qui cum C. Luctatio ultima hujus belli pugna, aut de Hannibale jam dicto, postquam cum C. Duillio infeliciter pugnavit, haec dicerentur, vel a Valerio, vel Plinio. plus fidei haberet. Verum C. Duillii nomen requirit ducem primi belli Punici, & plane Hannibalem, de quo diximus, quamvis Polybius nihil dicat. Valerius cautius haec, ac speciosius, differere debuit. Sed Romani scriptores hoc habent. GLAREAN. *Itidem Annibal Fabium Maximum.* In Wincheliano & Coloniensi; *Idem Annibal.* male. In Atrebatensi, & Gemblacensi, & Campensi, *Item Annibal*, concise; deest enim dictio, quae remansit in Pulmanniano & Susiano, è quibus libris colligo, legendum esse; *Alter item Annibal &c.* Jam enim de Amilcaris filio loquitur. PIGH. *Alter item Annibal. Alter* restituit Pighius ex cod. Pulmann. & Susiano. In aliis est *item Annibal.* VORST. *Alter Annibal* est in Ultraj. sec. Bit. Barb. primis. Med. sec. primus habet *Alter Annibal*, *al' idem.* Harl. *Alter Fabium Maximum.* ceteri *idem Annibal.* Leid sext. *item.* Equidem valde suspicor veram esse MSS. Harl. lectionem, atque illud *item Annibal*, e glossa esse protectum. certe *alter item* pariter in ullo nostrorum codicum non comperi exstare; ut *item* saltem delendum arbitrer, scalpellum tamen hic cohibui.

1. *Saluberrimis cunctationibus pugnae ludificantem*] Voces *saluberrimis* & *pugnae* omittit Med. sec.

2. *Ferro atque igni*] Ultraj. prim. *Ferro igneque.* Med. uterque *Ferro & igne.* in fine, Med. prim. Leid. tert. *Essent notissimi.* Med. sec. *essent cogniti.* Leid. quart. *Forent notissimi.*

3. *Insidiosa adumbratio ejus*] Vox *ejus* superflua est, neque habetur in Susiano & Pulmanniano. PIGH. *Ejus* habetur in utroque Ultraj. Cop. Leid. quar. Ed. Mog. & reliquis omnibus. Non admodum tamen desideres.

4. *Crebris rebellationibus*] Sic & VII. 4. I. Vocem *rebellationis*, & nonnullas item alias, Vossius lib. I. de Anal. c. 23. nostrum accepisse putat à vulgo. VORST.

5. *Furius Camillus maximus dux*] *Maximus*, glossema est, quod Coloniensi & [illegible]no excluditur. PIGH. *Furius Camillus, maximus dux.* Expunxit Pighius *maximus*, quod in

nem civitatis usque, penetraverunt. Sagaci hercule usi simplicitate; [7] quoniam aptius esse intellexerant, [8] metum officio dissimulare, quam armis protegere.

At Volscorum ducis [9] Tulli execrabile consilium. qui ad bellum inferendum Romanis maxima cupiditate accensus, cum aliquot adversis proeliis contusos animos suorum, [10] & ob id paci proniores animadverteret, insidiosa ratione, quo volebat, compulit. Nam cum spectandorum [11] ludorum gratia magna Volscorum multitudo Romam convenisset, consulibus dixit, *Vehementer se timere, nequid hostile subito molirentur:* monuitque *ut essent cautiores*, [12] & protinus ipse urbe egressus est. Quam rem consules [13] ad senatum retulerunt: qui, tametsi nulla suspicio suberat, auctoritate tamen [14] Tulli commotus, *ut ante noctem Volsci abirent*, decrevit. Qua contumelia irritati, facile impelli potuerunt ad rebellandum. Ita mendacium versuti ducis, simula-

10. Ann. urb. 264. Livius II. 37. Dionys. VIII. Plut. Coriolano.

in duobus codd. id non reperisset. Mihi vox minime supervacua, omninoque restituenda videtur; praesertim cum & in utroque cod. Brand. eam inveniam. Voluit omnino Valerius in laudem Camilli aliquid adjicere: nimisque frigidum id fuisset, si scripsisset *Furius Camillus dux*. VORST. τὸ *Maximus* exstat in novem nostris. & Edd. omnibus. Cop. non illud solum sed etiam *dux* omittit. Utrumque ex genio Valerii judico adesse debere. Facit enim ad rem exaggerandam, quod *maximus dux cum validissimo venerat exercitu ad evertendam urbem*. In quo notabis etiam de consilio evertendae urbis Livium nihil dicere, neque etiam Plutarchum.

6. *Ad communionem civitatis usque penetraverunt*] In Cauchiano plenius; *civitatis, quam usque cupierant, penetraverunt*. PIGH. *Ad communionem civitatis usque penetraverunt*. Ita veteres typis expressi, & uterque Brandeburg. MS. Pighius tamen unum cod. Cauchianum secutus scripsit, *ad communionem civitatis, quam usque cupierant, penetraverunt*. Verum satis apparet ineptum glossema hoc esse. Praepositioni *ad* subjici *usque*, si verbum *penetrare* sequatur, resque ardua significetur, non novum est. VORST. Solitarius est Pighii codex Cauchianus, illa enim, *quam usque cupierant*, equidem in nullo nec scripto nec edito scio inveniri, quorum ad me notitia pervenit. Recte itaque expunxit Vorstius. Pro *penetraverunt* plerique habent *penetrarunt*. Cop. & Ultraj. sec. *penetravit*.

7. *Quoniam apertius esse intellexerant*] Omnes libri veteres, *aptius*, legunt. Non inepte. PIGH. *Quoniam aptius esse intellexerant*. Sic MSS. cum Ed. Mog. Mediol. Ascens. Sed Ven. Ald. Colin. Gryph. Steph. *Apertius*. *Aptius*; convenientius. & ad veniam parandam accommodatius.

8. *Metum officio dissimulare*] Edd. ante Pighium praeter Mog. habent *officiis*, quod exstat in Bit. prim. & Med. sec. ceteri *officio* retinent, ut emendavit Pighius.

9. *Tulli*] Multi MSS. *Tullii*.

10. *Et ob id paci proniores*] Cop. *Promptiores*. idem, *quo volebat impulit*. idem *maxima Volscorum multitudo*. Idem, *hostile sub eo molitetur*.

11. *Ludorum gratia*] Deest ingrata illa *gratia* in lib. Dan. COLER. *Spectandorum Ludorum gratia*. Mira audacia Coleri, quod cum ab uno cod. P. Danielis vocem *gratia* abesse videret, illico eam expunxit, & ingratam hic esse scripsit. VORST. Retinetur quoque in nostris, credo, omnibus. Sed Med. sec. pro ea, *caussa* habet. vide supra L. I. I. I. *Percipiendae sacrorum disciplinae gratia traderentur*. ubi illam vocem quoque Lipsius jubebat expungi.

12. *Et protinus urbe egressus est*] Uterque Med. *protinusque urbe*. Cop. & Harl. *& protinus ipse urbem egressus est*.

13. *Ad senatum retulerunt*] Sec. Ultraj. uterque Med. Cop. tres Leid. Harl. Barb. prim. Ed. Mog. & Med. *Detulerunt*. Liv. *consules cum ad patres rem dubiam sub certo*

-latione benevolentiae involutum, duos ſimul populos feſellit: Romanum, ut inſontes notaret: Volſcum, ut deceptis iraſceretur.

to auctore detuliſſent, de eadem re, L. II. 39.

14. *Tulli motus*] Nonnulli ſcripti Codices *commotus*, item *Tullii.*

Caput IV.

[1] DE STRATAGEMATIS.

Romanorum.

1. *Tulli Hoſtilii regis.*
2. *Sex. Tarquinii L. F.*
3. *Obſeſſorum in Capitolio.*
4. *M. Livii, C. Claudii Coſſ.*
5. *Q. Metelli Macedonici.*

Externorum.

1. *Agathoclis, Syracuſanorum regis.*
2. *Annibalis Poeni.*

[2] Illa vero pars calliditatis egregia, & ab omni reprehenſione procul remota, cujus opera, quia [3] appellatione noſtra vix [4] apte exprimi poſſunt, [5] Graeca pronuntiatione *Strategemata* dicuntur.

Omnibus militaribus copiis Tullo Hoſtilio [6] Fidenas aggreſſo, quae [7] ſurgen-

1. *De Stratagematis*] Plerique MSS. habent *ſtratagemata*, duo, *de ſtratagematibus*, unus, de *Stratagemate.*

2. *Illa vero calliditas egregia, & ab omni prorſus reprehenſione procul remota*] Magis placet manuſcripta lectio; *Illa vero pars calliditatis egregia, & ab omni reprehenſione procul remota.* Concurſus enim adverbiorum *prorſus*, & *procul*, non parum offendit. PIGH. Confirmant hoc omnes noſtri MSS. niſi quod *prorſus*, ceu *procul* deeſt in utroque Ultraj. & Leid. quinto. cum MSS. conſentiunt Edd. Mog. & Mediol.

3. *Appellatione noſtra*] Cicero tamen circumlocutus eſt libro tertio, De natura Deorum, *conſilium imperatorum.* Alibi Valerius τὸ στρατήγημα videtur non incommode expoſuiſſe *Vaframentum.* Virgilius *Dolum* non veritus eſt appellare. Et ita Polyaenus: Ἀνδρεία μὲν γὰρ ὅστις βίᾳ χρησάμενος πολεμίων μαχομένων ἐκράτησεν. εὐβουλία δὲ, ἀμαχεὶ τέχνῃ καὶ δόλῳ περιγενέσθαι. COLER. *Appellatione noſtra vix exprimi poſſunt.* Cicero tamen in l. III. de nat. D. *conſilium imperatorium* vocat. Frontinus in praef. *ſolertia facta*, & Nepos in Eum. *callida inventa* dicit. VORST. *Noſtra* deeſt in MSS. octo, pro qua voce ſubſtituunt uterque Med. Copeſ. Leid. ſext. *Latina.* an vox illa omiſſa propter affinitatem ultimarum ſyllabarum in *appellatione*, cauſſam dedit, ut *noſtra* deinde adderetur, ne hiulca & manca eſſet oratio? Non auſim tamen hoc adfirmare, quod ſciam, quantopere Valerius pronomen *noſter* pro *Romano*, aut *Latino* amet adhibere. *Noſtra* etiam habent Edd. veteres.

4. *Apte exprimi poſſunt*] Ultraj. ſec. Med. prim. Leid. quint. *Aperte.* pro *pronunciatione*, Leid. ſec. *Appellatione.*

5. *Graeca pronuntiatione ſtrategemata*] Ita ſcribere malo quam *ſtratagemata*: quia Graecum eſt στρατηγήματα. Et habet ita unus cod. Brand. VORST.

6. *Fidenas aggreſſo*] Lege eundem Polyaenum libro VIII. COLER. *Tullo Hoſtilio Fidenas aggreſſo.* unus Leid. ſext. habet *Tullio Hoſtilio*; ceteri omnes vel *Tullus*, vel *Tullus Hoſtilius Fidenas aggreſſus.* Neque aliter Edd. Mog. Ven. & Mediol. Quamvis ſententia non cohaereat. Male itidem omnes, etiam Vorſtius, poſt *docuerunt*, collocarunt diſtinctionem maxi-

gentis imperii nostri incunabula crebris rebellationibus torpere passae non sunt, finitimisque tropaeis ac triumphis alitam virtutem ejus, spes suas ulterius promovere docuerunt, [8] Metius Fufetius, dux Albanorum, dubiam & suspectam semper societatis suae fidem repente in ipsa acie detexit. Detecto enim Romani exercitus latere, in proximo colle consedit, pro adjutore speculator pugnae futurus; ut aut victis insultaret, aut victores fessos aggrederetur. [9] Non erat dubium quin ea res militum nostrorum animos debilitatura esset; cum eodem tempore & hostes confligere, & auxilia deficere cernerent. Itaque ne id fieret; Tullus providit. concitato enim equo [10] omnes pugnantium globos percurrit, [11] praedicans *suo jussu secessisse Metium; eumque cum ipse signum dedisset, invasurum Fidenatium terga.* Quo imperatoriae artis consilio metum fiducia mutavit; proque trepidatione, [12] alacritate suorum pectora replevit.

Ann. urb. 90. Livius I. Dionys. III. Polyaen. VIII.

[13] At

maximam; cum connectenda sint, *Tullo aggresso Metius detexit.* Unde tamen tanta in MSS. corruptio? An vicinia literarum duplicem etiam hîc fraudem intulit? Scripsitque Auctor? *cum omnibus militaribus copiis Tullus Hostilius Fidenas aggressus esset.*

7. *Surgentis imperii*] Bit. prim. *Consurgentis.* Med. prim. *Surgentia.* tum Harl. Bit. prim. *finitimis quoque tropaeis.*

8. *Metius Suffetius*] Ultraj. prim. *Mettius Suffectius.* sec. *Metius Fufetius.* Cop. *Metius Sufetius.* Leid. sext. *Metius Sulphetius.* Ed. Mog. *Metius Sufecius.* similis varietas etiam apud alios occurrit. Sed ostenderunt jam viri eruditi potius *Metius Fufetius* esse scribendum. vide quos citat Cl. Dukerus ad Florum L. I. 3. & testatur Sigonius habuisse se aliquot Valerii Maximi exemplaria, in quibus ita legeretur. Vide illum omnino cap. 47. Emend in Robortelli cap. 52. Thes. Crit. Tom. 2. p. 242 Vide etiam Servium & Pierium ad Virg. L. VIII. Aeneid. v. 682.

9. *Non erat dubium quin ea res militum nostrorum animos debilitatura esset*] Copes. *Non erat quin ea res militum nostrorum animos debellatura esset. Debilitare* similiter usurpat Nepos in Dat. c. 6. *Ne cognita filii morte animi militum debilitarentur.* Cic. in Orat. c. I. *Qui debilitati desperatione experiri id nolent, quod se assequi posse diffidant.*

10. *Omnes pugnantium globos praecurrit*] Vetus recte, *percurrit.* Miscuit se globis, non *praecurrit.* LIPS. *Omnes pugnantium globos percurrit.* Aldus & Chalcoc. *praecurrit.* Sed aptius est *percucurrit*, quod vetus editio Martini Herbipolensis; vel *percurrit*, quod uterque cod. Brand. habet. Lipsius quoque in vetere cod. reperit *percurrit*: idque rectius esse judicat; quia Tullius Hostilius sine dubio globis se miscuerit. VORST. Cop. Ultraj. prim. Leid. quint. Harl. Bit. & Med. primi *praecucurrit.* Barb. prim. *procucurrit.* Ultraj. sec. Ed. Mog. *percurrit.* quod etiam in aliquo Gudianorum codicum videtur fuisse; adscriptum enim video inter varias lectiones, sed non additur ex quo codice. Ceteri servant *praecurrit.* Perizonius notandum admonebat in codice Copesiano τὸ *praecucurrit.* Multò tamen magis cum Lipsio probem *percurrit*, vel *percucurrit.* Quid enim significaverit *praecucurrit?* an? ad prima signa advolavit? certe in prima acie ipsum pugnasse cum ex historicis hoc factum ejus narrantibus, dum dicunt ipsum tam clara voce dixisse, *suo jussu abire Metium*, ut ab ipsis hostibus posset audiri, satis liquet, & hoc quoque postulat nota Tulli virtus militaris. *Percucurrit* vero *globos*, est, ipsum omnibus ordinibus obequitasse, omnia agmina, quanta fieri poterat festinatione, adiisse, ut ita animos confirmaret. Ceterum bene Pighius *omnes pugnantium globos* edidit, sic enim jubent MSS. & Ed. Mog. cum reliquae τὸ *omnes* omiserint.

11. *Praedicans suo jussu*] Narrat historiam fuse Servius ad VIII. Aeneid. COLER. *Suo* deerat in Barb. prim.

12. *Alacritate suorum pectora implevit*] Cop. *cla-*

2. [13] At ne continuo à noſtris regibus recedam, Sex. Tarquinius, [14] Tarquinii filius, indigne ferens quod patris viribus expugnari Gabii nequirent, valentiorem armis excogitavit rationem, qua [15] interceptum illud oppidum Romano imperio adjiceret. [16] Subito namque ſe ad Gabinos contulit, tanquam parentis ſaevitiam & verbera, quae voluntate ſua perpeſſus erat, fugiens: ac paulatim uniuſcujuſque fictis & compoſitis blanditiis alliciendo benevolentiam, ut apud omnes plurimum poſſet, conſecutus, familiarem ſuum ad patrem miſit, indicaturum, [17] *quemadmodum cuncta in ſua manu haberet*; & quaeſiturum *quidnam fieri vellet*. [18] Juvenili calliditati ſenilis aſtutia reſpondit. Siquidem re eximia delectatus Tarquinius, fidei autem

Ann. urb. 225. circiter. Livius I. Dionyſ. IV. Florus I. 7. Front. I. I.

claritate. Barb. & Med. primi *pro qua trepidatione*.

13. *At ne continuo a noſtris regibus recedam*] MSS. duodecim *Et ne continuo*. Sed aliter omnes editi cum Copeſiano. Pro *recedam* Med. ſec. *recedamus*. prim. *recedendam*.

14. *Tarquinii filius*] Polyaenus vocat νεώτατον τ̃ παίδων Σέξτον. COLER. Vide ſupra v. 6. I. *Arunte Tarquinii Superbi filio*. Credo & hic legendum prius *Tarquinius*. PERIZON. Pro vulgata lectione ſtant MSS.

15. *Interceptum id oppidum*] Plerique MSS. cum Ed. Mog. *Interceptum illud oppidum*.

16. *Subito namque ſe ad Gabinos contulit*] Sic reſtituit Pighius convenienter Ed. Mog. & MSS. octo. ceterae editiones *Gabios* praeferunt cum Barb. prim. Med. utroque Leid. prim. & quart.

17. *Quemadmodum cuncta in ſua manu haberet*] Elegantior Wincheliani lib. lectio, *Quemadmodum in ſua manu haberet univerſa*. Sic etiam in Colonienſi. PIGH. *Cuncta* retinent omnes MSS. noſtri cum omnibus Edd. Bit. prim. *Cuncta in ſua manu teneret*.

18. *Juvenili calliditati ſenilis aſtutia reſpondit. Siquidem re eximia delectatus Tarquinius, fidei autem nuncii parum credens nihil reſpondit*] Malim *eximie*. *rem* intelligit, quod filius eo rem aſtu & calliditate ſua redegerat, ut omnia in poteſtate ſua haberet Gabiis. PERIZON. *Fidei autem nuntii parum credens*. Harl. Barb. Leid. Ultraj. primi *fide autem*, item Ultraj. prim. *parum fidens*, Bit. prim. *aut parum aut nihil reſpondit*. τὸ *credens* abeſt etiam a Barb. prim. & Leid. prim. ac ſec. Leid. ſext. vero. *parum credulus*. & ſic uterque Duacenſis, & Lipſ.

19. *Cauſſam altius argumenti pervidit*] In manuſcriptis; *alterius argumenti*. malim, *altioris argumenti*. PIGH. *Cauſam alterius argumenti pervidit*. Aldus & Chalcoc. perperam ediderant *cauſſam altius argumenti*. Monet igitur Pighius in codd. MSS. reperiſſe ſe *alterius argumenti*. Quod idem tamen non probat; ſed adhuc aliter emendandum putat; & quidem *altioris arg*. Eumque Colerus ac Thyſius ſunt ſecuti. Ego non dubito quin lectio genuina ſit quam in codd. MSS. reperit Pighius, & uterque cod. Brand. itemque vetus editio Martini Herbip. habet *alterius argumenti*. Dixerat Valerius de Tarquinii tum ſilentio, tum facto quodam. Vult ergo filium alterius, id eſt, unius ex duobus, argumenti ſive indicii, quo ſcilicet altiſſima capita papaverum pater baculo decuſſiſſet, cauſſam pervidiſſe. VORST. *Cauſſam altioris argumenti pervidit*. Ita Pighius, non male forſan. Sed in omnibus codd. eſt *alterius*. quod male & inepte Vorſtius explicare conatur. Nullo enim modo ſeparari poſſunt, *factum illud & ſilentium patris*, ut qui unum intelligeret utrumque intelligeret, & contra. Sed neque τὸ *argumenti* placet, niſi forte pro hiſtoria ſeu fabula ſumere velis, vel aſtutiam interpretari, quaſi, ab *argutia* deductum. *legendum* forte, *cauſſam latentis vaframenti*: qua voce praecedente capite ſaepiſſime eſt uſus. ſic *vafrum* ex. ſeq. PERIZON. Omnes MSS. cum Ed. Mog. & Ven. habent *alterius*. Sed Leid. ſec. *alterius cauſſae argumentum*, prim. *alterius argumentum*. Med. ſec. *alterius argumeni*. in Ed. Mediol. eſt *altius*, ipſe tamen Oliverius explicat *alterius* hoc modo. Praevidit rem illam, quam praeſente nuncio pater fecerat, ad aliud ſpectare; neque id fruſtra eum feciſſe, ſed latentem in eo cauſſam exiſtere. Aſcenſius vero τὸ *altius* interpre-

tem nuntii parum credens, nihil respondit; sed seducto eo in hortum, maxima & altissima papaverum capita baculo decussit. Cognito adolescens silentio patris simul ac facto, [19] caussam alterius argumenti pervidit; nec ignoravit praecipi sibi, *ut excellentissimum quemque Gabinorum, aut exilio summoveret, aut morte consumeret.* Ergo spoliatam bonis propugnatoribus civitatem [20] tantum non vinctis manibus ei tradidit.

Illud quoque à majoribus & consilio prudenter, [21] & exitu feliciter provisum. Cum Urbe capta Galli Capitolium obsiderent, solamque potiendi ejus spem [22] in fame obsessorum repositam animadverterent, [23] perquam cal- 3. Ann urb. 363. Livius v. 48. Ovid. Fast. vi. 379.

pretatur *profundius.* Equidem *argumenti*, quid hic significet non video. Conjicio legendum. *Caussam alterius arguta mente*, vel potius, *acuta mente pervidit.* Nam quod quidam MSS. hic habent *praevidit* nihili faciendum est. Vide supra L. ii. 6. 12.

20. *Tantum non vinctis manibus*] Desunt haec in Med. prim. & Lips. Ultraj. prim. *tumquam vinctis manibus.* Leid. prim. *tantummodo.* Med. sec. *civitatem sine ulla dimicatione patri tradidit.* Copes. *civitatem sine ulla dimicatione vinctis manibus patri tradidit.* crediderim tamen, *sine ulla dimicatione*, glossema esse & *vinctis manibus.*

21. *Et exitu feliciter provisum. Cum enim urbe capta*] Non dissecat orationem liber Campensis, & melius ita cohaerebit sententia; *Et exitu feliciter provisum, cum urbe capta Galli, &c.* PIGH. *Illud quoque a majoribus ac prudenter provisum, cum urbe capta Galli Capitolium obsiderent, solamque potiendi ejus spem in fame obsessorum repositam animadverterent. Perquam callido enim genere consilii, unico perseverantiae irritamento victores spoliaverunt. Pares enim &c.* Ita Pighius ex nonnullis codd. & eum secutus Vorstius; licet plerique codd. & anteriores Edd. assentiente meo MSto. multo melius & concinnius habeant *provisum: Cum enim u. c. Cap Gal. obs. so. pot ei. sp. in fame eorum rep. an. percallido genere consilii Romani usi, unico perseverantiae irr. victores exspoliaverunt.* Sic MSS. Recte. nisi quod τὸ *Romani* suspectum quasi ex Glossa sit ortum. Malim etiam *perquam callide*, si ita ceteri MSS. habent. Pessime [illegible] a Pighio tam propinquis in locis repetitur τὸ *enim. Perquam callido enim cons. & pares enim.* PERIZON. Cum Copesiano & antiquis Edd. consentiunt duodecim nostri MSS. In dimidia tamen eorum parte, atque Ed. Mog. *Romani usi* omittitur. Quare partim veterem lectionem revocavi, haec, quoniam mihi quoque olere glossam videbantur, addere non sustinui. Verbum *spoliaverunt*, pendet a commodissime subintellecto *majores.* Non male etiam Barb. prim. Ultraj. prim. & Leid. sext. omissa praepositione. *Illud quoque majoribus provisum.* Cic. L. iv. in Ver 42. *Verumtamen ita mihi res tota provisa atque praecauta est.* Nec tamen alterum minus est frequens. L. ii. ad Att. i. *Quod tamen a me ita praecautum atque provisum est.* Plura exempla dabit J. Wasse ad Sall. B. Jug. c. 53. Porro tres habent, *consilio prudenti, & exitu felici.*

22. *In fame eorum repositam*] Susianus & Pulmannianus recte, *In fame obsessorum repositam.* PIGH. *Spem in fame obsessorum repositam. Obsessorum* restituit Pighius è cod. Susiano & Pulmann. Alii, *in fame eorum.* VORST. Plerique MSS. & omnes Edd. habent, *eorum.* Uterque Med. tamen *obsessorum* videtur praeferre. Nihil enim ex iis notatum reperio, cum collatio instituta sit ad editionem Coleri, quae *obsessorum* habet. Quare hoc intactum reliqui, vereor tamen ut ita scripserit auctor. *Eorum* enim si legas, clarius omnia ad majores referri videntur.

23. *Perquam callido genere consilii Romani usi unico perseverantiae*] Nova periodus, quae ita rectius in Atrebatensi, & quatuor aliis exemplaribus: *Perquam callido enim genere consilii unico perseverantiae irritamento, &c.* Reliqua in vulgatis libris superabundant. PIGH.

24. *Panes enim jacere compluribus ex locis coeperunt*] Med. sec. *Compluribus spargere locis.* prim. *jacere compluribus locis.* sic quoque Copes. Sed Edd. Mog. cum utroque Ultraj. *e locis.* paulo ante Copes. *Victores expoliaverunt.*

25. *Quo spectaculo obstupefactos*] Sic recte Pi-

callido genere consilii, unico perseverantiae irritamento, victores spoliaverunt. [24] Panes enim jacere compluribus ex locis coeperunt. [25] Quo spectaculo obstupefactos, infinitamque frumenti abundantiam nostris superesse credentes, ad pactionem omittendae obsidionis compulerunt. Misertus est tunc profecto Jupiter Romanae virtutis, praesidium ab astutia mutuantis, cum [26] in summa alimentorum inopia projici [27] praesidia inopiae cerneret. Igitur ut vafro, ita periculoso consilio salutarem exitum dedit.

4. Idemque Jupiter postea praestantissimorum ducum nostrorum sagacibus consiliis propitius aspiravit. Nam cum [28] alterum Italiae latus Annibal lacerafet, alterum invasisset Asdrubal, ne duorum fratrum junctae copiae intolerabili onere fessas simul res nostras urgerent, hinc Claudii Neronis vegetum consilium, illinc Livii Salinatoris inclyta providentia effecit. Nero enim compresso à se in Lucanis Annibale, praesentiam suam, quoniam ita

Ann. urb. 546. Polyb. 11. Livius xxvii. 43. Front. 1. 1.

Pighius; antea legebatur *Obstupefacti.* Sed non in Mog. neque etiam in MSS. praeter Barb. prim. deinde nonnulli, *obmittendae obsidionis.*

26. *In summa alimentorum inopia.* Praepositio *in* deest in MSS. undecim. in quibusdam deest *projici* cum Ed. Mog. hoc modo *cum summa alimentorum inopia praesidia inopiae cerneret.* Unde suspicaretur quis argutae brevitatis amans verum esse, quod dat Barb. prim. *Quum summam alimentorum inopiam praesidia inopiae cerneret.* Cui tamen non adsenserim.

27. *Praesidia inopiae*] Jupiter Pistor hinc natus. Lactantius libro primo, capite trigesimo. Hujus Festum vi. Id. Jun. celebrabatur, teste Ovid. vi. Fast. COLER. *Projici praesidia inopiae cerneret.* Hinc Jupiter *Pistor* appellatus. Cujus festum vi. Id. Jun. celebratum, teste Ovidio in l. vi. Fast. Vide & Lactantium l. i. c. 30. VORST. Supinam negligentiam Vorstii in describendis aliorum notis, specta hic mihi. Locus enim Lactantii est cap. 20. de Fal. Rel. non *trigesimo*, ut secutus Colerum, non inspecto auctore ipso, scribit. *Eodem tempore Jovi quoque Pistori ara posita est, quod eos in quiete monuisset; ut ex omni frumento, quod haberent, panem facerent, & in hostium castra jactarent: eoque facto soluta est obsidio, desperantibus Gallis inopia posse subigi Romanos.* ubi observat Cellarius, de somnio hoc silere historias. Clare tamen tradit hoc Ovid. L. vi. Fast. 385.

Jam ducibus somnum dederat labor. increpat illos
Jupiter: & sacro quid velit ore docet.
Surgite, & in medios de summis arcibus hostes
Mittite, quam minime tradere vultis, opem.
Somnus abit, quaeruntque novis ambagibus acti,
Tradere quam nolint, & jubeantur, opem.
Ecce Ceres visa est, jaciunt Cerealia dona:
Jacta super galeas scutaque longa sonant.

28. *Alterum Italiae latus*] Dissimulandum hoc erat, si non veritati historiae adeo adversum esset. Alterum latus Italiae Lucaniam regionem exhibet Oliverius, alterum Brutios in Umbria. Quis umquam Brutios in Umbria legit? Hannibal vexabat tum Lucanos tum Brutios in Orientali latere Italiae; Hasdrubal ab occasu tum Umbris imminebat, non Brutiis. At talia multa transilimus, authoris enim locos praecipue in animo est emendare, commentatorum errores obiter aliquando attingere. Badius certe hic secutus est Oliverii errorem, ad Geographica non satis attentus. GLAREAN.

29. *Solo vix unum exercitum capiente*] Uterque Med. & Ultraj. prim. *Capienti.* & sic Ascens. quasi penderet a verbo *inservit.* Maluit tamen intelligere eum *inservisse alterum exercitum castris* ut *Tribunos enim* &c. *jussit*, per parenthesin sint inserta.

30. *Quam ab utriusque virtute prosterneretur*] In Susiano, Wincheliano, & Coloniensi; *Quam ab utrisque prosterneretur.* Optime. PIGH. *Ab utrisque prosterneretur.* Ita Pighius ex tribus codd. legere maluit, quam ut Aldus ediderat, *utriusque virtute prosterneretur.* Codices tamen Brandeb. editioni Aldinae consonant.

ita ratio belli desiderabat, mentitus hosti, ad opem collegae ferendam per longum iter celeritate mira tetendit. Salinator in Umbria apud Metaurum flumen proximo die dimicaturus, summa cum dissimulatione Neronem castris noctu recepit. *Tribunos* enim *à tribunis*, *centuriones à centurionibus*, *equites ab equitibus*, *pedites à peditibus excipi* jussit: ac sine ulla tumultuatione, [29] solo vix unum exercitum capiente, alterum inseruit. Quo evenit ne Asdrubal cum duobus se consulibus proeliaturum prius sciret, [30] quam utriusque virtute prosterneretur. Ita illa toto terrarum orbe infamis [31] Punica calliditas Romana elusa prudentia Annibalem Neroni, Asdrubalem Salinatori decipiendum tradidit.

Memorabilis etiam consilii Q. Metellus. Qui [32] cum proconsule bellum in Hispania adversus Celtiberos gereret, urbemque [33] Contrebiam, caput 5.

nant. VORST. Quomodo, si duo fuere tantum consules, potuit dicere *utrique* & non *uterque*? Certe locum illud haberet, si duo jam ante fuissent coss. & duo novi supervenissent. tum MS. ut & Brandebb. ac omnes exceptis tribus Pighii habent, *quam utriusque virtute prosterneretur*; quod non rejicere Pighius, recipere Vorstius debuisset. PERIZON.

31. *Punica calliditas Romana elusa prudentia Annibalem Neroni, Asdrubalem Salinatori decipiendum tradidit*] Falsa est oratio atque etiam manca, quam ita restituimus ex Susiano & Pulmanniano; *Ita illa tota terrarum orbe infamis Punica calliditas frustrata fuit*; *Romana prudentia Annibalem Neroni, &c.* PIGH. *Punica calliditas Romana elusa prudentia Annibalem Neroni, Asdrubalem Salinatori decipiendum tradidit.* Pighius orationem hanc falsam & mancam esse putat, exque cod. Susiano & Pulmann. ita restituendam, *Punica calliditas frustrata fuit*; *Romana prudentia Annibalem Neroni* &c. Atque eam lectionem Colerus & Thysius secure & secuti sunt. Ego non dubito quin lectio altera, quam uterque etiam cod. Brand. habet, sit melior. Neque vero quicquam ea falsi aut manci habet; modo recte intelligatur. Non dicit, *Punicam calliditatem Annibalem Neroni decipiendum tradidisse*; sed *Punicam calliditatem, prudentia Romana elusam, Annibalem Neroni decipiendum trad.* Calliditas elusa, id est, si eludatur, potest omnino aliquem alicui decipiendum tradere. Quod cum non caperent librarii, putarunt aliquid excidisse, & *frustrata fuit* adjecerunt. VORST. cum Brand. tota nostrorum cohors consentit. Leid. prim. habet *clausa*, sed hoc manifeste ex *elusa* corruptum est. Recepi itaque, quia videbam hoc velle MSS. & editos omnes libros. Solus Leid. quint. habet, *quam utrisque prosterneretur.* tert. *ab utrisque utriusque virtute.* Alioquin non mutassem. nam *utrisque* etiam de duobus dici posse ostendi ad L. VI. 5. Ext. 3. & observavit postea Perizonius adscribens margini L. VII. 7. 2. *Utraque haec.*

32. *Cum proconsule bellum in Hispania gereret*] Unus cod. Brand. *proconsul*; alter *in Hispaniam*: quorum neutrum sine exemplo est. VORST. *Proconsul* habent aliquot etiam e nostris. Ultraj. prim. delet *qui*.

33. *Contrebiam*] Alii *Trebiam* vocant. Sed plures *Contrebiam*. Virgilius VII. Aeneid. *Mutuscam* indigitat. Servius: *Haec Trebia postea dicta est, quam modo Tribulam dicunt: apud quam Annibal delevit populum Romanum.* Est & flumen *Trebia* apud Plinium, Strabonem, Silium libro IV. COLER. Nescio quinam sint illi, qui *Contrebiam* Celtiberorum oppidum *Trebiam* vocarint, nisi MStos intellexerit; in quibus tantum non omnibus sic scribitur. Insigniter errare hic Colerum adscripsit Perizonius, & recte quidem. Nihil enim huc facit vel *Trebula* quae *Mutusca* fuit cognominata, vel flumen *Trebia*; quorum hoc in Padum prope Placentiam decurrit, illa sexaginta tantum stadiis a Rheate remota, ut ex Dion. Halic. L. I. 14. observarunt Geographi.

34. *Viribus expugnare non posset*] *Viribus* deest in utroque Med.

35. Diu

Ann. [illegible] F. S[illegible] [illegible] 17. Fron[illegible] Simile quid de Metello Pio, A. Victor LXI.

put ejus gentis, [34] viribus expugnare non posset, intra pectus suum [35] diu multumque consiliis agitatis, [36] viam reperit qua propositum ad exitum perduceret. Itinera magno impetu ingrediebatur: deinde alias atque alias regiones petebat. [37] Modo hos obsidebat montes: paullo post ad illos transgrediebatur; cum interim tam suis omnibus, quam ipsis hostibus ignota erat caussa [38] inopinatae ejus ac subitae fluctuationis. Interrogatus quoque à quodam amicissimo sibi, *quid ita sparsum & incertum militiae genus sequeretur:* [39] *Absiste*, inquit, *istud quaerere. nam si hujus consilii mei* [40] *interiorem tunicam consciam sensero, continuo eam cremari jubebo.* Quorsum igitur ista dissimulatio erupit? aut quem finem habuit? [41] Postquam vero & exercitum suum ignorantia, & totam Celtiberiam errore implicavit, cum alio cursum direxisset, subito ad Contrebiam reflexit, eamque inopinatam & attonitam oppressit. Ergo nisi mentem suam dolos scrutari coëgisset, [42] ad

35. *Diu multumque*] MSS. *diu ac multum*, vel *multum ac diu* majore longe numero exhibent.

36. *Viam reperit, qua propositum ad exitum perduceret*] Bit. prim. *produceret.* Leid. prim. *deduceret.* Med. prim. *propositum perficere.* Barb. prim. *Itinera aggrediebatur.*

37. *Modo hos obsidebat montes, paulo post ad illos transgrediebatur*] In MSS. Octo & plerisque editis deest *modo.* Sed servat Ed. Mog. & Mediol. cum Leid. quint. Ultraj. sec. Bit. ac Barb. prim. Sunt etiam, qui habent, *paulo post ad alios transgrediebatur.* ut est in Mog. & Mediol.

38. *Inopinatae ejus ac subitae fluctuationis*] *Ejus*, quod non valde desideres, abest a Med. prim. Cop. & Leid. quint. In eadem periodo Leid. sec. & sext. *tam suis omnibus, quam suis hostibus.*

39. *Absiste, inquit, ista quaerere*] Uterque Med. *Abstine, inquit*; porro complures *istud quaerere*, ut edebatur ante Pighium, & melius unam rem quaerenti convenit. Liv. L. VII. 25. *Absisterent imperare iis, quorum auxilio egerent.* Phaed. L. III. 2. *Vos timere absistite.* ubi Gudius mavult *timore.* & sic Liv, L. XXIV. 20. *Tamen spe labefaciendae fidei haud absistens.* Sed nihil hoc erat necesse, alterum enim aeque bonum est.

40. *Interiorem tunicam consciam sensero*] MSS. satis multi *consciam esse sensero*, ut est in Mog. & Mediol.

41. *Postquam vero exercitum suum*] An *enimvero?* PERIZON. Med. prim. delet *vero.* ut sit responsio ad propositam quaestionem. Haud profecto absurde. Ultraj. sec. *vera.* an scripsit *veri?* ut sit, *postquam & exercitum suum implicavit ignorantia veri.*

42. *Ad ultimam senectutem apud moenia Contrebiae armato sedendum foret*] Pro *sedendum fuisset.* Praecedit enim *Nisi mentem suam dolos scrutari coëgisset.* Sic & supra VII. 3. ext. 6. *Nullam partem defensionis odio obseratae aures reciperent*, pro *recepissent.* Ubi itidem praecesserat plusquamperfectum *objecisset.* Sic & paulo post, *Si Syracusarum moenia tueri perseverasset, illa belli malis urgerentur.* Ceterum *sedere* est pro *desidere*, *morari.* Nepos XIV. 8. 1. *Tamdiu uno loco sedere.* Lucanus Lib. II. *Quamvis fortissima pubes his sedeat castris.* VORST. Etiam hic MSS. *Trebiam*, & *Trebiae* longe maximo numero. pro *direxisset* Leid. quint. *dirigeret.* Et *attonitam* delet Copes.

43. *Agathocles autem Syracusarum moenia si tueri perseverasset*] Inepte repetitur hic nomen *Agathoclis*, quod ex dictatis ludimagistri insertum veram lectionem vitiavit. Placet igitur ea, quae est in Atrebatensi, Gemblacensi & Cauchiano, *Age si Syracusarum moenia tueri perseverasset.* Cujus item remanent indicia in Wincheliano & Campensi. PIGH. *Agathocles age si Syracusarum moenia tueri perseverasset.* Pighius nomen *Agathoclis* hic expunxit, quod inepte illud hic repeti putaret, nec in quibusdam codd. reperiret. Abest sane & ab uno cod. Brand. Nec tamen supervacuum pu-

[42] ad ultimam ei senectutem apud moenia Contrebiae armato sedendum foret.

EXTERNA.

[43] Agathocles autem, Syracusanorum rex, [44] audaciter callidus. Cum enim urbem ejus majore ex parte Carthaginienses occupassent, exercitum suum in Africam trajecit; ut metum metu, vim vi discuteret: neque sine effectu. Nam repentino ejus adventu perculsi Poeni, libenter incolumitatem suam salute hostium redemerunt, pactique sunt ut eodem tempore & Africa Siculis, & Sicilia Punicis armis liberaretur. [45] Age si Syracusarum moenia tueri perseverasset, illa belli malis urgerentur, bona pacis fruenda securae Carthagini reliquisset. Nunc inferendo quae patiebatur, dum alienas potius lacessit opes, quam suas tuetur, quo aequiore animo regnum deseruit, eo tutius recepit. 1. Diodor. de reb. Alex. Justin. XXII. 5.

[46] Quid Annibal Cannensi proelio? nonne aciem nostram prius quam ad di- 2.

putem; quod proxima superiore periodo non de Agathocle, sed de Poenis pronuntiatum aliquid erat. VORST.

44. *Audaciter callidus*] Nonnulli *audacter*. item *transjecit*. Nec non *metu metum vi vim*. tum *nec sine effectu*. tum Med. uterque, *Incolumitatem suam salute hostium tutati sunt pactique*.

45. *Age si Syracusarum moenia tueri perseverasset*] *Age* non habet locum, nisi in exhortatione vel interrogatione. MS. *Agathocles age Syrac. moen. si tueri pers.* F. *Agathocles ergo Syr. moen. si tueri.* sic in fine ex. superioris, *ergo nisi mentem* &c. sic. VII. 4. 6. & VII. 6. 4. item VIII. 1. 8. & VIII. 10. extr. Ascens. Ed. *Agathocles autem.* PERIZON. Scripti nostri variant hoc modo. Ultraj. prim. *Age si Syracusarum.* Barb. prim. *Agathocles age Syracusarum.* Bit. prim. *Agathocles autem.* Leid. sec. *Agatocles Syracusanorum.* prim. *age Syracusarum.* Harl. Med. sec. Leid. quint. sext. *At si Syracusarum.* Ultraj. sec. *Agathocles age Syracusarum.* reliqui videntur consentire cum Ultraj. primo & codd. Pighianis. ceterum sic Pighius quoque nomen Pilonis ut superfluum exturba[vit] L. II. 7. 5. quemadmodum autem Perizonius legit *Agathocles ergo Syracusarum.* sic fere loquitur noster L. IV. 1. Ext. 8. *Theopompus igitur legitimis regnum vinculis constringendo, quo longius a licentia retraxit, hoc propius ad benevolentiam civium admovit.* Nec refugit alibi nominis proprii repetitionem. sic L. III. 2. Ext. 6. *Itaque Theramenes perinde ac in domestico lectulo moriens vita excessit.* & statim post ext. 7. *Sed Theramenes a literis & doctrina virilitatem traxit.* atque ita alibi.

46. *Quid Annibal Cannensem pop. Roman. aciem speculatus? nonne priusquam ad dimicandum descenderet, compluribus astutiae complicatam laqueis*] Haec multo elegantius in manuscriptis libris, etiamsi nonnihil inter se varient, veram nihilominus lectionem prae se ferunt, & hanc sciolorum temeritate depravatam demonstrant, atque hoc modo corrigendam esse; *Quid Annibal Cannensi proelio? nonne priusquam ad dimicandum descenderet, aciem pop. Rom. compluribus astutiae implicatam laqueis, &c.* PIGH. *Quid Annibal Cannensi proelio? Nonne aciem nostram, priusquam ad dimicandum descenderet.* Ita unus cod. Brand. Nec multum discrepant quae ex codd. MSS. scripsit Pighius, *Quid Annibal Cann. proelio? Nonne priusquam ad dimic. descenderet, aciem populi Rom.* Magis tamen placet *aciem nostram.* Ad hunc modum enim dicere solet *urbs nostra.* VORST. *Quid Annibal? Cannensem populi Romani aciem*, habent Cop. Leid. prim. sec. sext. *speculatus* addit Barb. prim. & Bit. prim. item Leid. quint. Sed in hoc est *Cannenses*. reliqui fere cum Pighio faciunt. Vorstii lectionem defendunt Ultraj. prim.

An. urb. 537. Livius XXII. Front. II. 2.

dimicandum descenderet, [47] compluribus astutiae copulatam laqueis, ad tam miserabilem perduxit exitum? Ante omnia enim providit, ut & solem & pulverem, qui ibi vento multus excitari solet, adversum haberet. Deinde *partem copiarum suarum*, *inter ipsum proelii tempus de industria fugere* jussit: quam cum à reliquo exercitu abruptam [48] legio Romana sequeretur, trucidandam eam ab iis, quos in insidiis collocaverat, curavit. Postremo quadringentos equites subornavit, qui simulata transitione petierunt consulem: à quo jussi more transfugarum depositis armis in ultimam pugnae partem secedere, destrictis gladiis, quos inter tunicas & loricas abdiderant, poplites pugnantium Romanorum ceciderunt. Haec fuit Punica fortitudo, dolis & insidiis & fallacia instructa. Quae nunc certissima circumventae virtutis nostrae excusatio est: quoniam [49] decepti magis quam victi sumus.

prim. & Leid. quart. deficit hic denuo Ed. Mog. J. Fr. Gronovius ad Sen. L. III. de Ira c. 8. *Quid Hannibal? Cannensem populi Romani aciem nonne priusquam ad dimicandum descenderet compluribus astutiae copulatam laqueis ad tam miserabilem perduxit exitum.* Sic habet trium MSS. lectio, aliter ac vulgaris, aliter atque ea, qua Pighius gloriatur: quibus ego nostram praestare ausim longe praestare. *copulatam* est vinctam, sive copula indutam: nam & singulorum est copula. Haec ille criticorum princeps. Inter excerpta Duacensia adscriptum erat Serv. ad Aeneid. L. IX. 26. *Hospitii jura mutuis muneribus copularent.* Liv. L. XXXVIII. 12. Sen. Epist. 5. *Quemadmodum eadem catena & custodiam & militem copulat.* ut & ille probasse τὸ *copulatam* videatur. Cum Gronovio vides stare aliquot ex scriptis nostris. nam *copulatam* quod illi placet est in Harl. Cop. Leid. sec. Ultraj. sec. utroque Duac. & ita in antiquis codicibus esse notavit Theophilus. ceteri fere habent *complicatam* cum Edd. ante Pighium.

47. *Compluribus astutiae complicatam laqueis*] Ita uterque cod. Brand. & veteres typis expressi; nisi quod eorum duo pro *complicatam* habent *copulatam*. Pighius tamen maluit *implicatam*. VORST.

48. *Legio Romana sequeretur*] Harl. Bit. Barb. primi, Leid. sec. sext. & Cop. *insequeretur*. Haud male. similiter apud Flor. L. I. 10. *Plane quasi adulterum ad inferos usque insequeretur.* ex cod. Ryckiano J. G. Graevius probabat.

49. *Decepti magis quam victi sumus*] Omnes Edd. ante Pighium exhibent cum omnibus fere MSS. *Quoniam decepti magis quam victi sumus.* paulo ante uterque Med. *Fallaciis.*

CAPUT V.

DE REPULSIS.

1. *Q. Aelii Tuberonis.*
2. *P. Scipionis Nasicae.*
3. *L. Aemilii Paulli.*
4. *Q. Metelli Macedonici.*
5. *L. Cornelii Sullae.*
6. *M. Catonis Uticensis.*

Campi quoque repraesentata conditio [1] ambitiosam ingredientes viam, ad fortius sustinendos parum prosperos comitiorum eventus [2] utiliter instru-

1. *Ambitiosam ingredientes viam*] an *vitam*? PERIZON. nonnulli MSS. *ingredientis.*

2. *Utiliter instruxerit*] Uterque Med. Barb. prim. *Instruxit.*

3. Ut

ſtruxerit: [3] quia propoſitis ante oculos clariſſimorum virorum repulſis, ut non minore cum ſpe honores, ita prudentiore cum animi judicio petant: meminerintque nefas non eſſe, aliquid ab omnibus uni negari; cum ſaepenumero ſinguli cunctorum voluntatibus reſiſtere fas eſſe duxerint. [4] Scientes etiam, patientia quaeri debere, [5] quod gratia impetrari nequierit.

Q. Aelius Tubero, à Q. Fabio Maximo, [6] epulum populo nomine P. 1.
Africani patrui ſui dante, rogatus ut triclinium ſterneret, [7] lectulos Puni- Ann. urb. 624 Cic.
canos pellibus haedinis ſtravit, & [8] pro argenteis vaſis Samia expoſuit. p. Muren. 36 Senec.
[9] Cujus rei deformitas ſic omnes offendit, ut cum alioqui vir egregius ep. 95. & 99.
haberetur, comitiiſque praetoriis candidatus in campum L. Paullo avo, & P. Africano avunculo nixus deſcendiſſet, [10] repulſa inde notatus abiret. Nam

3. *Ut propoſitis ante oculos clariſſimorum, &c.*] Tota haec circumductio melius & compoſitius concepta in veteri: *Quia propoſitis ante oculos clariſſimorum virorum repulſis, ut non minore cum ſpe honores, ita prudentiore cum animi judicio petent.* LIPS. *Quia propoſitis ante oculos clariſſimorum virorum repulſis, ut non minore cum ſpe honores, ita prudentiores cum animi judicio petent.* Ita recte haec ediderant Aldus & alii. Et habet quoque ita uterque cod. Brand. Pighius tamen, neſcio qua de cauſſa, ſcripſit ſic, *Ut prop. ante oc. clariſſ. vir. repulſis non minore cum ſpe honores, ac prudentiore cum animi judicio petant.* Nimirum pro *quia* poſuit *ut*; & comparativum *ut* expunxit; proque *ita* poſuit *ac*. VORST. Comprobant Vorſtii antiquam lectionem a Pighio interpolatam revocantis factum MSS. noſtri. Cop. habet *quoniam.* uterque Med. cum Ultraj. ſec. *exemplis & repulſis.* unus item & alter *peterent* aut *petant.*

4. *Scientes etiam, patientia quaeri debere*] Forte *ſciant etiam.* PERIZON. Certe uterque Med. habet, *ſciant etiam.*

5. *Quod gratia impetrari nequierit*] Harl. *Quod gratia impetrare nequiverit.* Leid. quint. *Qui gratia impetrari nequiret.*

6. *Epulum populo Romano*] Vox *Romano* e gloſſis inſerta eſt, exulat enim ex quinque veteribus libris. PIGH. Non exſtat *Romano* in ullo noſtro praeter Ultraj. ſec.

7. *Lectulos Punicos*] Ligneos intellige. Seneca ita interpretatur Epiſt. 96. *Tuberonis ligneos lectulos, cum in publicum ſternerentur.* Poenos opifices opere lignario olim claruiſſe Romae, argumento ſunt aliquot Catonis & Plauti loca. Cato certe libris de Re ruſtica: *Feneſtras Punicas, Torcular Poenicum, Coagmenta Punica* commemorat. Plinius Libro XXXIII. capite undecimo *lectos Punicos.* Plautus Aularia *Laternam Punicam.* Oportet fuiſſe lectulos humiliores ceteris. Iſidorus libro viceſimo: *Punicani lecti parvi & humiles primum à Carthagine advecti & inde nominati.* COLER. *Lectulos Punicanos.* Iſidorus Lib. XX. *Punicani lecti parvi & humiles primum à Carthagine advecti, & inde nominati.* Seneca ep. XCVI. *Tuberonis lectulos ligneos* memorat. VORST. Duo Leid. cum uno Ultraj. *Punicatos.* Leid. quint. *Punicatores.* Vetera exemplaria *Punicatos* habere teſtatur etiam Theophilus.

8. *Pro argenteis vaſis Samia*] *Vaſa Samia* fictilia ſunt; ſed egregie fabricata. VORST. Plin. L. XXXV. 12. *Major pars hominum terrenis utitur vaſis. Samia etiamnum in eſculentis laudantur.* Plaut. Capt. Act. II. ſc. 2. 40.

——— Genio ſuo ubi quando ſacruficat,
Ad rem divinam quibus eſt opus Samiis vaſis utitur.
Ne ipſe genius ſurripiat.

9. *Cujus rei deformitate ſic omnes offendit*] MS. elegantius *Cujus rei deformitas ſic homines offendit.* ſic enim ſaepe Valerius. *deformitas* habet etiam Aſcenſii editio. PERIZON. Nec Aſcenſii modo, ſed & reliquorum omnium: atque idem illud exſtat in omnibus MSS. quorum aliqui pro *omnes* habent *homines.* Itaque horum, quam Pighii auctoritatem ſequi malui.

10. *Repulſa inde abiret notatus*] In Pulmanniano & Suſiano: *Repulſa inde notatus abierit.* PIGH. Tres ſcripti *obiret*, pro *abiret*, quod eſt in quinque aliis & Edd. ante Pighium. Ceteri MSS. *abierit.* Vide Vorſt. ſupra L. VII. 4. 5.

 11. *Quo-*

Nam ut privatim ſemper continentiam probabant, ita publice maxima curam ſplendoris habita eſt. [11] Quocirca urbs non unius convivii numerum, ſed totam ſe in illis pelliculis jacuiſſe credens, ruborem epuli ſuffragiis ſuis vindicavit.

2. Ann. urb. 642. Cic. Bruto. Sall. B. Jug. — Ann. urb. 608. Cic. P. Planc.

P. autem [12] Scipio Naſica, togatae potentiae clariſſimum lumen, [13] is qui conſul Jugurthae bellum indixit: qui [14] matrem Idaeam e Phrygiis ſedibus ad noſtras aras focoſque migrantem ſanctiſſimis manibus excepit: qui multas & peſtiferas ſeditiones auctoritatis ſuae robore oppreſſit: quo principe ſenatus per aliquot annos gloriatus eſt: cum aedilitatem curulem ado-

11. *Quocirca urbs noſtra*] Ordine haec concinniore ſunt in jam dictis codicibus: *Quocirca non unius convivii numerum, ſed totam ſe in illis pelliculis jacuiſſe credens civitas, &c* PIGH. *Quocirca urbs non unius convivii numerum.* Ita codices Brand. & veteres typis expreſſi Chalcoc. & Mart. Herbip. At Aldus, *urbs noſtra.* Jam *noſtra* ſaepe quidem adjicit noſter; ſed hic tamen nihil eo eſt opus. Pighius ut initio ferre non potuit *Urbis Romae*, proque eo ſubſtituit *populi Romani*, ita & hic aliquid mutandum putavit, & pro *urbs* poſuit *civitas.* De quo quid ſentiendum ſit, ex his quae initio harum Notarum dicta ſunt, intelligi poteſt. VORST. Omnes fere MSS. conſentiunt cum Brandd. *civitas* certe nuſquam reperio. Sed *noſtra urbs* exſtat in Barb. prim. Med. ſec. & Leid. ſext.

12. *Scipio Naſica*] Impudentiſſimum eſt hic mendum, ſive authori ſive codicum errori adſcribere velimus: quod enim tribus Naſicis tribuendum erat, hic uni tribuitur. P. Scipio Naſica, qui Matrem Idaeam a Peſinunte Phrygiae oppido allatam ſuſceperat, optimus vir a ſenatu Romano judicatus, Coſ. fuit anno ab U. C. 563. qui vero Tib. Gracchum oppreſſit anno 621. ſexennio ante Coſ. Serapion fuit; Corculi filius, ſed prioris Nepos qui Cybelen ſuſceperat. Denique qui Coſ. Jugurthae bellum indixit, Coſ. fuit anno 643. cujus conſulatus a Cybeleji conſulatu diſtat annis octoginta. Ultimus igitur inter hos pronepos fuit primi. Noſtri commentatores, imo hujus authoris lectores, nihil tale curant. GLAREAN.

13. *Is qui conſul Jugurthae bellum indixit qui matrem Idaeam, &c.*] Hoc loco plagae vetuſtae turpiſſimam videmus cicatricem ſciolorum imperitia inductam, quam vix ipſe ſanaret Aeſculapius ſine antiquorum exemplarium auxilio. Confunduntur enim hic tres Naſicae, eorumque res inſigniores falſo ac perperam uni adſcribuntur. Ignarus hiſtoriae ludimagiſter aliquis hunc locum fortaſſis injuria temporis ante luxatum corrigere cupiens, verba quaedam quibus hiſtoriae diſcernebantur, velut otioſa ac ſuperflua ſuſtuliſſe videtur, uni huic Scipioni candidato omnia attribuenda exiſtimans, ut forte mendoſus locus ex parte jam prae ſe ferebat. Verum non intellexit Valerium non hic unius res geſtas, ſed totius ejus domus praeclariora ſtemmata adducere, ut monſtraret, quam bene meritae familiae levi de cauſa repulſae labem populus intulerit. Plagam denuo (inquies) aperuiſti, ſed adhibe nunc remedium. Quod cum nihil juvent manuſcripti codices, profecto difficile ac minime praeſens eſſe fateor; niſi illud ex ipſa ſumamus hiſtoriae veritate. Quam paucis verbis interjectis ita, ſi conjecturae locus aliquis eſt, reſtituendam Valerio ſuſpicor. *P. autem Scipio Naſica togatae potentiae clariſſimum lumen, pater ejus qui conſul Jugurthae bellum indixit, ejuſque nepos, qui matrem Idaeam Phrygiis ſedibus ad noſtras aras focoſque migrantem ſanctiſſimis manibus excepit; is ipſe qui multas & peſtiferas ſeditiones auctoritatis ſuae robore oppreſſit, cujus patre principe ſenatus per aliquot annos gloriatus eſt, &c.* Non video qua meliore via lectionis vulgatae falſitas declinari poſſet. Sed judicent docti: ipſe quidem nihil mutare ſine veterum librorum auctoritate volui. Cur autem exiſtimem de P. Naſica Serapione loqui auctorem, non p[illegible] quas in Annalibus noſtris in ejus hac aedilitate [illegible] expoſui. Jam reliqua quaedam orationis verba ex codicibus ſcriptis ut emendemus, legendum ex omnium ſuffragatione, *togatae potentiae clariſſimum lumen:* non ut vulgo; *clarum.*

Et

adolescens peteret, manumque cujusdam rustico opere duratam, more candidatorum tenacius apprehendisset, joci gratia interrogavit eum, *num manibus solitus esset ambulare.* Quod dictum à circumstantibus exceptum, ad populum manavit, caussamque repulsae Scipioni attulit. Omnes namque rusticae tribus paupertatem sibi ab eo exprobratam judicantes, iram suam adversus contumeliosam ejus urbanitatem destrinxerunt. Igitur civitas nostra nobilium juvenum ingenia ab insolentia revocando, magnos & utiles cives fecit; honoribusque, [15] non patiendo eos à securis peti, debitum auctoritatis pondus adjecit.

Nullus error talis in L. Aemilio Paullo conspectus est : sed tamen ali- 3.
quo-

Et postea, *Qui matrem Idaeam Phrygicis sedibus ad nostras aras focosque migrantem.* non, *è Phrygiis.* Agnoscit κτητικὸν Φρυγικός Stephanus de Urbibus. Denique Cicero fine praepositione, *migrare domo*, Verrina quarta dixit. Denique in exempli ejusdem fine legendum, *Non patiendo eos à securis peti*; idque ex omnium veterum librorum consensu. Impressi codices, *à scurris*, produnt perperam. Erat enim in illa Scipionis facetia quidem contumeliae nonnihil, sed nulla scurrilitas, quae turpitudinem atque obscoenitatem amat. PIGH. *Is qui consul Jugurthae bellum indixit, qui matrem Idaeam.* Varia hic uni eidemque Scipioni Nasicae tribuuntur; quod consul Jugurthae bellum indixerit, matrem Idaeam manibus exceperit, multas seditiones oppresserit, eoque principe per aliquot annos gloriatus senatus fuerit. Quae omnia quia uni eidemque competere haud possunt, putat Pighius varias hic mendas esse, & ab ignaris historiae voces aliquot sublatas esse. Etsi enim sine auctoritate veterum codicum nihil ausus sit mutare, suspicatus tamen est locum hunc adjectis quibusdam vocibus sic emendandum esse : *P. autem Scipio Nasica, togatae potentiae clarissimum lumen, pater ejus qui consul Jugurthae bellum indixit, ejusque nepos, qui matrem Idaeam Phrygiis sedibus ad nostras aras focosque sanctissimis manibus excepit; is ipse qui multas & pestiferas seditiones auctoritatis suae robore oppressit, cujus patre principe senatus per aliquot annos gloriatus est.* Jam fateor quidem ego Valerium sic fere scribere debuisse : verum omnino ita & scripsisse, non adduci possum ut credam. Nimirum ἀνιστορησίας vel, si ita vocare malis, μνημονικὰ ἁμαρτήματα nostri jam non semel deprehendimus. Fieri igitur potuit, ut hic quoque, quae diversis competunt uni tribuerit. Quod quidem Caroli quoque Sigonii judicium est; ut ex Commentario ejus in Fastos Rom. apparet. VORST. Errare hic insigniter Valerium ad oram codicis sui notabat etiam Perizonius. Omnes fere MSS. habent, *clarissimum lumen, qui consul,* non, *is qui consul.*

14. *Matrem Idaeam Phrygicis sedibus ad nostras oras focosque migrantem*] Quidam codices, interque eos unus Brand. *è Phrygicis sedibus.* Intelligitur autem Pessinus, urbs Phrygiae. Ceterum *Mater Idaea* est, quae & *Mater magna*, & *Cybele*, nominatur. VORST. Imo omnes mei habent *e Phrygiis sedibus.* Quod revocavi, quum haec forma Latinis placuerit. Leid. sec. habet *Matrem Deam.* De qua forma vide Oudendorpium nostrum ad Obseq. c. 104.

15. *Non patiendo eos a securis peti*] Sic emendavit Pighius, quod confirmant scripti fere omnes, & Edd. Ven. ac Mediol. Leid. quint. *a secutis peti.* *A scurris* exponit Oliverius, *a ridiculis hominibus*: sed Theophilus addit aliquot exemplaria habere, *a securis.*

16. *Et censor factus est, amplissimum etiam dignitatis gradum obtinuit*] Elumbis atque glossematibus fracta oratio. Elegantior atque brevior in Wincheliano & Cauchiano: *Bis consul & censor factus amplissimum dignitatis gradum obtinuit.* Aeque probanda quae in Coloniensi est: *Bis consul & censor factus est: gradumque dignitatis amplissimum obtinuit.* PIGH. Cop. Ultraj. uterque, Med. uterque, Harl. Barb. Bit. Leid. quatuor. *Bis consul & censor factus est, amplissimum etiam dignitatis gradum obtinuit.* Leid. quint. *Factus est & amplis-*

Ann. urb. [illegible] & 568. & 569. [illegible] xxxix. & xliv. Plutarch. & A. Victor in vita.

quoties frustra consulatum petiit. Idemque, cum jam campum repulsis suis fatigasset, bis consul [16] & censor factus, amplissimum dignitatis gradum obtinuit. Cujus virtutem injuriae non fregerunt, sed acuerunt. [17] Quoniam quidem ipsa nota accensam cupiditatem summi honoris ardentiorem ad comitia detulit; [18] ut populum, quem nobilitatis splendore & animi bonis movere non potuerat, pertinacia vinceret.

4. Ann. urb. 608. & 609. A. Victor. Ann. urb. 607. App. Punic.

Q. autem Caecilium Metellum pauci & maesti amici, [19] consulatus repulsa afflictum, tristitia ac rubore plenum, domum reduxerunt: [20] eumdem de Pseudophilippo triumphantem universus senatus laetum & alacrem [21] in Capitolium prosecutus est. Achaici etiam belli, cui summam manum L. Mummius adjecit, maxima pars ab hoc viro profligata est. Eine ergo po-

plissimum &c. Quam orationem cur elumbem & fractam vocaret Pighius satis caussae non erat.

17. *Quoniam quidem ipsa nota accensus cupiditatem summi honoris ardentiorem ad comitia detulit*] Sic tacite mutavit Pighius, quum Edd. ante ipsum & MSS. haberent *accensam cupiditatem.* Certe ita invenio in Leidd. septem, utroque Ultraj. & Copes. in Gudianis excerptis omissum credo notari. & est hoc stilo Valerii prorsus conveniens. Perizonius pro *detulit*, fortasse *retulit*, legendum esse conjecit.

18. *Ut populum quia nobilitatis splendore*] Etiam hoc a Pighio est, antea legebatur, *ut populum, quem &c.* quod in novem invenio MSS. qui mox omnes habent, *movere non potuerat*; pro quo Pighius *poterat* substituit. cui cur adhaesissem diutius?

19. *Consulatus repulsa afflictum*] In Susiano, Pulmanniano, atque Atrebatensi legitur; *Consulatus repulsa afflatum*, Eleganti formula loquendi, in qua item significatione vocabulo *ambustus*, usi sunt veteres. Livius indifferenter has dictiones usurpat. nam *afflati incendio* dixit Lib. xxx. & *ambustus damnatione*, Lib. xxii. PIGH. *Consulatus repulsa afflictum.* Ita veteres typis expressi & Brandeb. MSS. Pighius tamen ex uno atque altero cod. scripsit *afflatum:* putatque elegantem formulam loquendi hanc esse. VORST. *Afflictum* habent & omnes mei. Quod vero Pighius ait, *afflatus repulsa* elegantem formulam esse loquendi, inqua item significatione vocabulo *ambusti* usi sunt; in eo ipsum ratio fugit. Non dicam jam, quod ne unico quidem alio loco fortasse probare potuerit, Latine dici, *afflatus est repulsa*, vel *ambustus.* illud potius specta mihi, debuisse esse utriusque significationem omnino diversam. *Afflatus* enim *repulsa* accipi hic aliter non potest, quam de eo, qui revera repulsam tulit: quomodo de judiciis usurpat noster. Lib. vii. 7. 4. *Ergo dum sic te geris, ad inferos usque coelesti fulmine afflata.* ubi ita loquitur per adulationem sibi solitam, quia damnata erat ab Augusto, quem alterum facit veluti Jovem. *Ambusti* vero dicuntur, qui in discrimen adducti, neque damnati neque absoluti sunt, ut loquitur L. viii. 1. 1. de Ambustis.

20. *Eundem de Pseudophilippo triumphantem, &c.*] Non dissimili qua prius audacia in hunc quoque locum grassati sunt scioli. Constat enim *Q. Metellum Macedonicum* triumphasse de Pseudophilippo, bellumque Achaicum gessisse ex praetura priusquam consulatum peteret Atqui haec verba sonant, post repulsam consulatus triumphasse, Achaicumque bellum profligasse Metellum. Quod plane falsum esse vel solus auctor, qui de viris illustribus scripsit, abunde docet cap. 61. Hoc pacto nobis bonos auctores deformaverunt glossographi. Vera tamen lectionis vestigia quaedam remansere in Campensi libro, cujus initium tale hoc modo prosequendum opinor; *Quem de Pseudophilippo triumphantem universus senatus laetum & alacrem in Capitolium prosequutus erat. Achaici etiam belli cui summam manum L. Mummius adjecit, maxima pars ab hoc viro profligata fuerat.* PIGH. *De Pseudophilippo triumphantem.* Vero nomine *Andriscus*, mutato autem *Philippus* vocatus fuit, qui pro Persei regis filio se gessit, Macedoniamque vel voluntate incolentium, vel armis occupavit. Vide Epit. L. xlix.

populus consulatum negare potuit, [22] cui mox duas clarissimas provincias aut daturus erat, aut debiturus, Achajam & Macedoniam? Et quidem hoc facto, meliore eo cive usus est. Intellexit enim quam industrie sibi gerendus esset consulatus, quem tanto labore impetrari senserat. Ann. urb. 606. Pausf. Achaic. Justin. xxxiv. Zonaras.

Quid tam excellens, quid tam opulentum quam L. Sulla? [23] divitias & imperia largitus est: leges vetustas abrogavit, novas tulit. hic quoque [24] in eo campo, cujus postea dominus extitit, repulsa praeturae sugillatus est: omnia loca petiti honoris, si quis modo deorum formam & imaginem futurae ejus potentiae populo Romano repraesentasset, impetraturus. 5. Plut. in vita App. Civil. 1. Ann. urb. 659. Plut. ibid.

Sed

L. XLIX. Livii. VORST. Error est Valerii Maximi, cum quo tamen consentit Florus L. II. c. 14. & L. II. 16. PERIZON. Nempe in codice Copesiano erat, *eumdem*, ut in omnibus aliis MSS. quod Pighius mutaverat; ego motus MSS. auctoritate restitui.

21. *In Capitolium prosecutus est*] Ita veteres typis expressi, & Brand. MSS. Pighius maluit *prosecutus erat*, & paulo post *profligata fuerat*. VORST. *Est* servant etiam MSS. nostri. Sed necesse erat Pighio illud mutare in *erat*. quia volebat illum postea repulsa afflictum fuisse, quam triumphantem prosecuti amici fuerant in Capitolium.

22. *Cui mox duas clarissimas provincias aut daturus erat, aut debiturus, Achajam & Macedoniam*] Non dabat tum provincias populus, sed eas senatus decernebat magistratibus sortiendas. Alia est lectio in Campensi sic; *Cui mox duas clarissimas provincias aut debiturus erat, aut debiturus* Mendose. legendum enim puto, aut *debebat*, aut *erat debiturus*. *Debebat* enim illi *Macedoniam*, cum *negaret consulatum*, & *debiturus*, mox erat *Hisp. citeriorem*. quam post consulatum Celtiberis subactis in potestatem redegit. Hinc pulchre L. Florus libro II. cap. 17. Metellus ille, cui ex Macedonia cognomen, meruerat & Celtibericus fieri. Nomina vero provinciarum quae sequuntur in vulgatis exemplaribus *Achaia & Macedonia* scilicet, in Campensi erasa sunt, & non male profecto, cum ex falsis annotatiunculis sint fortassis affuta. PIGH. *Cui mox duas clarissimas provincias aut daturus erat aut debiturus, Achajam & Macedoniam?*. Voces *Achajam & Macedoniam*, cum in omnibus codd. legantur, Pighius tamen expunxit; quod in uno cod. Campensi non prorsus deficere, sed erasas modo esse animadvertisset. Deinde pro verbis *aut daturus erat aut debiturus* scripsit, *aut debebat, aut erat debiturus*. Verum vel vocula *mox* emendationem eam refutaverit; quippe quae verbum futuri temporis *daturus* requirit; non verbum praeteriti *debebat*. Et quidni consistere possit *daturus erat?* Omnino populus, cum Metellum consulem fecit, & provinciam ei dedit. Nec obstat quod Pighius ait, non populum provincias dedisse; sed senatum eas magistratibus sortiendas decrevisse. Nisi enim populus Metellum consulem fecisset, provinciam ille nec accipere potuisset. Quod noster *duas provincias* nominat, necesse omnino est *Achajam & Macedoniam* intelligi: quae diserte mox & nominantur. Et errat hic rursus Pighius, quod Hispaniam citeriorem intelligi putat. Sententiam de Achaja confirmat quod non tantum de Macedonico, sed & de Achaico bello praedixerat. VORST. Ut Vorstius & omnes ante Pighium editiones exhibent, ita quoque legitur in MSS. nostris omnibus, nisi quod pauculi habent *Achajam aut Macedoniam*. in fine addit Ultraj. sec. *Reverentius etiam & dulcius possidetur, quod cum labore magis acquiritur*. quod exstat etiam in uno Duac. Sed nimium manifeste glossam olet.

23. *Divitias & imperia largitus est*] Plerique MSS. delent *&*. Fortasse, *divitias imperio largitus est*. GUDIUS. Et delent plerique nostri Leid. Ultrajectin. & Copes. ut videatur haec omnia extulisse per asyndeton. Copulam etiam non agnoscit utraque Veneta Ed.

24. *In eo campo, cujus postea dominus exstitit*] *Postea* deest in Copes. *in eodem campo* legebatur ante Pighium; sed *eo* est in MSS.

25. *Prae-*

Sed ut comitiorum maximum crimen referam, M. Porcius Cato plus moribus suis praeturae decoris adjecturus, quam [25] praetexto ejus splendoris ipse laturus, consequi illam à populo aliquando non potuit. Proxima dementiae suffragia; quae satis quidem graves poenas erroris sui pependerunt: quoniam [26] quem honorem Catoni negaverant, Vatinio dare coacti sunt. Ergo si vere aestimare volumus, non Catoni tunc praetura; sed praeturae Cato negatus est.

An. urb. 698. Plut. in vita. Senec. ad Albinam.

25. *Praetexto ejus*] *Praetextum praeturae* est ornatus & vestimentum, quo praetor utebatur. Quodque hic *praetexto* legitur; non *praetexta*, id confirmat quod & supra VII. I. I. & VII. 3. 8. legendum ita sit; vel certe legi ita non sit absurdum. Vide Notas ad ea loca. VORST. *Praetexto* etiam plerique e nostris, pauculi *praetextu* vel *praetextu*. *Praetexto* ex suis codd. probat etiam J. Fr. Gronovius ad Sen. Ep. 71.

26. *Quem honorem Catoni negaverant*] Barb. prim. *Negaverunt*. Harl. *Si verum existimare volumus*.

CAPUT VI.

DE NECESSITATE.

1. *Populi Rom. post cladem Cannensem.*
2. *Casilinatum in obsidione.*
3. *Praenestinorum militum in eadem obsidione.*
4. *Populi Rom. bello Mariano.*
5. *C. Caesaris ad Mundam.*
6. *Populi Asiatici bello Parthico.*

EXTERNORUM.

1. *Cretensium à Q. Metello obsessorum.*
2. *Numantinorum à P. Scipione.*
3. *Calagurritanorum à Cn. Pompejo.*

1 Abominandae quoque necessitatis amarissimae leges, & truculentissima imperia, tum Urbem nostram, [2] tum etiam exteras gentes multa non

1. *Abominandae quoque necessitatis amarissimae leges*] Quae Senatus necessitate coactus post Cannensem cladem indecore fecerit, tria sunt. Servis tradita arma: templa spoliis spoliata: capite damnatos in militiam sumptos. Verum nullum illorum factum sub Ti. Sempronio Graccho Livius refert; quem Grachum Badius credidit Tiberii & Caji Gracchorum patrem, sed longe errat. Ut ex consulum Catalogo facile est videre. At hoc exiguum: illud magis mirum, quod in Livio servorum emptorum numerus est *octo millium*, apud Valerium ter major, *quatuor & viginti millium*. Annotavit hoc Oliverius quoque; paulo post Badius, *mancipia extracta ex cellis servilibus*. exponit, *ex ergastulis*. At ego putem ab authore *cellas* intelligi, ubi servi habitabant. Ut in Eunucho Terentii Chaerea ait. *Cum in cellulam ad te patris penum omne congerebam clanculum*. Porro in sequentibus multa Valerius aliter quam Livius tradit. *Ut Campanos fuisse*, *qui Casilini obsidionem passi*, cum fuerint *Perusini* & *Praenestini*, quod multis verbis admiratur Livius, ut *murem captum ducentis denariis emptum*, cum Strabo L. v. ad finem, non *murem* sed *medimnum* fuisse scribat. Quamquam in Strabone μῦν pro μέδιμνον scriptum recte putat Georg.

non intellectu tantum, sed etiam auditu gravia, perpeti coëgerunt.

Nam aliquot adversis proeliis secundo Punico bello [3] exhausta milita-[illegible] [1] [illegible]rb. 537. Livius XXII. 57. Macrob. Sat. I.
ri juventute Romana, [4] senatus auctore Ti. Graccho consule [5] cen[illegible]it, *uti publice servi adversus propulsandorum hostium impetum emerentur*: [illegible]que de re [6] per tribunos plebis ad populum lata rogatione tres creati sunt viri, qui [7] quatuor & viginti millia servorum comparaverunt: adactosque jurejurando, *strenuam se, fortemque operam daturos, quoad Poeni essent in Italia*, [8] datis armis in castra miserunt. [9] Ex Apulia etiam & a Fidiculis septuagin-

Georg. Agricola, & corruptum ab historiae Romanae ignaro. Ut *murem cc denariis*, cum Plinius cc nummis emptum tradat, Lib. VIII. cap. 57. Nisi Plinius etiam *denarium*, *nummum* nominaverit, ut putat idem Agricola. Multa hujusmodi dissimulamus. GLAREAN.

2. *Tum etiam exteras gentes*] Leid. prim. *ceteras.*

3. *Exhausta militari juventute Romana*] *Militari*] Andr. Schottus censet glossema, & ejiciendum esse. Vide Obs. hum. III. 32. VORST. Schott. III. 32. ejiciendum censet *militari.* Sed eleganter retento eo leges cum MSS. *exhausta militari virtute Romana. Militaris* enim *virtus* est juventus, ceu cives aetatis militaris. PERIZON. *Militari* deest in Leid. sec. Equidem nihil mutandum censeo. Non *exhausta* erat *omnis militaris juventus*, sed *Romana*, nam inter *servos* multi erant *militaris aetatis*, haec voluit inter se opponere.

4. *Senatus auctore Tib. Graccho consule censuit*] Legendum; *Senatus auctore Tib. Graccho cos. design. censuit*, ut in Campensi. PIGH. *Ti. Graccho consule design.* Ita legendum censet Pighius è cod. Campensi. Alii *designato* non habent. VORST. Livius hoc accidisse eo adhuc magistro equitum refert, & quo auctore senatusconsultum illud factum sit tacet. PERIZON. *Designato* jubentibus omnibus MSS. delevi.

5. *Censuit uti publice servi adversus propulsandorum host. impetum emerentur*] Mendum hic odoratus est Lipsius, suspicatusque pro *adversus propulsandorum hostium impetum* legendum [illegible]mpetum: id quod [illegible] videtur. Vide lib. II. Elect. Lips. c. II. VORST. Omnes fere MSS. habent *adversum propulsandorum hostium impetum.*

6. *Per trib. pleb. apud populum lata rogatione*] In Cauchiano aliisque, *ad populum.* receptissima apud antiquos formula. PIGH. *Ad populum lata rogatione.* MSS. novem *apud populum*, ut legebatur ante Pighium.

7. *Quattuor & viginti millia servorum comparaverunt*] Legendum videri, *quattuor millia servorum*, & caussam erroris docui in II. Elector. LIPS. *Quatuor & viginti.* Lipsius: *Quatuor millia servorum.* Rationem correctionis lege apud eum Libro II. Electorum. COLER. *Quatuor & viginti millia servorum.* Lipsius legendum censet *quatuor millia.* Cujus rei causam exposuit lib. II. Elect. cap. II. Livius & alii octo millia commemorant. VORST. Cum Livio consentit Med. sec. exhibens *qui octo millia servorum.* Notabat etiam Perizonius Pighium ad Fastos A. 538. p. 166. existimasse τὸ *xx.* culpa librariorum additum fuisse.

8. *Datis armis in castra miserunt*] Ita Aldus & Chalcocondyles: quos Pighius & alii sunt secuti. At Martinus Herbip. pro *datis armis* edidit *laturos arma.* Quod idem & in utroque cod. Brandeb. observo: nisi quod unus pro *laturos* perperam habet *daturos.* VORST. MSS. decem & Ven. Edd. etiam *laturos arma* praeferunt; Leid. sec. *datura arma.* Copes. Med. sec. *datis armis.* quod magis probem. Nisi malis addita copula cum Harl. & Med. prim. *Et, quoad Poeni in Italia essent, laturos arma.*

9. *Ex Apulia quoque & Fidiculis*] Phil. Cluverius in Ital. ant. IV. 10. pro *Fidiculis* legendum censet *Poediculis.* Sunt sane populus Italiae Poediculi: quorum oppida Plinius III. 2. recenset. Strabo lib. XVI. ποιδικλους vocat. VORST. Pighius loco citato *Aequiculis* mavult. PERIZON. MSS. fere *Ex Apulia etiam & a Fidiculis*, quod mutavit Pighius. Harl. Bit. & Barb. prim. *etiam ita Fidiculis.* Med.

ginta atque ducenti ad supplementum equitatus sunt empti. Quanta violentia est casus acerbi! Quae civitas ad id tempus ingenuae quoque originis capite censos habere milites fastidierat, eadem [10] cellis servilibus extracta corpora, & à pastoralibus casis collecta mancipia, velut praecipuum [11] firmamentum exercitui suo adjecit. Cedit ergo interdum generosus spiritus utilitati, & fortunae viribus succumbit: [12] ubi nisi tutiora consilia legeris, [13] speciosa sequenti concidendum est. Cannensis autem clades adeo [14] urbem nostram vehementer confudit, ut [15] M. Junii opera, [16] dictatura rempublicam administrantis, spolia hostium affixa templis, deorum numini consecrata, [17] instrumento militiae futura convellerentur, ac praetextati pueri arma induerent: [18] addictorum etiam, & capitali crimine damna-

Ann. urb. 537. Livius XXII. 57. Zonaras.

Med. sec. Leid. sec. *etiam affidiculis.* quare restitui veterem lectionem. Pro *Fidiculis* vero *Poediculis* legendum assentire Cluverio non dubito.

10. *Cellis servilibus*] Ita Seneca *pauperis cellam.* Servius de re ipsa: *Servos sane nunquam militasse constat, nisi servitute deposita, excepto Annibalis tempore, cum post Cannense proelium in tanta necessitate fuit urbs Roma, ut ne liberandorum quidem servorum daretur facultas.* COLER. Horat. L. I. Sat. 8. 8.

Huc prius angustis ejecta cadavera cellis
Conservus vili portanda locabat in arca.

ubi consule Torrentium. dicit autem *extracta corpora*, quoniam servi corpore maxime censebantur. Hinc & Curt. de matre & duabus filiabus Darii captivis. L. IV. 11. 6. *pro tribus corporibus triginta millia talentûm auri precatur accipias.* & L. V. 6. 6. *Nequis captivo corpori illuderet.* & sic Graecis servi αἰχμάλωτα σώματα dici constat satis.

11. *Firmamentum exercitui suo dedit*] Uterque Med. *Robur exercitui suo dedit.*

12. *Ubi nisi tutiora consilia legeris, speciosa sequenti concedendum est*] In Campensi aliisque, *Nisi tutiora legerit consilia, speciosa sequenti concidendum est.* Recte. PIGH. *Ubi nisi tutiora consilia legerit, speciosa sequenti concidendum est.* Codices Brand. pro *legerit* habent *legeris*; non male. *Speciosa* fortuna est prospera & exoptata. Et *speciosa fortuna concidere* est talem amittere, eaque carere. VORST. MSS. nostri partim *legeris*, partim *elegeris*, illud tamen plures habent. Solus Leid. quart. *legerit.*

13. *Speciosa sequenti concidendum est*] Recte hoc & convenienter cum MSS. restituit Pighius, pro *concedendum est.* ut est in Mediol. Gryphii, & Stephani Edd. Sed aliter Ven. Ascens. Ald. & Colin.

14. *Urbem nostram vehementer contudit, ut opera M. Junii dictaturam reipublicae administrantis*] Elegantius in Atrebatensi aliisque veteribus; *Vehementer confudit ut M. Junii opera dictatura rempublicam administrantis.* PIGH. *Adeo urbem nostram vehementer confudit.* Ita legendum; non, ut Aldus edidit, *contudit.* Habet ita uterque cod. Brand. & illi, quos Pighius inspexit. *Confundere* idem quod perturbare, percellere; ut saepe. VORST. *Contudit* habet Cop. reliqui *confudit.* consule Gifan. Ind. Lucretii p. 451. *vehementer* delet Med. prim.

15. *M. Junii opera*] Ita Pighius ex MSS. pro eo quod ante editum fuit *opera M. Junii.* At Gronovius inde conjicit legendum esse, *M. Junio Pera dictatura remp. administrante.* Vide Notas ejus ad Liv. XXIII. 14. VORST. Magni Gronovii conjecturam valde juvat Ultraj. habens. *M. Junii opera dictatura Remp. administrante.* ceteri *M. Junii opera dictaturam reipublicae administrantis* Sed nihil est hic illud *opera.* Neque consentaneum est majestati Dictatoris, ut id, quod hic refertur, *opera* ejus factum dicatur. Quare cum *Pera* sit usitatum genti Juniae cognomen, nullus dub[illegible] quin sagacissime & verissime hunc l[illegible] rit.

16. *Dictatura remp. administr*[illegible] Ita Pighius ex codd. MSS. cum Aldus edidisset *dictaturam reip. administ.* Codicum Brandeb. unus

mnatorum [19] sex millia conscriberentur. Quae si per se aspiciantur, [20] aliquid ruboris habeant: si autem admotis necessitatis viribus ponderentur, saevitiae temporis convenientia praesidia videantur. Propter eandem cladem senatus [21] Otacilio, qui Siciliam, & Cornelio Mammulae [22] qui Sardiniam propraetoribus obtinebant, querentibus *quod neque stipendium, neque frumentum classibus eorum & exercitibus socii praeberent*; affirmantibus etiam, *ne habere quidem eos, unde id praestare possent*, rescripsit, [23] *aerarium longinquis expensis non sufficere: proinde, quo pacto tantae inopiae succurrendum esset, ipsi viderent.* His literis quid aliud quam imperii sui gubernacula è manibus abjecit? Siciliamque & Sardiniam, benignissimas urbis nostrae [24] nutrices, gradus & stabilimenta bellorum, [25] tam multo sudore & sanguine in

Ann. urb. 537. Livius XXIII. 2.

unus hanc, alter illam lectionem sequitur. VORST. Leid. sec. *dictaturam administrantis.*

17. *Instrumento militiae futura*] Unus cod. Brand. *profutura.* Est autem *instrumentum militiae*, quod & *instrumentum bellicum* dici potest, quocunque in bello opus est. VORST. *Instrumento militiae profutura* habet etiam Ultraj. prim. Cop. *instrumenta militiae futura:* ceteri *instrumenta militiae futura.*

18. *Adjudicatorum etiam*] In manuscriptis libris, *addictorum*, legitur. *Addicti* proprie autem dicebantur, qui in temporariam servitutem propter debita creditoribus sententia praetoris addicebantur, qui alio nomine *nexi* vocabantur, ut Varro de lingua. Plaut. Poenul.

——— *Ubi in jus venerit,*

Addicet praetor familiam totam tibi. PIGH.

Addictorum etiam. Ita & uterque cod. Brand. Aldus perperam *adjudicatorum.* Sunt autem *addicti* qui creditoribus propter nomina in servitutem temporariam addicebantur à praetore: qui iidem & *nexi* vocabantur. Plautus Poenulo: *Ubi in jus venerit, addicet praetor familiam totam tibi.* VORST. *Adjudicatorum* nescio an in ullo scripto libro inveniatur. Habent enim *abditorum*, ut editum quoque est Venetiis, vel *additorum*, vel quod plures, *addictorum.* unus Leid. sext. *abjectorum. Addictorum* est in Mediol. & Ascens. Sed Aldus & reliqui *adjudicatorum* dederunt. *Addictos* inter & servos quid i[illegible]rsit ostendit Quintil. esse [illegible] *propulsandum hostium* [illegible] item verosimile [illegible]*scriberentur*] Barb. prim. Cop. [illegible] sec. *sedecim millia* & sic Edd. Ven. *Sexdecim millia* Mediol. *VIIm.* Leid. quart. & Ultraj. prim. *scriberentur.* Leid. quint.

20. *Aliquid ruboris habent*, &c. *praesidia videbuntur*] Sic Pighius; antea legebatur. *Aliquid ruboris habeant*, &c. *praesidia videantur.* quod cum in tredecim nostris, nisi quod unus atque item alter *habent* praeferunt, invenirem MSS. reponendum judicavi.

21. *Otacilio*] Harl. *Ortalio.* Med. prim. *Ortacilio.* quidam ut vulgo ante Pighium *Octacilio.* Ultraj. prim. *propter eandem necessitatem.* Nonnulli etiam *Cornelio Mamilae* vel *Mamulae.*

22. *Qui Sardiniam propraetoribus obtinebant*] Cop. Barb. prim. *propraetoribus socii obtinebant.* Leid. prim. *propraetores*, ut edebatur ante Pighium, adversantibus ceteris MSS. & Mediol. Ed.

23. *Aerarium longinquis expensis non sufficere*] Sic Leid. quint. & a manu prima Ultraj. prim. alii duodecim *impensis* cum Ed. Mediol. quod cur deterius est? mox exemplo 3. *Aequi animi vir ad salutarem impensam faciendam.*

24. *Nutrices*] Nutrices Romae Sicilia & Sardinia. De Sicilia multa Cicero in Verrinis. Cato etiam *cellam penariam Reipublicae nutricem plebis Romanae* appellaverat. Strabo libro VI. ταμιεῖον τῆς Ῥώμης ex Polybio. Idem frumento prae ceteris; tum melle, croco abundasse scribit. Plinius etiam Sal addit. Sardinia vero licet aspera ex parte sit, tamen Straboni ejusdem major pars εὐδαίμων τοῖς πᾶσι. Caelius in Hist. *Delinquere frumentum. Sardiniam hostes tenere.* Horatius libro I. Od. 31. *non opimas Sardiniae segetes feracis.* Salvianus libro VI. Sardiniam & Siciliam, *fiscalia horrea* vocat. COLER.

25. *Tam multo sudore & sanguine in potestatem redactas*] Melius in Susiano & Pulmanniano: *in jus & potestatem redactas.* PIGH. *In jus ac po-*

in jus ac potestatem redactas, [26] paucis verbis, te scilicet necessitate jubente, dimisit.

2. Ann. urb. 537. Livius XXIII. Cic. inv. II. 57.

[27] Eadem Casilinates obsidione Annibalis clausos, alimentorumque [28] facultate defectos, lora necessariis vinculorum usibus subducta, eque scutis detractas pelles, ferventi resolutas aqua, mandere voluisti. Quid illis, si acerbitatem casus intueare, miserius? si constantiam respicias, fidelius? qui, [29] ne à Romanis desciscerent, tali cibi genere uti sustinuerunt; cum pinguissima arva sua fertilissimosque campos moenibus suis subjectos intuerentur. Itaque Campanae urbis, [30] quae Punicam feritatem deliciis suis cupi-

potestatem redactas. Ita Pighius è cod. Suf. & Pulm. Alii. *in potest. redactas.* VORST. *In jus* omittunt undecim e nostris.

26. *Paucis verbis, ita scilicet necessitate jubente, dimisit*] In manuscriptis; *Te scilicet necessitate jubente.* Elegans apostrophe, quam & in sequenti exemplo persequitur. PIGH. *Te scilicet necessitate jubente.* Ita recte Pighius ex MSS. Alii, *Ita necessitate jubente:* quod Thysius & resumpsit. Verum legendum esse *te*, atque adeo apostrophen hic esse, apparet ex sequentibus. Quo enim verbum secundae personae *voluisti*, quod sequitur, pertinebit, nisi apostrophe ad necessitatem praecedat? Eandem necessitatem & VII. 6. 4. compellat. VORST. Pro lectione vulgata stant omnes MSS. praeter Med. sec. ac Leid. quint. Qui *te scilicet necessitate jubente* exhibent, ut emendavit Pighius, omnino vere.

27. *Eadem Casilinates*] Scribendum videtur, *Idem Casilinates.* Subintellige *Senatus*, ut supra. & infra paulo post, *mandere voluit.* GUYET. Nesciebat videlicet Apostrophen ad necessitatem esse factam: & senatum Romanum hoc voluisse omnino falsum est. Ceterum totam hanc periodum MSS. Harl. Cop. Bit. prim. Med. prim. Leid. prim. & sec. ita constituunt. *Eadem Casilinates obsidione Annibalis clausi, alimentorumque facultate defecti, lora necessariis* &c. *voluistis.* Sed Med. & Barb. prim. cum Cop. praeterea, *eadem clade Casilinates.* Barb. prim. Cop. Harl. Ultraj. sec. *manducare.* Leid. sec. *voluissetis.* Praefero lectionem Pighianam multo magis Valerii genio consentaneam: & non satis recte *Casilinates* dicuntur *voluisse illa mandere*, qui suprema compulsi necessitate id fecerunt, sed bene illud tribuitur necessitati per prosopopoeïam.

28. *Facultate*] In ora lib. Dan. *Facilitate* idem valet. A *facile, facilitas*, à *facul, facultas.* *Facilitas* igitur hoc loco copiam significat, ut alias *facultas.* Hinc *facile agitare* dicebantur divites. Contra *difficultatem* recte paupertatem exposuit Asconius. COLER.

29. *Ne a Romanis desciscerent*] Leid. quint. uterque Ultraj. *desisterent.* Harl. *discederent.* vide supra L. VI. 6. Ext. 1. *Ne a societate nostra desisterent.* ut complures illic habent MSS.

30. *Quae Punicam feritatem deliciis suis cupide fovit*] MSS. quinque *cupida fovit*, ut legebatur ante Pighium.

31. *Casilinum moderatum virtute, clarum perseverantis amicitiae pignore*] Mendosus locus qui ita correcte in Campensi, Gemblacensi & Atrebatensi; *Casilinum modo rarum virtute.* In Wincheliano, Coloniensi, Susiano & Pulmanniano, *Modo rara virtute clarum.* Quae lectio item non displicet. PIGH. *Casilinum modo rara virtute clarum.* Sic legendem sine dubio. Et scriptum ita reperit Pighius in quatuor codd. Habetque ita vetus quoque typis expressus Mart. Herbip. In aliis perperam est *modo rarum virtute clarum*; aut pejus, *moderatum virtute clarum.* VORST. *Casilinum modo rara virtute clarum.* MS. *Rarum.* & sic nonnulli alii Codd. Sed nihil in iis sani. Quem sensum enim τὸ *modo*, quod in MStis scribitur *mo.* Forte, *Casilinum contraria virtute clarum.* Nempe *m* ex praecedenti vocabulo adhaesit, *o* ortum ex ꝯ quod significat *con.* sic facili negotio ex *contraria* vulgata lectio fingi potuit. Fuit autem eorum quoque virtus perseverantis amicitiae pignus, quam maxime contraria Campanis, qui suis deliciis cupide foverunt Poenos, & magna levitate ultro a Romanis desciverunt. PERIZON. *Modo rarum* est in utroque Med. Harl. Bit. Barb. Leid.

pide fovit, in propinquo situm [31] Casilinum, modo rara virtute clarum, perseverantis amicitiae pignore impios oculos verberavit.

In illa obsidione & fide cum [32] trecenti Praenestini permanerent, evenit ut ex his quidam murem captum [33] ducentis potius denariis vendere, quam ipse leniendae famis gratia consumere mallet. [34] Sed, credo, deorum providentia & venditori & emptori, quem uterque merebatur, exitum attribuit. [35] Avaro enim fame consumpto, manubiis sordium suarum frui non licuit: aequi animi vir ad salutarem impensam faciendam, care quidem, [36] verum necessarie, comparato cibo vixit.

3. Ann. urb. 537. Livius XXIII. Plin. VIII. 57. Front. IV. 5. Strab. 5.

[37] C. autem Mario & Cn. Carbone consulibus, bello civili cum L. Sulla dis- 4.

Leid. prim. Ultraj. sec. *Moderatum* quinque alii Leid. Ultraj. prim. quod Badius exponit, *temperatum ne deliciis campanis afflueret.* Equidem conjicio auctorem scripsisse, *In propinquo situm Casilinum roboratum virtute, clarum perseverantis amicitiae pignore, impios oculos verberavit.* Vide etiam Gifan. Ind. Lucret. p. 451. Ultraj. prim. *pignus.*

32. *Trecenti Praenestini*] Livius, quingentos septuaginta: Strabo quingentos quadraginta numerant. COLER. *Praenestini.* Qui hinc *Nuculae* dicti. Vide Fest. in V. *Nuculas*, & ibi notas Ant. Augustini & Scaligeri.

33. *Ducentis denariis*] Sic & Frontin. Plin. *ducentis numis.* COLER.

34. *Sed credo deorum providentia effectum, ut & venditori, &c.*] Verba *effectum ut*, non male omittuntur in manuscriptis. PIGH. *Sed credo Deorum providentia effectum, quae & venditori & emtori.* Pighius *effectum* expunxit, quod à quibusdam codd. id abesset. Verum veteres typis expressi illud habent, & uterque item Brand. MSS. Estque omnino genuina & ab ipso Valerio profecta vox illa. Sed subaudiendum tamen pronomen demonstrativum *id* vel *illud*, & verbum subst. *est*; ut plena oratio sit, *Sed credo* Deorum *providentia id effectum est*; scilicet quod captum murem nonnemo ducentis potius denariis vendere quam leniendae famis gratia ipse consumere maluit. Ceterum in editione Aldina post *effectum* perperam apparet *ut* cum verbo conjunctive modo, hac ratione: *Ut & venditori & emptori quem uterque merebatur exitum attribuerit.* Neque enim ullus casus primus verbum *attribuerit* hic antecedit. In editionibus Chalcoc. & Mart. Herbip. omissum est *ut*, Scriptumque ita, *Et venditori & emptori, quem uterque merebatur exitum, attribuit.* Et sic unus quoque cod. Brand. habet. Sed deest vocula relativa *quae*: quae addita omnem difficultatem tollit. Atque eam ex uno cod. Brand. nunc demum restituimus. VORST. *Sed credo deorum providentia & venditori & emptori, quem merebantur exitum, attribuit.* MS. *prov. effectum, quia venditori.* quomodo & Brand. nisi quod habet *quae* quod recepit Vorstius haud dubie male. Certum enim est τὸ *effectum*, esse a glossa notantis, *effectum* seu *eventum avaritiae.* Id in textum receptum quum requireret vocem fulcientem, varia variis in Codd. apparet. quod ipsum corruptionis suspecta haec jure facit. in aliis *quia*, aliis *quae*, aliis *ut* vel *&*. PERIZON. Eadem varietas occurrit in nostris, quorum major pars tamen *ut* vel *&* habet. Med. sec. *exitus attribueretur*; reliqui *attribuit* retinent. Equidem, quoniam cum Pighio & Perizonio *effectum* hic parum loci habere crederem, illud expunxi.

35. *Avaro enim fame consumpto*] Cop. Harl. Bit. Barb. primi Ultraj. sec. Leid. sext. *Avaro enim & fame consumpto.* Unde suspicetur quis scripsisse Valerium, *Avaro enim ex fame consumpto.* ut *ex vulnere* Flor. L. IV. 12. 42. *Massiliae quippe Lucius morbo solvitur; in Syria Cajus ex vulnere.* Alibi tamen plus semel noster usurpat sine praepositione.

36. *Verum necessarie comparato cibo*] Leid. sec. *verum necessitate ejus parato cibo.* Med. prim. *si rerum necessitati ejus comparato cibo.*

37. *C. autem Mario & Cn. Carbone Cons.*] rectius omisit MS. copulam, quod & supra esse factum observavi. Vide Gron. ad Livium. PERIZON.

38. *Digna enim erat caussa*] An, *Digna enimvero erat caussa?* PERIZON.

 39. *Plin.*

Ann. urb. 671. diſſidentibus, quo tempore non reip. victoria quaerebatur, ſed praemium victoriae res erat publica, ſenatus conſulto aurea atque argentea templorum ornamenta, ne militibus ſtipendia deeſſent, conflata ſunt. [38] Digna enim erat cauſſa, [39] hinc an illi crudelitatem ſuam proſcriptione civium ſatiarent, ut dii immortales ſpoliarentur. Non ergo patrum conſcriptorum voluntas, [40] ſed tua, teterrima neceſſitas, truculenta manus illi conſulto ſtylum impreſſit.

5. Ann. urb. 708. Hirt. B. Hiſp. Dionyſ. XLIII. [41] Divi Julii exercitus, id eſt, invicti ducis invicta dextera, cum armis Mundam clauſiſſet, [42] aggerique extruendo materia deficeret, congerie hoſtilium cadaverum, quam deſideraverat altitudinem inſtruxit: eamque tragulis & pilis, quia roboreae ſudes deerant, magiſtra novae molitionis neceſſitate uſus vallavit.

6. Ann. urb. 733. circiter. [43] Atque ut divinam filii mentionem coeleſtis patris recordationi ſubnectam, cum effuſurus ſe in noſtras provincias Parthorum rex Phraartes videretur, vicinaeque imperio ejus regiones ſubita indicti tumultus denuntiatione quaterentur: tanta in Boſporano tractu commeatus penuria inceſſit [44] ut ſex millibus denariis ſingula vaſa olei, frumentique modiis totidem mancipia permutarentur. Sed amariſſimam tempeſtatem Auguſti cura, tutelae tunc terrarum vacans, diſpulit.

Ex-

39. *Hine an illi crudelitatem ſuam*] Ultraj. prim. an *ille*, ut referantur ad Sullam, more Valerii, *ille* ad poſterius referentis.

40. *Sed teterrimae neceſſitatis truculenta manus illi conſulto ſtylum ſuum impreſſit*] In manuſcriptis haec denuo per apoſtrophen, non inepte; *Sed tua teterrima neceſſitas truculenta manus illi conſulto ſtylum impreſſit.* PIGH. *Sed tua, teterrima neceſſitas, trunculenta manus.* Ita Pighius ex MSS. ut apoſtrophe rurſus fit ad neceſſitatem. Nec ſane inelegans eſt illud, aut à more noſtri abhorrens. Veteres tamen typis expreſſi, & uterque Brandeb. MS. ſine apoſtrophe ſic habent, *Sed teterrimae neceſſitatis truculenta manus.* VORST. cum Pighio facit ſolus Leid. quint. Aliquot etiam *ſtilum ſuum impreſſit.* ut legebatur ante Pighium.

41. *Divi Julii exercitus, id eſt, invicti ducis invicta dextera*] In Atrebatenſi & Gemblacenſi correctius; *idem invicti ducis &c.* PIGH. *Divi Julii exercitus, id eſt, invicti ducis invicta dextera.* Pighius pro *id eſt* ſcripſit *idem:* quod quidem in duobus codd. ipſe invenit. Mihi magis placent voculae *id eſt:* quas & in utroque MS. Brand. & veteribus typis expreſſis reperio. Solenne id auctoribus, ut per voculas *id eſt* de eodem aliquid amplius dicant. VORST. *id eſt.* unus Leid. *item.* delet Leid. quint. reliqui *idem.*

42. *Aggerique exſtruendo materia deficeret*] Barb. prim. *deficeſſet.* J. Fr. Gronovius ad Sen. Ep. 30. ex ſuis MSS. legebat *deficeretur.* ut monuit in margino libri ſui Cl. Drakenborchius.

43. *Atque ut divinam filii mentionem caeleſtis patris recordationi ſubnectam*] Cur *divina mentio,* & non potius *divinus filius*, ut *coeleſtis pater?* & cur magis patrem divinitatis titulo inſigniret, quam filium, jam aeque coeleſtem. Vix dubito ſcripſiſſe Valerium mutata unica litera *divi jam filii*, id eſt jam mortui, & inter Deos relati. Hinc in fine exempli hujus ait, *tutelae tunc terrarum vacans.* Imperatores autem non niſi poſt mortem appellabantur *divi*. Hinc e[illegible] ſuper. *Divi Julii*, ſic. VII. 7. 3. *Divus Auguſtus*. VII. 8. 6. ſic *Divi Auguſti etiamnum terras regentis* IX. 15. 3. Sed tamen *divi-na*

EXTERNA.

1. Ann. urb. 635. Livius XCIX. Florus III. 7.

Cretensibus nihil tale praesidii affulsit: qui obsidione Metelli [45] ad ultimam usque penuriam compulsi, sua, jumentorumque suorum urina sitim torserunt, justius dixerim, quam sustentarunt: [46] quia dum vinci timent, id passi sunt, quod eos ne victor quidem pati coëgisset.

2. Ann. urb. 620 Livius LIX. Flor. II. 28. App. Iberic.

Numantini autem à Scipione vallo & aggere circumdati, cum omnia, quae famem eorum trahere poterant, consumpsissent, ad ultimum humanorum corporum dapibus usi sunt. Quapropter capta jam urbe, complures inventi sunt, artus & membra trucidatorum corporum sinu suo gestantes. Nulla est in his [47] necessitatis excusatio. nam quibus mori licuit, sic vivere necesse non fuit.

3. Ann. urb. 681. Flor. III. 22. Oros. V. 23.

Horum trucem pertinaciam in consimili facinore Calagurritanorum execrabilis impietas supergressa est. Qui quo perseverantius interempti Sertorii cineribus, obsidionem Cn. Pompeji frustrantes, fidem praestarent; quia nullum jam aliud in urbe eorum supererat animal, uxores suas natosque ad usum nefariae dapis verterunt. Quoque diutius armata juventus viscera sua vi-

na opera sunt opera Julii Caesaris. IX. 2. 4. *divinae Caesaris vires* IX. 15. 2. PERIZON.

44. *Ut sex milibus denariis singula vasa olei, frumentique modiis totidem mancipia permutarentur*] Longe alia est lectio in Pulmanniano, Susiano & Atrebatensi, meoque judicio verior, atque correctior; *Uti à militibus, singulis olei frumentique modiis totidem mancipia permutarentur.* Librarii perperam scripsere, *milibus*, pro *militibus*, scioli addidere glossas, locumque pro judicio suo depravarunt. PIGH. *Ut sex millibus denariis singula vasa olei, frumentique modiis totidem mancipia permutarentur.* Ita haec leguntur in veteribus typis expressis, & Brandeb. MSS. Pighius tamen ex quibusdam codd. scribendum putavit, *Uti à militibus, singulis olei frumentique modiis totidem mancipia permutarentur.* Verum *totidem* minus concinne antecedere videtur *singulis*; &, si *singulis modiis* legatur, sequi potius deberet *singula mancipia.* Quoniam autem non *sing. mancipia*, sed *totidem mancipia* legitur, intellitur vel hinc, non legendum esse *singulis frumenti modiis totidem mancipia*; sed voce *singulis*, omissa *frumenti modiis totidem mancipia.* Intelligitur porro & illud, quam recte se habeat, quod antecedit, *Sex millibus denariis singula vasa olei*; neque *singula* in *singulis* mutandum fuisse. VORST. Antiquam lectionem contra Pighium defendunt omnes MSS. de solo Med. primo nihil tamen affirmo. Sed *militibus* eo minus hic placet, quod cura providendi commeatibus ad duces potius, quam ad milites pertinuisse videatur. Ascens. dedit. *Sex millibus denarium*, quod placebat Perizonio. Paulo ante plerique Edd. *inducti tumultus.* Sed praeterquam quod *indicti* melius convenit cum eo, quod sequitur, *denunciatione*, ita quoque in eo, exceptis paucis, conspirant MSS.

45. *Ad ultimam usque penuriam compulsi*] *Usque* deest in utroque Ultraj. Harl. Bit. & Barb. primis. Leid. sec. sed sext. habet, *ad ultimam quoque penuriam.*

46. *Quia dum vinci timent*] Malim *qui* vel *quin.* PERIZON.

47. *Necessitatis excusatio*] Senec. IV. Declamat. *Necessitas magnum humanae imbecillitatis patrocinium.* COLER.

48. *Cadaverum reliquias*] Sallust. Lib. III. Hist. *Parte consumpta, reliqua cadaverum ad diuturnitatem usus sallirent.* Nam haec ad Calaguritanos haud dubie spectant. Idem Sallust. apud Diomedem: *Reliqua cadavera sallita.* Apud Val. praeterea lego *sallire* non *salire* partim

visceribus suis aleret, infelices [48] cadaverum reliquias salire non dubitavit. [49] En quam aliquis in acie hortaretur, ut pro salute conjugum & liberorum fortiter dimicaret! Ex hoc nimirum hoste tanto duci poena magis quam victoria petenda fuit: [50] quia plus vindicatus libertatis, quam victus gloriae afferre potuit; cum omne serpentum ac ferarum genus comparatione sui titulo feritatis superarit. Nam quae illis dulcia vitae pignora proprio spiritu chariora sunt, ea Calagurritanis prandia atque coenae extiterunt.

tim ex libro Dan. partim ex praecepto Diomedis Grammatici vetustissimi. COLER.

49. *En, quem aliquis in acie hortaretur*] Susianus & Pulmannianus per interrogationem proferunt hoc modo, *Eamne unquam aliquis in acie hortaretur?* Juventutem intelligit. Sequitur locus asterisco notandus, quem non intelligo. *Quia plus vindicatus, &c.* PIGH. *Eamne unquam aliquis in acie hortaretur* Vetus optime, *En, quem aliquis*, irrisorio illo & dissimulanti genere sermonis. LIPS. *Eamne unquam.* Lipsius *En quem aliquis.* Melius illo lib. Daniel. *En unquam.* Ita saepe Plautus, Terent. Cicer. Virgil. sunt locuti Glossarium: *En unquam, εἴποτε ᾗ ποτέ.* COLER. *En quam aliquis in acie hortaretur.* Ita legendum censet Gronovius in Notis ad Livii L. xxx. c. 21. Et habent fere ita vetus editio Aldina, & unus codd. Brandeburg. MS. Tantum perperam in iis est *quem* pro *quam.* Pertinet autem illud *quam* ad juventutem de qua praedixit. Simillimum huic est quod infra IX. 12. 3. legitur, *En cui Numantia excidenda traderetur.* Et quod Juvenalis Sat. VII. ait, *En cui tu viridem umbellam, cui succina mittas Grandia.* Estque in talibus ironia quaedam. Et sensus quidem hic est, eam juventutem quae uxores & liberos mactaverat, moneri frustra, ut pro salute conjugum & liberorum fortiter in acie dimicet. Pighius edidit, *Eamne unquam aliquis in acie hortaretur.* Et Colerus, *En unquam aliquis in acie hortaretur.* Sed ille elegantem usum voculae *En* neglexit: hic ne accusativum quidem habet qui ad verbum *hortaretur* pertineat. VORST. Gronovius recte legit, *en quam aliquis*, sed ita jam Oliverius & Ascensius. PERIZON. Bit. prim. *Et nunquam aliquis.* Med. prim. *enne unquam aliquis.* sec. *Eamne unquam.* Ultr. prim. *En quis unquam eam.* sec. Harl. Barb. Leid. tres *En quem aliquis* Leid. quint. & sext. *En unquam aliquis.* Sed in sext. additur, *al' en quem.* Ven. Edd. *En unquam aliquis*, Recte. *En quam aliquis* Vorstius restituit.

50. *Quia plus vindicatus libertatis, quam victus gloriae afferre potuit*] Haec Pighius notavit asterisco: seque ea non intelligere profitetur. Mihi ad intelligendum non adeo difficilia videntur. Vult nimirum Valerius, plus libertatis, si Calagurritani vindicarentur, id est, punirentur, conciliari potuisse, quam gloriae, si vincerentur. VORST. *Quia plus vindicatus libertatis, quam victus gloriae adferre potuit.* ingenue fatetur Pighius in secunda editione se haec non intelligere, locumque asterisco notavit. Vorstius dum explicare conatur maxime se ridiculum exhibet. Cui enim libertatem adferre potuit vindicatus hostis? si ipsi, non erat illa poena sed beneficium: si Pompejo, ergo qui imperium gerebat, libertate caruit? sane, si expungeretur vox *libertatis*, omnia essent sana & perquam commoda. Quod si cui haec audacior videatur medicina, legendum forte pro eo *Imperatori*, vel *imperanti.* sic VII. 7. 1. *militantis cujusdam pater* pro *militis.* PERIZON. *Plus libertatis* explicat Ascensius, *cum tali populo, tamque impio, vivente, numquam tuta esse libertas possit.* Guyetus conjiciebat *lenitatis*; quod aeque non intelligo. Omnino censeam cum Perizonio expungendum illud *libertatis*; quod possit natum videri e glossa, qua quis *vindicatus* explicuerit *liberatus.* Nam ut *imperatori* vel *imperanti* legas, non videtur, quia paucis verbis ante praecessit *duci tanto.* Interea MSS. mutant nihil. Nisi quod in Bas. ad marginem est. *Ex hoc nimirum hoste duci poena quam victoria petenda fuit. Quia plus vindicatus liberis natis, quam victus gloriae adferre potuit.* quod occasionem dedit Klokkio ita scribendi. Agnosco glossam & defectum; lego & expleo lacunam. *Quia plus vindicatus interemptis conjugibus liberisque piaculi dare, quam victus victori gloriae adferre potuit.* Ceterum hac audacia si vetustis scriptoribus medicinam facere velimus, omnia jam facilia erunt & prona, neque ullus locus adeo conclamatus, ut restitui nullo negotio possit.

CA-

CAPUT VII.

DE TESTAMENTIS RESCISSIS.

1. *Patris qui filium exheredaverat.*
2. *M. Anneji Carseolani.*
3. *C. Tettii.*
4. *Septiciae Trachalorum matris.*
5. *Terentii cujusdam.*
6. *Naeviani cujusdam.*
7. *Juventii cujusdam.*

Vacemus nunc negotio, [1] quod actorum hominis & praecipuae curae, & ultimi est temporis, consideremusque quae testamenta aut rescissa sunt legitime facta; aut, cum merito rescindi possent, rata manserunt: quaeque ad alios quam qui expectabant, honorem hereditatis transtulerunt.

[2] Atque ista ut ordine, quo proposui, exequar, militantis cujusdam pa- 1. Cic. de Or. 1.
ter, cum de morte filii falsum è castris nuntium accepisset, [3] aliis heredibus scriptis decessit. Peractis deinde stipendiis, [4] adolescens reversus, domum errore patris, impudentiaque amicorum sibi clausam reperit. Quid enim illis inverecundius? florem juventae pro republica absumpserat, maximos labores, & plurima pericula toleraverat, adverso corpore exceptas ostendebat cicatrices: & [5] postulabat, *ne avitos ejus lares otiosa ipsi urbi onera*

1. *Quod actorum hominis*] Ultraj. prim. *quod cunctorum hominum.*

2. *Atque ista ut ordine*] Sic nonnulli. alii, *atque ut ea ordine.* pars, *atque ita ut ea ordine.* quidam, *atque ita ordine. Atque ita ut ea ordine* legebatur ante Pighium in omnibus Edd. An? *Atque ista ut eo ordine, quo proposui, exsequar.*

3. *Aliis heredibus scriptis*] Leid. sext. *Alienis haeredibus scriptis.*

4. *Adolescens domum petit, errore patris impudentia amicorum domum sibi clausam repperit*] Inepta repetitio ejusdem dictionis. Quare melius in Susiano & Pulmanniano; *Adolescens reversus domum errore patris, impudentiaque amicorum sibi clausam repperit.* PIGH. *Adolescens reversus domum errore patris impudentiaque amicorum sibi clausam repperit.* Ita Pighius è duobus codicibus; voce *domum* non geminata. Alii, interque hos Brandeburgenses sic, *Adolescens domum petit, domum err. patris, impudentia amicorum domum sibi clausam reperit.* Habentque ita veteres quoque typis expressi. Ceterum *adolescens* dicitur, quamvis, ut mox sequitur, florem juventae pro reip. jam absumpsisset, pro more Romanorum. Vide Ind. Boecleri in Nepotem, voce *Adolescens*; & Freinshemii in Florum, v. *Puer.* VORST. *Reversus* non invenio, *petiit* est in MSS. minimum duodecim. *domum* in omnibus geminatur, sed variis locis. Pro *reperit*, Cop. *reperiit.* ex quo verbo errorem hic natum arbitror, & lego, *Peractis deinde stipendiis, adolescens domum errore patris, impudentiaque amicorum, sibi clausam repetiit.* Nonnulli MSS. *imprudentia*, sed omnino male. *Impudentiam* respicit quod sequitur, *quid enim illis inverecundius?* Etiam post annum trigesimum *adolescentes* vocatos ostendit Manut. ad Cic. L. 1. ad Fam. Ep. 1.

5. *Postulabat ne avitos ejus lares*] Bit. prim. Leid. quint. sext. Ultraj. prim. *ut non.* Barb. prim. *ut aut.* Ultraj. prim. sec. *ut ne*, quod verum puto.

6. *Togatam ingredi militiam*] Cop. *Aggredi. Exceptas* delebat Harl.

7. *Militiam acerbe*] Distinguit egregie Lib. Da-

ra possiderent. Itaque depositis armis coactus est in foro [6] togatam ingredi [7] militiam. Acerbe. cum improbissimis enim heredibus [8] de paternis bonis apud centumviros contendit: omnibusque non solum consiliis, sed etiam sententiis superior discessit.

2. Item [9] M. Anneji Carseolani, splendidissimi equitis Rom. filius, à Sufenate avunculo suo adoptatus, testamentum naturalis patris, [10] quo praeteritus erat, apud centumviros rescidit, [11] cum in eo Tullianus, Pompeji Magni familiaris, ipso quidem Pompejo signatore, heres scriptus esset. Itaque plus illi in judicio cum excellentissimi viri gratia, quam cum parentis cineribus negotii fuit. Ceterum quamvis utraque haec [12] adversus eum nitebantur, tamen paterna bona obtinuit. Nam L. quidem Sextilius & [13] P. Po-

Daniel. *Coactus est in foro togatam ingredi militiam. acerbe. cum improbissimis enim.* COLER. *Acerbe.* Haec vox sola periodum constituit. Estque in uno cod. Brand. ab his quae praecedunt separata puncto. Atque talia & supra observavimus. VORST. Separaverat eam jam Colerus, in ceteris editionibus jungebatur verbis praecedentibus.

8. *De paternis bonis apud centumviros contendit*] *Centumviri* dicebantur judices penes quos privatarum caussarum, ut hereditatum, testamentorum &c. cognitio fuit. Hinc *parvas* & *exiles* centumvirales caussas Plinius L. xxi. ep. 14. appellat. Lecti autem fuerunt ex tribubus, quae numero XXXV. terni ex singulis; ut revera CV. essent. Retinebatur tamen rotundus numerus; ut appellatio commodior esset. Omnibus praesidebat praetor. VORST.

9. *M. Anneus*] Malim: *M. Annius.* Forte is fuerit de quo Cicero ad Atticum Lib. v. epist. 4. COLER. *M. Annei Carseolani.* Ita legendum videtur; non ut Pighius edidit, *M. Annejus M. Carseolani filius.* Habent ita veteres typis expressi omnes, & Brandeb. item MSS. nisi quod Aldus habet *Anci.* VORST. Lege ex MSto. *M. Annei Carseolani* cum Vorstio. PERIZON. Idem praecipiunt MSS. nostri. Pro *Sufenate*, quinque habent *Sufanete*, tres *Suffennate*, Leid. sext. *Suffrenate.* *Anci* habent omnes praeter Mediol. quae *Annaei* exhibet.

10. *Quo praeteritus erat*] Cop. & Barb. *A quo praeteritus erat*, sc. Patre. ut Ex. 4. *Testamento etiam utrumque praeteriit.* contra vero c. 8. 4. *cum testamento fratris praeteritus esset.*

11. *Cum in eo Tullianus*] Tres Leidd. Ultraj. sec. Harl. Bit. Barb. prim. *Cum eo Tullianus*, deleta praepositione *in.* Sic Sall. Bel. Jug. c. 69. Ed. J. Wasse. *Quem Micipsa testamento secundum heredem scripserat.* Cic. L. II. de Orat. c. 38. *Possetne paternorum bonorum exheres esse filius, quem pater testamento neque heredem neque exheredem scripsisset nominatim.* Suet. in Jul. c. 83. *Sed novissimo testamento tres instituit heredes.* Noster c. 8. *Testamento is filium instituit heredem.*

12. *Adversus eum nitebantur*] Ante Pighium edebatur *adversus se*, ut legitur in Med. primo. Leid. sec. *adversa videbantur.* Leid. sext. *adversus mittebantur.* Cop. Leid. prim. sec. quint. sept. Harl. Barb. Bit. omittunt pronomen. Ultraj. prim. *adversum nitebantur.* Absolute; ut apud Comicos. Ter. Adel. I. I.

Neque servulorum quisquam, qui adversum ierant.

& sic saepe Plautus. Sed in illis potius *obviam* significat, cum hic certamen significetur. Quare malim *eum* retinere, & credere hoc excidisse propter similitudinem syllabae praecedentis in *adversum*, quomodo saepius apud nostrum scribi supra notavimus.

13. *P. Popilius*] Ultraj. sec. *P. Pomponius.* Med. prim. & Cop. *P. Pompilius.* Leid. sext. *Paulus Popilius.* postea Med. prim. & Leid. quint. *Tullianum heredem fecerat.*

14. *Sacramento cum adolescentulo contendere ausi non sunt*] Non tantum sponsione, sed & sacramento, litigatores Romani contendere solebant. Vide Brissonium L. v. de form. Ubi & ex Valerio Probo profert hanc formulam, *Quando negas, te sacramento quingenario provoco*: item, *Quando negat, sacramento quaerito.* Quid autem sit *sacramento conten-*

[13] P. Popilius, quos M. Annejus ſanguine ſibi conjunctos eadem ex parte, qua Tullianum, heredes fecerat, [14] ſacramento cum adoleſcentulo contendere auſi non ſunt; tametſi praecipuis eo tempore [15] Magni viribus ad defendendas tabulas teſtamenti invitari poterant. [16] Et aliquantulum adjuvabat heredes, quod M. Annejus in Suſenatis familiam ac ſacra tranſierat. Sed arctiſſimum inter homines procreationis vinculum, patris ſimul voluntatem, [17] & principis viri auctoritatem ſuperavit. Ann. urb. 695. circiter.

[18] C. autem Tettium infantem a patre exheredatum, [19] Petronia matre, quam Tettius, quoad vixit, [20] in matronio habuerat, natum, divus Auguſtus *in bona paterna ire decreto ſuo* juſſit; patris patriae animo uſus: [21] quoniam Tettius in proprio jure procreato filio, [22] ſumma cum iniquitate paternum nomen abrogaverat. 3.

Se-

tendere, apparet ex lib. IV. Varronis de ling. Latina; ubi verba ejus haec ſunt: *Ea pecunia quae in judicium venit in litibus, Sacramentum à ſacro. Qui petebat & qui inficiabatur, de aliis rebus uterque quingentos aeris deponebant: de aliis rebus item certo alio legitimo numero aſſium. Qui judicio vicerat, ſuum ſacramentum à ſacro auferebat: victi ad aerarium redibat.* VORST.

15. *Magni viribus*] Bit. prim. Ultraj. ſec. *Magni Pompeji viribus*. Med. prim. delet *eo tempore*.

16. *Et aliquantulum adjuvabat*] Uterque Med. Ultraj. ſec. Leid. quint. *aliquantum*. Cop. *juvabat*.

17. *Et principis viri auctoritatem*] MSS. duodecim omittunt *viri*, quae vox demum a Pighio fuit adjecta, quod ita abſolute, credo, Pompejus princeps dici poſſe ei non videretur. Cic. Phil. VIII. 10. *O Dii immortales, quam magnum perſonam in Rep. tueri principis.* Sed hic nonnihil obſtant addita *in Republica* & *perſ.*

18. C. *autem Tettium*] Plerique MSS. *Teſtium*. Copeſ. a ſec. manu *Tertium*. *Tectum* legebatur ante Pighium.

19. *Petronia matre*] Bit. *Caja Petronia*. Leid. ſext. *G. Petronia*.

20. *In matrimonio*] Lib. Dan. *In matrimonium*. Ita non rarenter Valerius. Salluſtius Catilinario: *Exercitus quem in Aſiam ductaverat.* pro *in Aſia*. In fragmento legis Thoriae: QVEI. EORVM. IN. AMICITIAM. POP. ROMANI. BELLO. POINICO. PROXIMO. MANSERVNT. *In mentem, in poteſtatem eſſe* obſervavit etiam Agellius. COLER. *Matrimonium* habent etiam quatuor e noſtris.

21. *Quoniam Tettius in proprio jure procreato filio*] Diſtingue, *In proprio, jure procreato, filio.* PERIZON.

22. *Summa cum iniquitate paternum nomen abrogaverat*] Priſca lectio, *nomen jurgaverat.* Fuit omnino, *nomen ejuraverat.* LIPS. *Abrogaverat.* Lipſius ex priſca lectione exſculpſit: *ejuraverat.* In lib. Dan. *Abjuraverat.* Sic Cicero ad Attic. *Mihi abjurare certius eſt, quam dependere.* Salluſtius: *Creditum abjurare.* De hoc verbo Servius VIII. Aeneid. *Abjurare eſt rem creditam negare perjurio. Sed hoc iſti loco non congruit. Unde modo abjuratas rapinas, contra jus retentas intelligimus. Alii abjuratas abductas atque alieni juris factas, alii fraude abductas.* Gloſſarium: *Abjurat* ἐπιορκεῖ, ἀπόμνυσι. COLER. *Paternum nomen abrogaverat.* Ita veteres typis expreſſi, & MSS. item plerique omnes. Quae lectio ſi genuina eſt, ſubaudiendus videtur Dativus pronominis reciproci *ſibi:* quomodo & infra VII. 7. 6. ad verba *praetoriam jurisdictionem abrogavit*, aliquis caſus tertius ſubaudiendus videtur. At codex P. Dan. quem Colerus inſpexit, *pat. nomen abjurav.* Ad quod proxime accedit quod Lipſius in vet. cod. obſervavit *p. n. jurgaverat.* Unde ille conjicit legendum eſſe *ejuraverat.* Si *abjuraverat* legendum, ſit hoc idem quod *ejuraverat*, id eſt, renuntiaverat. Dicunt vulgo *ejurare militiam, magiſtratum, imperium*, pro *renuntiare militiae, magiſtratui, imperio.* VORST. *Abrogaverat* tuentur omnes MSS. niſi quod prim. Med. *arrogaverat*, ſec. *arrogavit*. Cl. Drakenb. monebat, videndum Barth. ad Stat. L. VI. Theb. 151.

23. *Teſtamento etiam utroque praeterito*] V. C. *Teſtamento etiam utrumque praeteriit.* PIGH.

 Te-

4. Septicia quoque, mater Trachalorum Ariminensium, filiis irata, in contumeliam eorum, cum jam parere non posset, Publicio seni admodum nupsit, [23] testamento etiam utroque praeterito. A quibus aditus divus Augustus, & nuptias mulieris, & [24] suprema judicia improbavit. Nam hereditatem maternam filios habere jussit: dotem, quia non [25] creandorum liberorum caussa conjugium intercesserat, virum retinere vetuit. [26] Si ipsa aequitas hac de re cognosceret, [27] possetne justius aut gravius pronuntiare? [28] Spernis quos genuisti: nubis effoeta: testamenti ordinem violento animo confundis: neque erubescis ei totum patrimonium addicere, [29] cum

ju-

Testamento etiam utroque praeterito. Ita veteres typis expressi, & Brand. MSS. Pighius tamen maluit, *Testamento etiam utrumque praeteriit.* VORST. MSS. Omnes *utroque praeterito.* consule etiam Gifan. ind. ad Lucret. p. 436.

24. *Suprema judicia*] Id est, testamentum: quod & *supremam* sive *ultimam voluntatem* dicunt. Suetonius Aug. 66. *Amicorum supr. judicia morosissime pensitavit* VORST.

25. *Creandorum liberorum*] Veteres plerique: *Quaerendorum liberorum.* Rectissime. Agellius lib. IV. cap. 3. *Uxorem se liberorum quaerendorum gratia habiturum.* Ennius: *Ducit me uxorem liberorum sibi quaesendûm gratia? Quaesere* pro Quaerere, antique. PIGH. *Creandorum liberorum causa.* Ita codices Brand. & veteres typis expressi. Alii, quos secutus est Colerus, *quaerendorum liberorum.* Utrumque satis Latinum. VORST. Nescio quos libros plerosque veteres intelligat Colerus, qui praeter Codicem Dan. non facit alterius mentionem. Editi vero omnes habent *creandorum* cum omnibus MSS. Sed in margine notavit etiam Pighius *al' quaerendorum.* & sic citat hunc locum Lipsium ad Tac. Ann. L. II. 27. notante Perizonio. Sed ipse Lipsius ex Augustino ibi locum habet, in quo est *liberorum procreandorum caussa*, ut erat in Copes. & Tacitus *liberorum suscipiendorum caussa. creare liberos*, de matre aeque dici quam de patre docuit Cl. Burman. ad Phaed. L. I. 6.

26. *Si ipsa aequitas hac de re cognoscere potuisset, justiusne aut gratius pronuntiaret*] In Cauchiano haec eleganter, *Si ipsa aequitas hac de re cognosceret, possetne justius aut gravius pronunciare?* PIGH. *Si ipsa aequitas hac de re cognoscere potuisset.* Ita uterque cod. Brandeb. Et magis id placet quam quod Pighius ex cod. Cauchiano scripsit *cognosceret.* VORST. Cum Brand. nonnulli faciunt. Alii fere ostendunt legendum *cognoscere, potuissetne justius aut gravius pronunciare.* quamvis in plerisque extet *pronunciaret.* in Med. sec. etiam *pronunciasset.*

27. *Possetne justius aut gravius pronuntiare*] *Gravius* scripsit Pighius è cod. Cauchiano. Estque melius quam quod in aliis est *gratius.* VORST. *Gratius* exstat in undecim nostris.

28. *Spernis, quos genuisti*] Ultraj. prim. Leid. quart. Cop. *Spernis, inquit, quos genuisti.*

29. *Cujus polluto jam corpori*] In Atrebatensi, Gemblacensi, Cauchiano, Coloniensi & Campensi, *pollincto*, legitur. Atque elegantissime. Est enim, *pollincire*, Plauto, aliisque veteribus, cadavera ungere, & *Pollinctores* vocantur funerum curatores ut in Poenulo.

Quod mihi pollinctor dixerat, qui eum pollinxerat.

Pollinctum igitur *corpus* senis appellat morti & rogo vicinum. PIGH. *Pollincto.* Errat Pighius qui fabricari verbum *Pollincire* conatus est. Nam *Pollingo* dicebant illi, non *Pollincio.* Vetus Glossarium: *Pollingo* περιστέλλω νεκρόν. Σιροπλοκῶ. ἐνταφιάζω. Ταριχεύω. Et *Pollingere* quasi *polline ungere* esse, scribit Fulgentius. Servius ad IX. Aeneid. *Pollinctores appellatos dicunt, qui mortuis os polline oblinebant, ne livor appareret exstincti.* COLER. *Cujus pollincto corpore.* Ita recte Pighius ex aliquot codd. MSS. Unus quoque Brandeb. sic habet. Aldus. *polluto corp Pollinctum corpus* hic est quod morti rogoque est vicinum. VORST. Brab. prim. *Pollinto.* Ultraj. sec. *Pollinito.* Leid. quint. & sext. *Pollineto.* Ceteri *Polluto*, sed Cop. a manu sec. Perizonius notaverat videnda esse Valesiana p. 76. adde Gifan. Ind. Lucr. p. 436.

30. *Ergo dum sic te geris*] Complures MSS. Er-

jus pollincto jam corpori marcidam senectutem tuam substravisti. [30] Ergo dum sic te geris, ad inferos usque coelesti fulmine afflata es.

[31] Egregia quoque [32] C. Calpurnii Pisonis praetoris Urb. constitutio. 5.
Cum enim ad eum [33] Terentius ex octo filiis, quos in adolescentiam per- Ann. urb. 682.
duxerat, *ab uno in adoptionem dato exheredatum se* [34] querelam detulisset: bonorum adolescentis possessionem ei dedit, heredesque lege agere passus non est. [35] Movit profecto Pisonem patria majestas, donum vitae, beneficium *educationis*: sed aliquid etiam flexit circumstantium liberorum numerus, [36] quod cum patre septem fratres impie exheredatos videbat.

Quid [37] Mamerci Aemilii Lepidi consulis quam grave decretum? [38] Genu- 6.

Ergo dum sic te egeris. item *afflata est. egeris* legebatur ante Pighium. Vide supra L. IV. I. 6.

31. *Egregia est quoque*] Sic Pighius cum verbum substantivum, ut sexcenties alibi, ab editis ante eum abesset, ut etiam non invenitur in nostris MSS.

32. *C. Calpurnii Pisonis praefecti urbis*] In Atrebatensi & Campensi recte, *pr. urb.* id est, praetoris urbani PIGH. *C. Calpurnii Pisonis Praetoris urb. constitutio* Libri plerique omnes, *praefecti urbis.* Referre ad *Pisonem* praefectum sub Tiberio conabar, cui dare se Valerius voluerit arcessito hoc exemplo: sed illi *Lucium* praenomen fuit. LIPS. *Praetoris urbani.* Ita intelligit Pighius quod in codd. Atrebatensi & Campensi reperit, *pr. urb.* In uno cod. Brand. manifeste & totidem literis scriptum est *praetoris urbis.* Lipsius tamen libros plerosque omnes ait *praefecti urbis* habere. *Praetoris urbis*, & *praetoris urbani* & infra VII. 7. 6. & 7. fit mentio. VORST. Harl. *Pop. Rom. urbis.* Ultraj. prim. *praetorii.* sec. *P. Ro.* Leid. sext. *praetoris urbis.* Bit. & Med. prim. *praefecti urbis* cum antiquis Edd. reliqui cum Atrebatensi & Campensi consentiunt. *Praetorem* tamen vocat Oliverius.

33. *Terentius ex octo filiis*] Mentis meae oculus hic, nisi legas, *Terentius cum octo*, caecutit. LIPS. Male Lipsius legit *cum* Sensus est *ab uno ex octo filiis*, & in fine exempli *septem* nominantur. Ex quo clarissime apparet *eum* fuisse *inter octo*, ut taceam de educatione. PERIZON.

34. *Querelam detulisset*] Harl. *querela.*

35. *Movit profecto Pisonem*] Sic Pighius emendavit, cum vetustiores praeferrent *monuit profecto Pisonem.* Quod exstat in Ultraj. sec. Copes. Barb. & Med. prim. & quatuor Leidd. Sed reliqui *movit*, quod rectius est.

36. *Quod cum patre septem fratres*] Copes. cum quatuor aliis, *qui cum patre.* Ultraj. sec. *quos.* prim. *quia cum patre.* Copes. item *viderat.*

37. *Mamerci Aemilii Lepidi*] Mamerci Aemilii Lepidi consulis hic mentio fit, fortassis autem *Marci* legendum pro *Mamerci*, quod cognomen videtur *Mamercus*, nisi quis Aemiliorum etiam praenomen fuisse contendat. Cum autem tot fuerint M. Aemilii Lepidi, non satis certum est de quonam hic loquatur. Videtur autem quibusdam loqui de eo, qui consul fuit anno 596. quia hic mentio est Orestis praetoris, qui proximo deinde anno factus est Consul. In sequentibus item exemplis omnia de Metellis & aliis viris obscura sunt, quae utique indigebant explanatione, maxime ubi de Q. Caecilio, L. Luculli ope adjuto. Cujus Luculli tempore intra 23. annos Q. Caecilii quatuor in Consulatu fuerunt. Sed ita Romani historias scribunt. GLAREAN. *Mamercus Aemilius Lepidus* consul memoratur etiam in Fastis Capitolinis anno U. C. 676. quo etiam praetor fuit C. Orestes. Vide Pighii Annales.

38. *Genucius quidam*] Plures MSS. habent *Genicius*, cum Ven. Ed. item Ultraj. prim. *G. Oreste.*

39. *Matris magnae Gallus*] *Mater magna* est Cybele; ita dicta, quod omnium Deorum mater crederetur. *Gallus* autem est Matris magnae sacerdos, excisus seu castratus. Ovidius IV. Fast. *Cur igitur Gallos, qui se excidere, vocamus.* Vetus inscriptio Romae sic habet: *C. Camerius Crescens Archigallus Matris*

Ann. urb. 676. nucius quidam, 39 Matris Magnae Gallus, à Cn. Oreste praetore Urbis impetraverat, 40 ut restitui se in bona Naeviani juberet, quorum possessionem secundum tabulas testamenti ab ipso acceperat. Appellatus Mamercus 41 à Surdino, cujus libertus Genucium heredem fecerat, praetoriam jurisdictionem abrogavit: quod diceret *Genucium 42 amputatis sui ipsius sponte genitalibus corporis partibus, neque virorum, neque mulierum numero haberi debere.* Conveniens Mamerco, conveniens principi senatus decretum; quo provisum est 43 ne obscoena Genucii praesentia, inquinataque voce, tribunalia magistratuum sub specie petiti juris polluerentur.

7. Ann. urb. 680. Multo Q. Metellus praetorem urbanum severiorem egit, quam Orestes gesserat: qui 44 Vetilio lenoni 45 bonorum Juventii possessionem secundum tabulas testamenti non dedit; quia vir nobilissimus & gravissimus, fori ac lupanaris separandam conditionem existimavit: nec aut factum illius comprobare voluit, qui fortunas suas in stabulum contaminatum projecerat: aut

Deûm magnae Idaeae & Attis populi Rom. vivus sibi fecit &c. VORST.

40. *Ut restitui se in bona Naeviani juberet*] Legendum omnino est, *Naeviana.* Libertus enim erat *Naevii Surdini*, ideoque dicitur *Naevius* non *Naevianus.* sic vero & apud Cic. *Autronianam domum.* Potest vero & ex seqq. colligi hominem hic nondum esse nominatum, quando ait. *cujus libertus Genucium haeredem fecerat.* Dixisset enim vel *cujus libertus erat Naevianus*, si eum jam supra ita nominasset, vel superius ad nomen *Naeviani* addidisset, *Libertum eum fuisse Surdini*, ut fecit glossator in MSto Copesiano & in textum immisit. Cicero XIII. Fam. 8. *quae praedia a Caesare emerat de bonis Plotianis:* mox, *praedia Laberiana.* Cic. XII. Fam. 26. *ne patiare Erotem Turium (Q. Turii Libertum) haereditatem Turianam ut adhuc fecit avertere.* Egit de hoc etiam loco Spanh. pag. 521. PERIZON. *Neviana* clare exhibet Ultraj. sec.

41. *A Surdino*] MSS. ut ante Pighium vulgabatur, *Surdinio*.

42. *Amputatis sui ipsius sponte genitalibus corporis partibus*] Ita sane veteres typis expressi, & Brandeb. MSS. Quid si vero legatur *sua ipsius sponte?* Ita sane in uno cod. Brand. emendatum video. VORST. *Sui ipsius* omnes scripti retinent.

43. *Ne obscoena Genucii praesentia, inquinataque voce*] Utpote hominis castrati & vocem raucam habentis. VORST. Ridicule! exsecantur scil. etiam nunc apud Italos mares, ut vox eorum raucescat. Quanto meliora ab Ascensio discere potuerat. qui rectius exponit *effeminata; quia se ipse castraverat.*

44. *Vitilio lenoni*] Alii: *Vibieni.* Lib. Dan. *Vitililenoni.* Fallor an Valerius vilissimae personae nomen non expressit & pro eo *Vitilenonem* posuit, eleganti & lepida appellatione, nec Latinis auribus absurda? Hoc modo *Vitilenam. Vitilitigare* Cato. *Vitimagistratum* Sallustius composuere. Nec ita temere antiquarium facerem Valerium nostrum, nisi idem dixisset, *Pollinctum corpus, vaframentum, stuprosus* & similia. COLER. MSS. habent *Vetilio lenoni*, quomodo legebatur ante Pighium qui *Vetilio* dedit, forte typorum errore, sed Ultraj. sec. *Vetulio* tamen habet, Leid. quint. *Vecilo.* Barb. prim. *Vetilio filio lenoni.*

45. *Bonorum juventii possessionem*] Sic Pighius tacite emendavit, cum editum invenerit, *qui Vetilio lenoni juveni bonorum possessionem secundum tabulas testamenti non dedit.* vel apud Ascens. *Vetilio lenoni juvenis bonorum* &c. *juveni bonorum* reperio in MSS quinque. *juvenis* in Leid. sext. & Med. prim. *juvenii.* Ultraj. prim. sec. *invinni. jumeni* Med. sec. *Viveni* Leid. prim. in nullo quod Pighius in margine adscripsit. *al' Vibieni.*

46. *Ab*

aut huic tanquam integro civi jura reddere, qui se [46] ab omni honesto vitae genere abruperat.

46. *Ab omni honesto vitae genere*] Barb. prim. & Leid. quart. *Honestae vitae genere.*

Caput VIII.

DE RATIS TESTAMENTIS ET INSPERATIS.

1. *Sempronii Tuditani.*
2. *Aebuciae.*
3. *Q. Metelli.*
4. *Fratris Pompeji Rhegini.*
5. *Q. Caecilii.*
6. *T. Marii.*
7. *L. Valerii Heptachordi.*
8. *T. Barruli.*
9. *M. Popilii.*

His rescissorum testamentorum exemplis contenti attingamus ea, quae rata manserunt, cum caussas haberent propter quas rescindi possent.

Quam certae, quam etiam [1] notae insaniae Tuditanus; utpote qui populo nummos sparserit, [2] togamque velut tragicam vestem in foro trahens, maximo cum hominum risu conspectus fuerit, ac multa his consentanea fecerit. [3] Testamento Ofilium instituit heredem: quod Ti. Longus, san- 1. Cic. Philip. III.

1. *Notae insaniae*] Cicero III. Acad. *Quid loquar de insanis? qualis tandem fuit affinis tuus, Catule, Tuditanus? quisquam sanissimus tam certa putabat, quae videbantur?* De eodem 3. Philippica. COLER.

2. *Togamque velut tragicam vestem in foro trahens*] Inter alia dementiae Tuditani signa & illud fuit, quod, quemadmodum in tragoediis fiebat, syrma togae in foro traxit. Tuditani illius & Cicero mentionem facit tum in tertia Philipp. tum in L. III. Acad. qq. VORST.

3. *Testamento is filium instituit heredem*] Si filium instituit: quomodo Ti. Longus id subvertit? & quomodo is sanguine ei proximus? clara perversio. Emendavimus nuper, *Testamento Ofilium*, & probat nunc vetus, cui vocula, *is*, nulla est. LIPS. *Testamento is.* Liquidae fidei correctio Lipsiana: *Testamento is Ofilium.* COLER. *Testamento Ofilium instituit heredem. Ofilium* rescribendum conjecit Lipsius; & sine haesitatione rescripsit Colerus; cum in codicibus tum antiquioribus typis expressis, tum MSS. legeretur *filium.* VORST. Siquidem primum exemplum ita legimus, ut Pighius edidit, οὐδὲν ὑγιές? Quid enim Tuditanus pro stultitia sua fecit, cum filium instituit hacredem? Et Ti. Longus propinquior haeres quam filius? Non credo hinc sese expedire posse vel acerrimi judicii Papinianum, Sed omnino legendum cum Lipsio, tum notis h. l. tum II. Elect. 11. *Testamento Ofilium* instituit haeredem. id est non suae, sc. Semproniae gentis hominem, sed extraneum, praeterito *T. Sempronio Longo* gentili suo. *Ofilii* noti ex inscr. 15. p. 919. Operis Gruteri. & ex L. 11. ff. d. O. L. 45: ad quem olim notavimus plura. Meminit & Valer. L. VIII. c. 13. Sed & ibidem temporis injuria nomen illud obtritum. Lege, *Et Clodia A. Ofilii, quindecim filiis ante amissis, quintumdecimum & centesimum explevit annum.* Rationem pluribus reddam cum eo venero. Nota vero ex hoc loco *Tuditanorum* familiam exstinctam, quae ab anno U. C. 513. usque ad A. U. 624. consulatibus quatuor, Censuris duabus, triumphi

ſanguine proximus, [4] haſtae judicio ſubvertere fruſtra conatus eſt. Magis enim centum viri, quid ſcriptum eſſet in tabulis, quam quis eas ſcripſiſſet, conſiderandum exiſtimaverunt.

Vi-

phi praetexto de Japidibus clara fuit. Ultimum illum vixiſſe arbitror circa tempora Pompeji Magni Nepotem C. Tuditani conſulis A. 624. RUPERT. *Teſtamento is filium inſtituit haeredem.* Lipſ. conjecit *Oſilium.* Idque receptum eſt a Colero & Vorſtio: probatumque a Ruperto. Sed quis ſit ille *Oſilius* nemo explicare potuit. Videbo igitur an rectius quid ad hunc locum poſſim adferre. *Tuditanus* is, qui teſtamentum fecit, filium videtur non habuiſſe, filiam habuit *Semproniam* Fulvii uxorem, matrem Fulviae Clodii & Antonii. Errat igitur Rupertus, dum hunc *Tuditanum* Nepotem putat Conſulis anno 624. & Conſobrinum Fulviae, cujus fuit avus. Tum nihil iſte caetera inſanus *Tuditanus* in condendo teſtamento pro ſolita ſtultitia egit, quod vult Rupertus. Hinc *centumviri magis conſiderandum exiſtimaverunt, quid ſcriptum eſſet in tabulis, quam quis eas ſcripſiſſet.* Quo ni fallor ſatis oſtenditur in inſtituendo haerede nihil fuiſſe peccatum a Tuditano. Lego igitur vel *filium*, vel *Fulvium*; qui erat gener ipſius. Dicet autem quis, cur igitur *Ti. Longus* teſtamentum evertere voluerit, cum ad eum haereditas nullo modo pervenire potuerit. Sed forte iratus fuit homini, vel legatum exſpectaverat, vel aliud antiquius teſtamentum pro ſe habebat. Vel iis, quibus legata in eo teſtamento data erant, inimicus erat. Magis me movet, quod *Ti. Longo* additur eum *ſanguine proximum* fuiſſe. Quaſi eo vellet indicare, auctor, cur reſcindi teſtamentum peteret, quia ad ſe pertinebat. Sed vereor ne illa in hunc finem a ſcribis textui ſint addita. Nam profecto *Tuditano* paterno ſanguine non valde propinquus fuit; ut qui neque avum eundem habuerint. Non quaſi hac ratione teſtamentum reſcindi voluerit *Ti. Longus*, quod alienum haeredem feciſſet, ſed quod furioſus teſtamentum facere non poſſet. Accedit etiam illud, quod more ſuo ad ſecundum exemplum tranſiens tabulas Tuditani videtur etiam ipſe probare, cum dicit *vita Tuditani demens Aebuciae autem tabulae plenae furoris.* quaſi dicat *Tuditanum quidem in vita ſua fuiſſe dementem non in teſtamento condendo: Aebuciam vero in tabulis ſuis furore corruiſſe*, Aeque enim plenae furoris Tuditani tabulae fuiſſent, ſi praeterito haerede ſuo, id eſt filio, alienum feciſſet, cum Albucius alteram tamen filiam haeredem reliquerit; adeoque gravius haud dubie etiam Tuditanum reprehendiſſet Valerius. Scipionis Africani & uxoris ejus pervenerunt filio mortuo ad adoptivum Nepotem Aemilianum nulla autem bonorum pars videtur ad filias, quae tunc adhuc vivebant, pertinuiſſe nisi quantum ſupererat ex perſolvenda dote, cujus reliquum ſolvit Aemilianus. vide Polyb. p. 1465. Nempe magnam dotem dabant filiabus. unde Cic. L. I. in Ver. c. 44. *Quibuſcum vivi bona noſtra partimur.* Scipio utrique filiae videtur dediſſe 50. talenta in dotem, & uxori ſuae dediſſe uſumfructum bonorum ſuorum. Hortenſius Marciam uxorem fecit haeredem. Cat. p. 671. praetores ſaepe edictis ſuis variabant jus. Vide Cic. I. in Ver. c. 48. de Patroni filia. Tarruntius Larentiam meretricem fecit haeredem Plut. Q. 35. de filia haerede facienda vide omnino Senecam Cont. p. 270. vide leges XII. tab. de jure privato. ff. I. & 18. Virgo veſtalis neque haeres eſt cui quam inteſtato Gell. I. c. 12. ergo aliae Virgines. Filii mater haeres ab inteſtato. Cic. pro Cluent. c. 11. & 19. Si ipſe non habeat liberos nec fratres, ut reor. vide & Ulpian. Inſt. tit. 18. In provinciis obſervabatur jus Romanum ex edicto praetorio Cic. in Ver. I. 48. de mulierum haereditatibus & lege Voconia vide omnino Gron. de pec. vet. p. 538 - 539. apud App. p. 305. pater proſcriptus rogatu filii monet filiam, ne & ipſa pereat totum patrimonium relinquere fratri. Minime centumviri vero conſideraſſent, quid ſcriptum eſſet, ſi praeterita filia alienum feciſſet haeredem, & injuſtiſſime feciſſent, ſi id teſtamentum, cum etiam a furioſo eſſet factum, probaſſent. hinc Plin. L. VII. Ep. 24. *Deceſſit honeſtiſſimo teſtamento, reliquit haeredes ex beſſe nepotem, ex tertia parte neptem.* Vide & omnino L. VIII. Ep. 18. ubi laudatur, qui filiam teſtamento haeredem reliquit, & narratur de alio, qui fratrem praetulit filiae. Lex Voconia jubebat, nequis qui cenſus eſſet poſt cenſores A. Poſtumium & Q. Fulvium haeredem faceret virginem vel mulierem. ideoque, ſi quis vellet filiam haeredem facere, dabat operam, ne cenſeretur. itaque P. Annius cum haberet unicam filiam,

cam

Vita Tuditani demens: Aebuciae autem, [5] quae L. Menenii Agrippae uxor fuerat, tabulae testamenti plenae furoris. Nam cum haberet duas simillimae probitatis filias [6] Plaetoriam & Afraniam, animi sui potius inclinatione provecta, quam ullis alterius injuriis aut officiis commota, Plaetoriam

eam haeredem instituit jure, legibus, auctoritate omnium, qui consulebantur, quia census non erat. ea Annia mulier pecuniosa, quod censa non erat, haeredem fecit filiam. Quare Cicero exagitat Verrem quod praetextu Voconiae testamentum Annii rescidit. c. 41. 44. unde haec omnia delibata sunt. Male exponunt Ascon. legem Voconiam in vocabulo census. vide & omnino Hotoman. ad Asconium. PERIZON. Egit pluribus hac de re Cl. Perizonius in Dissertatione de lege Voconia, quam vide. consultum tamen judicavi, haec, quae in schedis ipsius reperiebam, huc adjicere. *Testamento filium* MSS. retinent. Guyeto etiam placebat legere *Testamento is Ofilium.*

4. *Hastae judicio subvertere conatus est*] *Hastae judicium* est quod centumvirorum fuit; de quibus paulo ante ad VII. 7. 1. dictum. Vocatum autem est ita, quod posita hasta centumviri ad lites judicandas cogebantur. Suetonius Aug. c. 36. *Auctor fuit ut centumviralem hastam, quam quaestura functi consueverant cogere, decemviri cogerent.* VORST.

5. *Quae L. Menenii Agrippae uxor fuerat*] Extremis Reip. temporibus nulli fuerunt *Menenii*, adeo ut neque in lapidibus ea gens appareat. Et si maxime fuissent, loquitur hic auctor quasi de homine celeberrimo, cum Aebuciam ab ejus conjugio praecipue & solum describit, cum tamen illa ipsa etiam Plaetorii & Afranii fuerit conjux. Videtur itaque legendum *L. Menenii Agrippae* F. i[illegible], *filii*. Nam adduntur haec non alium in[illegible]nem in hoc exemplo, quam ut describatur Aebucia, necesse ergo est, ut fuerit homo notissimus & clarissimus. Sed tamen Afranii & Plaetorii eo tempore non inveniuntur, sed pro *Plaetorio* f. legendum, *Laetorio.* quae antiquior gens. Aebucia autem gens illo tempore maxime floruit. Sed illis temporibus facilius nobis potest latere gens, quam extremo Reip. tempore. sic *Racilia* uxor Quinctii, cum tamen alii eo nomine non inveniantur. Forsan tamen [illegible] alicui istius mulierculae factum, non sane valde notabile, videbitur non facile ex tam antiquis temporibus ad Valerii tempora & memoriam pervenisse. Verum potuerunt ejus rei variae esse caussae, & forte vel in libris juris receptum esse, vel in Annalibus familiarum, quas habebant nonnulli. Nec obstat etiam quod rarius Valerius Patris praenomen alicui addit. Fecerit enim illud hoc in loco propter insignem praeclaritatem Patris. sic supra *Aruns Tarquinii superioris filius.* imo & patrem a filio describit. *Cn. Pompejus Magni Pater* VI. 9. 9. sic & apud Gell. L. XVII. c. ult. *Menenio Agrippa & M. Horatio Pulvillo Coss.* cum, nisi ipse Gellius erraverit, quod contigisse potuit, legendum sit. *T. Menenio Agrippae F. C. Horatio Pulvillo Coss.* videri possit eo magis error esse librarii, quia post *Agrippa* corruptum etiam est sequens praenomen. Quamvis, quia legitur *Marci*, possit etiam utrumque videri errore Gellii ipsius accidisse, quia *Menenius Agrippa* Celeberrimus & *M. Horatius* itidem, & plures eo tempore fuerunt *M. Horatii.* adde quod eodem capite mox *A. Postumium Torquatum* scribit. sic infra *Q. Pompejus A. F.* qui apud Appian. in Iberic. vocatur Κοΐντος πομπήϊος Αὖλος Αὔλου ὑιός. Xeno Menenius Cic. in Ver. L. III. c. 22. Sed videtur esse nomen loci vide & c. 43. hinc igitur patet unde gens *Menenia* dicta sit. PERIZON. MSS. Ultraj. prim. *Mevii.* sec. & Leid. sext. *Menii.*

6. *Plaetoriam & Afraniam*] A Pighio haec sunt, cum ante ipsum legeretur, *Pletoniam & Aphroniam*, ut est in compluribus MSS. Sed Med. prim. *Pletoniam & Affloriam.* sec. *Pleroniam & Afroniam.* Leid. sec. & sext. *Petroniam & Afroniam.* atque ita etiam infra, nisi quod in Med. sec. est *Afflonia.*

7. *Filiis etiam Aphroniae ex admodum amplo patrimonio viginti nummos legavit*] Haec multo correctius in Wincheliano aliisque manuscriptis, *Filiis autem Afraniae ex suo admodum amplo patrimonio viginti milia nummûm legavit.* PIGH. *Viginti millia.* Rectius & ex more, lib. Daniel. *viginti numûm.* COLER. *Filiis autem Afraniae ex suo admodum amplo patrimonio viginti nummum legavit.* *Suo* quidam codices non habent. Pro *viginti nummum*, quod in uno cod. Brand. &, ut Colerus testatur, in cod. P. Dan. est, alii codices, inque his

unus

riam tantummodo heredem instituit: 7 filiis autem Afraniae ex suo admodum amplo patrimonio viginti nummûm legavit. 8 Afrania tamen cum sorore sacramento contendere noluit; testamentumque matris patientia honorare, 9 quam judicio convellere, satius esse duxit: eo se ipsa indigniorem injuria ostendens, quo eam aequiore animo sustinebat.

10 Minus mirandum errorem muliebrem Q. Metellus fecit. Is namque plurimis & celeberrimis ejusdem nominis viris in urbe nostra vigentibus; Claudiorum etiam familia, quam 11 arctissimo sanguinis vinculo contingebat, florente, 12 Carrinatem solum heredem reliquit: 13 nec hocce ejus 14 testamentum quisquam attentavit.

Item 15 Pompejus Rheginus, vir Transalpinae regionis, cum testamento fratris praeteritus esset, & ad coarguendam iniquitatem ejus, binas tabu-

unus Brand. habent *viginti millia nummum*; ut *millia*, quod subaudiendum esset, diserte adjectum sit. Sed contendit Colerus ellipticam formulam rectiorem magisque ex more esse. VORST. *Suo* non agnoscunt duodecim ex nostris MSS. & veteres Edd. in septem est *viginti millia*; alii fere *viginti nummûm. Viginti* vero *nummûm* recte, ex more, dici vellem exemplis docuisset Colerus. Nota est ellipsis in *decies sestertium*, in quo subaudias *centena millia*, sed ut similiter dixerint *viginti nummûm* pro *viginti millia nummûm*, id mihi non persuadet.

8. *Aphronia tamen cum sorore sacramento contendere noluit*] Legendum; *Afrania tamen cum sorore sua, &c.* Quid sit *sacramento contendere*, & quo ritu hoc fiebat, pulchre M. Varro De lingua Latina Libro. IV. PIGH. Ego *sua*, quod ignorant omnes MSS. a Pighio additum, supervacuum puto, & delevit etiam Vorstius.

9. *Quam judicio convellere satius esse duxit*] Ita Pighius ex MSS. opinor, nam sic nostri fere omnes. Alii ediderant *sanctius*, ut est in Copes. nec displicet.

10. *Minus mirandum &c*] Haec ita Ultraj. prim. exhibet. *Minus mirandum errorem muliebrem, quam illum, quem Q. Metellus fecit.*

11. *Arctissimo sanguinis vinculo*] Et ego existimo intelligi hic *Metellum Nepotem* cum Pighio. Sed is tamen dupliciter errat, dum primo tribuit ei uxorem P. Clodii sororem, quae fuit *Metelli Celeris* uxor. Deinde ex affinitate facit sanguinis vinculum, cum Nepotis mater fuerit Claudia. PERIZON. Scil. in margine addiderat Pighius, *Q. Metellus Nepos, cujus uxor P. Clodii soror fuit. ut ex Ciceronis Caeliana colligimus.*

12. *Carrinatem*] An ille est, de quo Appianus Lib. IV. & V. Dio Lib. LI. Praetor Iberiae fuit sub Caesare. COLER. MSS. fere *Curinatem*, *Curiniatem*, *Curcinatem*, vel *Curinantem* habent.

13. *Nec hocce testamentum ejus*] Ultraj. prim. Bit. Med. prim. Leid. quint. *Nec hac re ejus testamentum.*

14. *Testamentum ejus quisquam attentavit*] Ultraj. sec. *Testamentum ejus improbare quisquam.* Leid. quart. *irritare quisquam.* tert. *irritare l. rescindere.* nimis manifesto ex glossis.

15. *Pompejus Rheginu*[illegible] Non dubito eum esse, de quo Varro Lib [illegible] de re rustic. *In Gallia vero Transalpina* [illegible] *Pompejus tantum septum venationis. Arelatensis* etiam *Pompei* meminit Plinius Lib. XXX[illegible]. COLER.

16. *Habita utriusque ord*[illegible]*ma frequentia*] *Uterque ordo* dicitur hic equestris & plebejus. VORST. Et cur non potius *senatorius* & *equestris*, ad quem utrumque ordinem judicia pertinebant?

17. *Frater erat scriptus*] Leid. sext. *Frater ejus erat inscriptus.*

18. *Neque sanguine Rhegino pares*] Quatuor exemplaria, *sanguine patrio*, legunt. Winchelianum; *paterno.* Atrebatense, *pagino*, mendose; ex qua voce quidam *Rhegino* fecisse videntur. verum ut hic à patre, *patrius sanguis* dicitur, ita & à Cicerone *patrius mos*, & à Lucretio poëta, *patrius pavor* Libro III.

Do-

bulas testamentorum suorum in comitio incisas, [16] habita utriusque ordinis maxima frequentia, recitasset; in quibus magna ex parte heres [17] frater erat scriptus, praelegabaturque ei centies & quinquagies sestertium: multum ac diu inter assentientes indignationi suae amicos questus, quod ad hastae judicium attinuit, cineres fratris quietos esse passus est. Et erant ab eo instituti heredes, [18] neque sanguine patrio pares, neque proximi; [19] sed & alieni & humiles: ut non solum [20] flagitiosum silentium, sed etiam praelatio contumeliosa videri posset.

[21] Aeque felicis impunitatis, sed nescio an tetrioris haec delicti testamenta. Q. Caecilius L. Luculli promptissimo studio, maximaque liberalitate, & honestum dignitatis gradum, & amplissimum patrimonium consecutus, cum prae se semper tulisset, unum illum sibi esse heredem; [22] moriens etiam annulos ei suos tradidisset: Pomponium Atticum testamento ado-

5. Corn. Nepos vita Attici.

Ann. urb. 695. Cic. ad Att. III. 20.

Dolus vulpibus & fuga cervis.
A patribus datur, & patrius pavor incitat artus. PIGH.

Neque sanguine patrio. Lib. Dan. *sanguine pagino.* Mostellum verbi. legendum crediderim: *sanguine Rhegino.* Adscripsit aliquis ad oram illud *patrio.* COLER. *Neque sanguine patrio pares. Patrio* rescripsit Pighius ex aliquot codd. cum Aldus & Chalcocondyles edidissent *sanguine Rhegino. Patrio* unus quoque cod. Brand. habet. Ergo utrumque legendum arbitror hoc modo, *sanguine patrio Rhegino pares.* Idque colligo ex eo, quod in cod. Atrebatensi, ut Pighius, & in cod. P. Danielis, ut Colerus testatur, est *sanguine pagino pares.* Nimirum duae voces *patrio Rhegino* compactae sunt in unam *pagino.* VORST. *Neque sanguine patrio pares, neque proximi.* Ita Pighius ex 4. MStis, cum ante legeretur pro *patrio*, *Rhegino.* Neutrum placet. Nam licet usurpetur *patrius* pro paternus. ut *virtus patria* pro paterna, Vell. II. 26. *More patrio* de Decio I. 17. *Patria bona.* Cic. L. I. in Verr. 44. *Patria indulgentia.* supra VII. 3. 10. quo hic illam vocem, cum multo melius abesset? Nam per se intelligitur *sanguis generis*, seu *gentis suae*, qui est *paternus* nec placet *Rhegino*, cum nec illud desideretur & melius pro eo duxisset *sibi*, nisi forte intelligatur superstes frater. Sed tamen & illud ineptum, tum non videntur ulli codd. habere cum V. P. Dan. & Atrebatensis cod. habeant, *pagino.* Rectior forsan est scriptura cod. Copesiani *pagano.* Eum, qui neque ipse Romae erat claro & alio sanguine ortus, adeoque Romae humilis, & plebejus, plane tamen *pagano sanguine* humiliores se ipso, sed pessime instituisse. sic Tac. Hist. II. 88. *Ubi adversus paganos certandum foret.* III. Hist. 43. & 77. vide Torrent. ad Suet. Aug. 77. *Nundinae paganorum rusticorumque.* Macrob. Sat. I. 16. p. 218. *Pagana fercula* Prop. L. IV. El. 4. ubi vide Passerat. p. 608. *nullum est in hac urbe Collegium; nulli pagani aut montani &c.* Cic. pro domo c. 28. videtur & *Rhegino* & *patrio* glossa esse, & forte orta esse ex *fratri.* Sed forte optime deleretur vox, quae tam diversimode scribitur, & sine qua sensus est plane integer. PERIZON. Harl. Barb. Leidd. tres *sanguine pagano.* uterque Ultraj. *sanguine patrio.* Med. prim. *sanguine patriae pari.* Reliqui *Regino. Pagano.* Edd. Ven. *Patrio* prae altero utroque magis placet, etsi alius intelligi non possit, licet non addatur.

19. *Sed & alieni & humiles*] MSS. *Sed alieni & humiles*, deleta priori copula, quam tamen servant omnes Editiones.

20. *Flagitiosum silentium*] Cop. *Fastigiosum.* an *Fastidiosum?* sed malim nihil mutare.

21. *Aeque felicis impunitatis*] Edd ante Pighium hic novum constituunt caput hoc titulo *Qui adversus opiniones hominum haeredes habuerunt.* Quod video in multis fieri MSS.

22. *Moriens etiam annulos ei suos tradidisset*] Consule Freinshem. ad Curt. L. x. 5. 4. Casaub. ad Spartian. p. 8. Ed. Paris.

 23. *T. Ma-*

adoptavit, omniumque bonorum reliquit heredem. Sed fallacis & insidiosi cadaver populus Rom. cervicibus reste circumdatum per viam traxit. Itaque nefarius homo filium quidem, & heredem habuit quem voluit: funus autem & exequias quales meruit.

6. Neque aliis dignus fuit [23] T. Marius Urbinas: qui ab infimo militiae loco, beneficiis divi Augusti imperatoris ad summos castrenses honores perductus, eorumque uberrimis quaestibus locuples factus, non solum [24] ceteris vitae temporibus *ei se fortunas suas relinquere, à quo acceperat*, praedicavit, sed etiam pridie quam expiraret, idem istud ipsi Augusto dixit: cum interim ne nomen quidem ejus tabulis testamenti adjecerit.

7. L. autem Valerius, cui cognomen [25] Heptachordo fuit, togatum hostem Cornelium Balbum expertus, utpote [26] opera ejus & consilio compluribus privatis vexatus litibus, ad ultimumque subjecto accusatore capitali crimine accusatus, [27] praeteritis advocatis & patronis suis, solum heredem

23. *T. Marius*] Quis iste Titus Marius? Conjectura lego & doctis aestimandum praebeo: *T. Tarius*. Nescio an etiam Plinius corrigendus Lib. XVIII. cap. 6. *L. Tarius Rufus infima natalium humilitate consulatum militari industria meritus, antiquae alias parsimoniae circiter millies H-S liberalitate divi Augusti*. Nam reor Plinium de hoc ipso loqui. COLER. Credo esse *T. Arium* ex Sen. cap. 15. de Clementia, apud Plin. L. XVIII. 6. *L. Tarius* itidem familiaris Augusti appellatur. Legendum igitur potius cum Colero hoc loco *T. Tarius*. PERIZON. Barb. prim. *C. Marius*. unus Leid. sext. *Virinas*, quod omittit Ultraj. sec. quam plurimi *Urinas*, ut habent Edd. ante Pighium. *Urbinas* notum est Gentile & *Urbini*, sive *Hortensis*, sive *Metaurensis*, in *Umbria*. *Urinas* vere unde derivetur fateor me exploratum non habere: nam ab *Uria* oppido, altero in Appulis, altero item in Calabria non videtur, cum circumjacens ager dictus sit *Uritanus*. An vero hic intelligatur idem ille, *L. Tarius*, de quo Plinius agit, pro certo adfirmare non ausim. cum noster homo ad *summos* modo *castrenses* honores Augusti beneficio provectus dicatur a Valerio, alter etiam consul fuerit. Praeterea *L. Tarius* ille *antiquae alias parsimoniae*, amplas suas opes *usque ad detrectationem haeredis exhausisse* dicitur, *agros in Piceno coëmendo & colendo in gloriam*. Quod Harduinus exponit, *ut nemo non haereditatem adire detrectaret*. Quae si vera est expositio, non magnae rei jacturam fecerit Augustus ab eo praeteritus. Et ille ipse fortasse studio fecerit, ne principem, exhaustae & impeditae rei familiaris sibi conscius, magis etiam ludibrio habuisse videretur. *T. Arium* vero Senecae si intelligas. Hunc quidem *locupletem* dicit Seneca, & Augustum ab eo in consilium adhibitum, ut cognosceret de filio in parricidio deprehenso: sed addit tunc, ante quam sententiam ferret, Augustum jurasse, *se haereditatem ejus numquam aditurum*. Quod tamen fateor non obstare, quominus ipsum haeredem scribere potuisset Arius, & relinquere Augusto jurisjurandi religiose servandi gloriam. Interea monet etiam Lipsius ad Senecam, libros suos junctim *Tarium* praeferre; non ut dedit Muretus *T. Arium*.

24. *Ceteris vitae temporibus*] Copes. Barb. prim. *Extremis vitae temporibus*. Leid. sext. *Pridie antequam expiraret*. in fine duodecim MSS. *adjecit*.

25. *Heptachordo*] MSS. *Heptocordo*, *Heptacordo*, *Hectacordo*, *Aptacordo*, *Eptacordo*. Ridicule hoc exponit Oliverius. *Graecum est, habens in facie septem poros*. cum cognomen hoc illi fortasse adhaeserit, quod musicae rei amantissimus testudinem septem nervis instructam amaverit, aut ipse, aut majorum aliquis, a quo derivatum sit ad posteros. sic sane Cic. de Orat. L. III. c. 23. meminit *Valerii* cujusdam, *qui quotidie cantabat. erat enim scenicus, quid faceret aliud*. Nam Cornelium

dem reliquit: [28] nimia consternatione, quae animum ejus transversum egit, depravatus. Amavit enim sordes suas, & dilexit pericula, & damnationem votis expetivit: auctorem harum rerum benevolentia, [29] propulsatores odio insecutus.

[30] T. Barrulus Lentulo Spintheri, cujus amantissimum animum, liberalis- 8.
simamque amicitiam senserat, decedens suos annulos perinde atque unico heredi tradidit, quem nulla ex parte heredem relinquebat. Quantum illo momento temporis conscientia (si modo vires, quas habere creditur, possidet) à teterrimo homine supplicium exegit! Inter ipsam enim fallacis & ingratae culpae cogitationem, spiritum posuit, quasi tortore aliquo [31] mentem ejus intus cruciante: quod animadvertebat [32] è vita ad mortem transitum suum, & superis diis invisum esse, & inferis detestabilem futurum.

[33] M. vero Popilius senatorii ordinis Oppium Gallum ab ineunte aeta- 9.
te familiarissimum sibi, moriens, pro vetusto jure amicitiae, & vultu benigno respexit, & verbis magnum prae se amorem ferentibus prosecutus est.

lium Balbum puto intelligi illum *Gaditanum* Caesaris amicum. pro quo exstat Ciceronis oratio, & fuit, sub Caesare imprimis, potentissimus, ut aetas illius & *Scenici Valerii*, de quo Cicero, non conveniat. Nam de scenico loquitur Crassus, ut jam tunc mortuo, ut hic intelligi ipse non possit, siquidem ille fuerit *Cornelius Balbus*, quem dixi.

26. *Opera ejus & consilio*] Aliquot MSS. *opere*, nonnulli *ope*. Copes. *in quam plurimis*. Leid. quart. *Ad ultimum quoque*.

27. *Praeteritis advocatis & patronis suis*] *Praeteritis advocationibus & patrociniis suis*. MSS. clare *patrocinis* in margine praefert. KLOK.

28. *Nimirum consternatio animum ejus transversum egit*] Mutilatam sententiam perpolierunt postea studiosi. Quae sic integra remansit in veteribus quinque exemplaribus, *Nimia consternatione quae animum ejus transversum egit depravatus*. PIGH. *Nimia consternatione, quae animum ejus transversum egit, depravatus*. Ita Pighius ex quinque codd. scripsit; cum Aldus edidisset, *nimirum consternatio animum ejus transversum egit*. Vetus editio Mart. Herbip. sic ut Pighius edidit, habet. Nec multum discrepant codices Brand. Unus enim habet *nimirum consternatio; quae animum ejus transversum egit*; ubi facile apparet aliquid deficere: alter plenius, *nimirum consternatione depravatus, quae animum ejus tranversum egit*. Et sane *nimirum*, quod & Aldus habet, rectum esse videtur. VORST. Harl. *Nimirum consternatio fuit, quae &c.* Cop. Bit. prim. tres Leid. *Nimirum consternatio quae*. duo alii Leid. *consternatione quae*. Med. prim. *Minarum consternatione damnatus quae*. sec. pro *damnatus* habet *depravatus*. Ultraj. prim. *nimirum consternatione depravatus, quae*. sec. cum Pighio facit, ut & reliqui. Nec displicet; quamvis etiam, *nimirum consternatione, quae animum ejus transversum egit, depravatus*, haud improbaverim.

29. *Propulsatores odio insecutus*] Quamplurimi MSS. *Propulsatorem*, quod primus mutavit Pighius.

30. *T. Barrulus*] Harl. *T. Barculus*. Leid. prim. *Titus Barulus*. sec. *Barilus*. quint. *Ebarrulus*. sex. *Tiberius Barculus*.

31. *Mentem ejus intus cruciante*] Sic Pighius convenienter MStis, cum vulgatae Edd. haberent *interius cruciante*.

32. *E vita ad mortem transitum suum*] Pighius in margine notandum curavit pro *e vita*, alios habere *iens*. quod in scriptis nec editis invenio.

33. *M. vero Popilius*] Copes. Barb. prim. *M. vero Pilius*. Leid. sec. *Pulius*.

34. *Insuperque*] Liber Dan. & edit. Veneta: *superque anulos*. Non sperno. COLER. *Superque annulos quoque suos ei tradidit*. Ita co-

est. Unum etiam de multis, qui assidebant, ultimo complexu & osculo dignum judicavit; [34] insuperque annulos quoque suos ei tradidit: videlicet nequid ex ea hereditate, quam non erat aditurus, amitteret. [35] Quos, ocius vir diligens, sed morientis amici plenum contumeliae ludibrium, [36] in locellum repositos, & [37] à praesentibus assignatos diligentissime, heredibus illius, exheres ipse reddidit. [38] Quid hoc loco inhonestius? aut quid intempestivius? [39] Senator populi Rom. curia egressus, homo [40] vitae fructi-

codices Brand. nisi quod unus habet *super hoc*, addito pronomine. Sed & veteres typis expressi ita habent; nisi quod Aldus perperam *semperque*. Si pronomen *hoc*, quod in uno cod. Br. est, huc non pertineat, erit *super* pro *insuper*. Pighius ipsum *insuper* hic edidit. Et in margine notat, alios codd. habere *similiterque*. VORST. Aldum secuti sunt Colin. & Gryph. Sed *superque* habent MSS. cum Rob. Stephano, Ven. Mediol. & Ascens. Colerus delevit etiam *τὸ quoque* contra MSS. *super hoc* habet Ultraj. prim. tunc vero *super* erit positum pro *praeter*. Perizonius malebat *super quae*. ut solet illud fine diphthongo scribi. cui assentior.

35. *Quos Oppius vir diligens*] In Gemblacensi; *Quod socius*. male. In Atrebatensi; *Quo socius*. Legendum, *Quos ocius*; ut est in Coloniensi. PIGH. Med. sec. Copes. Leid. prim. *Oppius*. reliqui *Ocius* recte servant.

36. *In locellum repositos & a praesentibus assignatos*] Confer. Plin. L. XIV. 13. *Fabius Pictor in Annalibus scribit, matronam, quod loculos, in quibus erant claves vinariae cellae, resignavisset, a suis inedia mori coactam.* Porro male distinguitur in Pighii & Vorstii editionibus, nec enim diligentia requiritur in reddendo sed obsignando, cui verbo illud adverbium *diligentissime* proinde jungendum. PERIZON.

37. *A praesentibus assignatos*] Pighius legendum putat *obsignatos*. VORST. In margine Pighius addidit, forte *obsignatos*. Sed *assignatos* omnes scripti retinent.

38. *Quid hoc loco inhonestius*] Scribe, *joco*, non, *loco*. LIPS. *Hoc loco*. Emendet Lipsius: *Hoc joco*. Nisi ex editione veteri praestet legere: *in hoc loco*, ut ordo senatorius intelligatur. COLER. *Quid hoc loco inhonestius?* Vere conjecit Lipsius legendum esse *hoc joco*: id quod Barthius & in cod. aliquo MS. reperit. Vide Advers. XIX. 15. Et firmat lectionem hanc quod sequitur, *sanctiss. jura familiaritatis scurrili lusu sugillanda sibi desumpsit*. VORST. Infra L. VIII. 2. 4. *Quid aliud hoc loci quam verecundiam illius seculi laudemus*. PERIZON. *Loco* retinent MSS. omnes.

39. *Senator populi Romani Curia egressus, homo vitae fructibus continuo cariturus sanctissima jura familiaritatis*] Magis placet unius v. c. lectio, quae totam periodum reddit dilucidam. Nam sic habet in quarto casu, *Senatorem populi Rom. Curia egressum homo vitae f. c. cariturus, sanctissimaque jura familiaritatis, &c.* Ait enim Valerius, nil inhonestius fuisse; quam senatorem è curia venientem & sanctissima familiaritatis jura fugillanda sibi desumere; & nil intempestivius, quam hominem mox moriturum fallere & illudere, ut tum fecit Popillius ille. PIGH. *Senator populi Rom. curia egressus: homo vitae fructibus continuo cariturus*. Pighius ex uno cod. MS. scribendum censuit, *Senatorem P. R. curia egressum homo vitae fructibus continuo cariturus sanctissima jura familiaritatis*, Sed non animadvertit, nullum hic verbum esse ad quod nomen quarti casus *Senatorem* referri possit. Nam quod sequitur *scurrili lusu sugillanda sibi desumpsit*, id pertinet ad *jura familiaritatis*. *Senator* & *egressus* casu recto & codices Brand. habent. VORST. *Senator egressus* tuentur MSS. ad unum. & tanto magis illud placet, quanto inhonestius est *senatorem populi Romani* hoc fecisse, quam factum fuisse *senatori*.

40. *Vitae fructibus continuo cariturus*] Sambuci liber *vitae usibus*. An, *usibus*? puto. LIPS. Negant scripti.

41. *Spiritu supremos anhelitus reddente*] MS. non minus eleganter & forsan verius, *spiritum supremo anhelitu reddens*. *moriens* enim red-

ctibus continuo cariturus, sanctissima jura familiaritatis, morte pressis oculis, & [41] spiritu supremos anhelitus reddente, scurrili lusu sugillanda sibi desumpsit.

reddit spiritum, non *spiritus reddit anhelitum.* sic exemplo sup. *spiritum deposuit.* PERIZON. Harl. Bit. Barb. Leid. prim. *spiritu supremos anhelitus reddens.* Med. sec. *sibi praesumpsit.*

VALERII MAXIMI
FACTORUM DICTORUMQUE MEMORABILIUM
LIBER OCTAVUS.
CAPUT I.
DE JUDICIIS PUBLICIS INSIGNIBUS.

QUIBUS ABSOLUTI.

1. *M. Horatius Tergeminus.*
2. *Ser. Sulpicius Galba.*
3. *A. Gabinius.*
4. *P. Claudius Pulcher.*
5. *Tuccia virgo Vestalis.*
6. *L. Calpurnius Piso.*
7. *Q. Flavius augur.*
8. *C. Cosconius Callidianus.*
9. *A. Atilius Calatinus.*
10. *M. Aemilius Scaurus jun.*
11. *L. Aurelius Cotta.*
12. *Callidius Bononiensis.*
13. *Cloelii duo T. F. Tarracinenses.*

DAMNATI.

1. *L. Scipio Asiaticus.*
2. *C. Decianus.*
3. *Sex. Titius.*
4. *Claudia Ap. Caeci F.*
5. *M. Mulvius, Cn. Lollius, L. Sextilius,* III *viri.*
6. *P. Villius* III *vir.*
7. *M. Aemilius Porcina.*
8. *Paterfamilias quidam.*

AMBUSTAE DUAE.

1. *Mulier matricida.*
2. *Materfamilias quaedam.*

ABSOLUTI.

Nunc quoque ut aequiore animo [1] ancipites judiciorum motus tolerentur, recordemur [2] invidia laborantes, [3] quibus de caussis aut absoluti sunt, aut damnati.

M. Horatius interfectae sororis crimine [4] à Tullo rege damnatus,

1. *Praecipites judiciorum motus tolerentur*] Ultraj. sec. Leid. quint. Harl. & duo alii *tollerentur*, quomodo edidit Seb. Gryphius. Sed longe praestat alterum.

2. *Invidia laborantes*] Med. sec. cum Parif. quart. *infamia laborantes.*

3. *Qui-*

Ann. urb. 87. circiter. Livius I. Dionys. III.

tus, ad populum provocato judicio absolutus est. Quorum alterum [5] atrocitas necis movit, alterum caussa flexit: quia immaturum virginis amorem severe magis, quam impie punitum existimabat. Itaque [6] forti punitione liberata fratris dextera, tantum consanguineo, quantum hostili cruore gloriae haurire potuit.

Ann. urb. 604. Livius XLIX. Cic. de Or. I. & Bruto, & p. Murena 28. Ad Att. XII. 5. Quintil. L. II. 15.

2. Acrem se tunc pudicitiae custodem populus Romanus, postea plus justo placidum judicem praestitit. Cum à Libone trib. pleb. [7] Ser. Galba pro Rostris vehementer increparetur, quod Lusitanorum magnam manum interposita fide praetor [8] in Hispania interemisset, actionique tribuniciae M Cato ultimae senectutis, oratione sua, [9] quam in Origines retulit, subscriberet: reus pro se jam nihil recusans, parvulos liberos suos, [10] & Galli san-

3. *Quibus de caussis*] Ultraj. prim. *pro quibus caussis.* Copes. *quibus ex caussis.*

4. *A Tullo rege damnatus ad populum provocato judicio absolutus est. Provocare judicium* insolens phrasis; tum MS. non agnoscit *τὸ judicio.* & sic *τὸ provocato* erit eleganter pro postquam vel cum provocasset, quomodo saepe Liv. sic. L. XXIII. c. 14. *latoque ad populum &c.* Vide omnino notata mea ad Lib. XXII. c. 52. Sed VIII. I. II. *Septies ampliatus octavo judicio absolutus est.* PERIZON. *Provocato judicio* servant omnes nostri, sed & plerique corrupte *Tullio* exhibent.

5. *Atrocitas necis movit*] Med. sec. Paris. tert. Leid. quint. & Copes. *monuit.*

6. *Forti punitione liberata fratris dextera*] Verum est, *Librata.* LIPS. *Liberata.* Lipsius: *librata fratris.* lubens consentio. Nam alioquin supina & exsensa sermonis mens foret. COLER. *Forti punitione librata fratris dextera. Librata* pro eo quod in codd. tam MSS. quam typis expressis est *liberata*, scribendum judicavit Lipsius. Idque Colerus audacter & in textum recepit. Sensus igitur fuerit, Horatium, dum sororem interfecit ac ob intempestivum amorem Curiatii punivit, ita librasse dexteram, ut tantum gloriae sororem, quantum Curiatium interimendo adeptus sit. VORST. Gudius videtur maluisse *forti punitioni librata.* Interea *liberata* scripti, nullo excepto, retinent: quod an satis prudenter mutaverit Colerus equidem valde dubito. Nam *liberata*, quid vetat hic accipere pro *absoluta?* ut in fine hujus cap. *Liberare* & *punire* opponuntur. *Quia ipse neque liberare caedibus duabus contaminatam, neque punire eam justo dolore impulsam audebat.* & ex. 8. *Magis ergo Valerius in Coscenii absolutione damnatus, quam Cosconius in caussa sua liberatus est.* Et sic congruus erit sensus. Dum enim populus *liberat culpa manum* Horatii, & jure caesam sororem ejus pronunciat, hoc ipso gloria ejus aucta videri potest, quod, ut victor hostium, ita quoque pudicitiae vindex exstiterat, fortiter puniens intempestivum sororis amorem. Quare *τὸ liberata*, quod post Colerum ab editionibus exsulabat, revocandum duxi.

7. *Ser. Galba*] Sulpitiorum praenomen est *Servius*, non *Sergius*, quod nomen non praenomen est. Sed multis jam aetatibus nemo haec attendit. Ita *Sergius* pro *Servius*, *Tullius* pro *Tullus* & contra. Ita. *Decius* pro *Decimus*, *Sextus* pro *Sextius*, & omnia contra in usu non attentorum aliquandiu fuerunt. Ne hodie quidem satis diligenter haec discernuntur. De hoc *Sulpitio* igitur Florus in Livii Epitome Lib. XLIX. & Cicero de Claris Oratoribus. Quem vero hic Gallum vocat is C[illegible] qui Cos. fuit anno 588. cum M. Claudio Marcello: quo anno Terentii Andria edita est: de quo Sulpitio Gallo multa est apud authores mentio. Bello enim Macedonico adversus Persea Eclipsin solis praedixerat. Commentatores mire miscent, quaecumque de Sulpitiis legerunt: pleraque nihil ad rem, imo contra temporis rationem, ut Oliverius qui Galbam missum dicit adversus Lusitanos, quoniam illi Sertorii partes essent secuti, cum hic Galba plus sexaginta annis ante Sertorianum in Lusitania bellum Cos. fuerit. Multa hujusmodi dissimulo, ne, qui annotationes promiserim, me scripturum commentarium prodere videar. GLAREAN.

8. *In Hispania interemisset*] Uterque Ultraj. duo Paris. *in Hispaniam.*

9. *Quam*

ſanguine ſibi conjunctum filium, flens commendare coepit: eoque facto mitigata concione, qui omnium conſenſu periturus erat, pene nullum triſte ſuffragium habuit. Miſericordia ergo illam quaeſtionem, [11] non aequitas rexit: quoniam quae innocentiae tribui nequierat abſolutio, [12] reſpectui puerorum data eſt.

[13] Conſentaneum quod ſequitur. [14] A. Gabinius in maximo infamiae 3.
ſuae ardore ſuffragiis populi, C. Memmio accuſatore, ſubjectus, abruptae Ann. urb. 699. Cic.
eſſe ſpei videbatur: quoniam & accuſatio partes ſuas plene exhibebat, & ad Att. IV. ad Q. frat. III. 1.
[15] defenſionis praeſidia invalida fide nitebantur; [16] & qui judicabant, ira praecipiti, poenam hominis cupide expetebant. Igitur [17] lictor & carcer [18] an-

9. *Quam in Originibus retulit*] Melius *in Origines*, quemadmodum Cauchianus, Gemblacenſis ac Atrebatenſis habent. Et Cicero eodem modo dixit in Bruto, velut Livius, in Annales; non ſecus ac *referre in tabulas* dicimus. PIGH. Tredecim MSS. *in Origine*. Leid. ſext. *in Originis*. quod vero ante Pighium edebatur *in Originibus*, id in nullo video exſtare MSS. quare recte Pighius exhibuit, *in Origines*.

10. *Et Galli ſanguine conjunctum filium*] Veteres libri, *Et Galli ſanguine ſibi conjunctum filium*. Tullius de Oratore primo, C. Sulpicii Galli propinqui ſui filium pupillum in humeros extuliſſe ſcribit. PIGH. *Galli*. Galli Sulpitii. de quo praeter Ciceronem Quintilianus. COLER. *Sibi*, quod omittebant antiquiores Pighio, habent fere omnes ſcripti.

11. *Non aequitas rexit*] Sic uterque Ultraj. Leid. tres. Reliqui *texit*, ut legebatur ante Pighium. Notabat Perizonius etiam Grotium de Jure Bel. & Pac. L. III. 19. 13. *rexit* legiſſe, cum male legeretur *texit*. & ſic L. VIII. 5. 3. dici. *Namque eorum ſuffragia robuſtiſſimis & feliciſſimis eloquentiae ſtipendiis regebat*.

12. *Reſpectui puerorum*] Addit. edit. Venet. *piorum puerorum*, me haud abnutante. COLER. Renuunt MSS. noſtri; & merito. Med. ſec. *reſpectu*.

13. *Conſentaneum eſt quod ſequitur*] MSS. omittunt *eſt*, quod additum fuit a Pighio, contra ceteras Edd.

14. *A. Gabinius maximo* [illegible] *ſuae ardore*] Proconſul Syriae is fuerat. Accuſatus autem eſt primo majeſtatis, quod ad reducendum in Aegyptum Ptolemaeum provinciae ſuae finibus exceſſiſſet: deinde repetundarum. Et priore quidem judicio, quod à noſtro deſignari videtur, corruptis judicibus abſolutus eſt: poſteriore vero damnatus in exilium abiit; unde à Caeſare dictatore revocatus fuit. VORST.

15. *Defenſionis praeſidia invalida fide nitebantur*] Leid. ſext. *invalidae fidei videbantur*.

16. *Et qui judicabant, ira perciti poenam hominis cupide expectabant*] In manuſcriptis; *ira praecipiti poenam hominis cupide expetebant*. Eleganter. PIGH. *Ira perciti*. Ita ediderat Aldus; & recte meo judicio. Pighius ex quibuſdam MSS. maluit *ira praecipiti*: quod in uno quoque cod. Brandeb. reperio. Sed alter editioni Aldinae convenientius *ira pertiti*: quod idem vetus quoque editio Mart. Herbip. habet. VORST. Pariſ. tert. & quart. Barb. prim. Leid. prim. & ſec. *ira perciti*. Copeſ. Ultraj. ſec. Harl. *ira partiti*, reliqui *ira praecipiti*, ut dedit etiam Aſcen. & Mediol. Equidem hic *praecipiti* praetulerim. *praeceps ira* eſt, quae eos cauſſa nondum plane cognita impellebat *ad expetendam cupide hominis poenam*. *Expetebant* habent ſcripti, non *expectabant*, quod bene igitur Pighius mutavit.

17. *Lictor igitur*] Praefero ex Lib. Dan. *Igitur viator & carcer ante oculos*. COLER. *Viator* etiam eſt in Pariſ. tert. quart. Bit. prim. & Leid. quint. *Victor* uterque Ultraj. Et credo *viatorem* profectum eſſe a Valerio, tanto quidem magis, quia accuſator ejus Memmius erat tribunus plebis. Quod intelligere liceat ex Cic. L. III. ad *Quintum fratrem*. 1. GABINIUM *tres adhuc factiones poſtulant, L. Lentulus Flaminis filius, qui jam de Majeſtate poſtulavit: Ti. Nero cum bonis ſubſcriptoribus: C. Memmius trib. plebis cum L. Capitone*. Jam vero Tribunis plebis apparebant *viatores*. Noſter L. IX. 5. 2. De Druſo Trib. pl. *Par-*

[18] ante oculos obversabantur; cum interim omnia ista propitiae [19] fortunae interventu dispulsa sunt. Filius namque Gabinii Sisenna consternationis impulsu ad pedes se Memmii supplex prostravit: inde aliquod fomentum procellae petens, unde totus impetus tempestatis eruperat. Quem truci vultu à se victor insolens repulsum, [20] excusso è manu annulo humi jacere aliquamdiu passus est. Quod spectaculum fecit, ut Laelius trib. pleb. approbantibus cunctis Gabinium dimitti juberet, ac documentum daretur, neque secundarum rerum proventu insolenter abuti, neque adversis propere [21] quemquam debilitari oportere.

4. Ann. urb. 504. Cic. de div. I. & de Nat. D. II. Polyb. I. 52. Zonaras. Idque proximo exemplo aeque patet. [22] P. Claudius nescio religionis major, an patriae injuria (siquidem illius vetustissimum morem neglexit, hujus pulcherrimam classem amisit) infesto populo objectus, cum effugere debitam poenam nullo modo posse crederetur, subito coorti imbris beneficio tutus fuit à damnatione. discussa enim quaestione, aliam, velut diis interpellantibus, de integro [23] instaurari non placuit. [24] Ita cui maritima tempestas causae dictionem contraxerat, coelestis salutem attulit.

Eo-

Parvi enim habuit L. Philippum Consulem, quia interfari concionantem ausus erat, obtorta gula, & quidem non per viatorem, sed per clientem suum, adeo violenter in carcerem praecipitem egisse, ut multus e naribus ejus cruor effunderetur. & L. IX. I. 8. Liv. L. III. 56. de certamine Virginii cum Appio in vincula duci jusso a Virginio trib. plebis. *Attamen & tribunos appellavit: & nullo morante arreptus a viatore, provoco, inquit.* L. II. 56. *Ardens igitur ira Tribunus viatorem mittit ad Consulem: Consul lictorem ad Tribunum, privatum esse clamitans.* Gell. L. XIII. 12. ex Varrone. *Prensionem; ut Tribuni plebis & alii, qui habent viatorem.* Mirari vero lubet, unde hauserit Ascensius suum illud, *lictor carcer & supplicium*; nam in MSS. nullo *& supplicium* apparet, nec agnovit quisquam Editorum.

18. *Ante oculos obversabantur*] Aliquot codd. *observabantur*, ut solent haec confundi a librariis. Vide L. I. 7. 7.

19. *Fortunae interventu dispulsa sunt*] Med. sec. Leid. tres. & pro varia Lectione Paris. tertius, *depulsa sunt.* quod antea typis exprimi solitum mutavit Pighius. supra L. III. 8. 5. *Dispulsis, prostratisque inimicorum partibus.* ubi vide.

20. *Excusso e manibus*] Rei & supplices *annulos ponebant*, more lugentium aut aerumnosorum. Sic P. R. ad Caudinae pacis nuncium *anulos posuit*, teste Livio. De qua re plura, cum Deo, in peculiari libello De Jure annulorum, quem prope adfectum habeo. COLER. *Excusso e manu annulo humi jacere.* Lugentes & aerumnosi, inter quos & rei & supplices, annulos ponebant: id quod Kirchmannus quoque in Lib. de Annulis c. 22 notavit. VORST.

21. *Quemquam debilitari oportere*] *Quemquam* addidit Pighius, quod video, ut non in caeteris Editt. ita quoque non exstare in undecim MSS.

22. *P. Claudius nescio religionis major an patriae injuria*] Bello Punico primo, cum proelium navale committendum esset, ac pullarius non exire cavea pullos nuntiasset, Claudius iste in mare eos abjici jussit dicens, Quia esse nolunt, bibant. Vide supra I. 4. 3. & ad locum illum notas. VORST. *P. Claudius.* Quindecim MSS. & Edd. Pighio priores, *Appius Claudius.* Med. sec. de eo enim nihil hic notatum invenio, possit habere. *P. Claudio.* Fuit *P. Claudius Appii Caeci* filius. Sed quem damnatum hanc ob caussam populi judicio dicit Cic. L. II. de Nat. Deor. 3. & L. II. de Div. 33. Nec aliter supra noster L. I. 4. 3. ubi *P. Claudius* appellatur. Sed Appius etiam dicitur in

Eodem auxilii genere [25] Tucciae, virginis Vestalis, [26] incesti criminis 5.
reae, castitas infamiae nube obscurata emersit: [27] quae conscientia certae Ann. urb.
sinceritatis suae spem salutis ancipiti argumento ausa petere est. Arrepto 609. Plin. XXVIII. 2.
enim cribro, *Vesta*, inquit, [28] *si sacris tuis castas semper admovi manus, ef-* August. de Civ. D. x.
fice, [29] *ut hoc hauriam è Tiberi aquam, & in aedem tuam perferam.* [30] Au- 16. Dionys. II.
daciter & temere jactis votis sacerdotis, rerum ipsa natura cessit.

Item L. Piso [31] à P. Claudio Pulchro accusatus, quod graves & into- 6.
lerabiles injurias sociis intulisset: haud dubiae ruinae metum fortuito auxi- Ann. urb. 694.
lio vitavit. Namque per id ipsum tempus, quo tristes de eo sententiae ferebantur, repentina vis nimbi incidit. Cumque prostratus humi pedes judicum oscularetur, os suum coeno replevit. [32] Quod conspectum totam quaestionem à severitate ad clementiam & mansuetudinem transtulit: quia satis jam graves eum poenas sociis dedisse arbitrati sunt huc deductum necessitatis, ut abjicere se tam suppliciter, aut attollere tam deformiter cogeretur.

Subnectam duos accusatorum suorum culpa absolutos. [33] Q. Flavius Au- 7.
gur

in omnibus scriptis libris Flori L. II. 2. 29.

23. *Instaurari*] Quatuor *restaurari*.

24. *Ita cui maritima tempestas &c.*] Copes. *Itaque cui.* & sext. Leid. habentque ita editiones, quae praecedunt Pighianam. Cave vero apud auctorem per *maritimam tempestatem* intelligas nimbos & procellas, quibus turbatum mare, classisque fuerit submersa, ut per *coelestem tempestatem*, intelligit *subito coortum imbrem.* Nam *maritima tempestas* nihil hic aliud significat, quam cladem in mari acceptam in praelio contra Adherbalem.

25. *Tucciae*] Harl. *Tacciae.* Paris. tert. uterque Ultraj. *Tutiae*, quart. *Tucliae* cum Barb. prim. Med. sec. Leid. sext. *Taccio*, reliqui *Tucciae.* ut primus dedit Pighius, vel etiam *Tuciae.* Dionys. Halic. L. II. c. 69. *Τυκκίας ὄνομα.*

26. *Incesti criminis*] Med. sec. *Incesti crimine.*

27. *Quae conscia certae sinceritatis suae*] Libri scripti habent; *Quae conscientia certa synceritatis suae.* PIGH. *Conscientia certae sinceritatis suae.* Ita Pighius ex MSS. Habentque ita & codd. Brand. VORST. An *conscient*[illegible] PERIZON. Sic Med. sec. sed Bit prim. cum prim. & quart. Leid. *conscia*: alii cum libris Pighianis consentiunt. postea Copes. *casta semper.*

28. *Si sacris tuis*] Deprecationis incesti verba solemnia Tucciae extitisse etiam sua aetate scribit Plinius. COLER.

29. *Ut hoc hauriam è Tiberi aquam*] Septem, *ut hanc hauriam.* Ultraj. sec. *ut hoc hanc hauriam.* Recte Copes. & alii, *ut hoc* (nempe *cribro*, quod porrigebat arreptum manu) *hauriam e Tiberi aquam.*

30. *Audaciter & temere*] Sic & unus cod. Brand. Alter *audacter*, ut editio Aldi. VORST. *Audaciter & temere.* Ante Pighium praeferebatur *audacter.* Sed *Audaciter* est in compluribus MSS. quamquam alterum quoque suis non destituatur. Ultraj. sec. *Audaciter etiam & temere.* Leid. prim. *Audaciter enim & temere.*

31. *A. P. Claudio*] Multi MSS. *a Lucio Claudio*, quod emendavit Pighius, quem vide in Ann. ad A. U. C. DCXCIV.

32. *Quod conspectum totam quaestionem*] *Quaestio* hic pro ipsis illis qui quaestioni & judicio praesunt: ut infra VIII. I. 16. *cognitio* pro iisdem. VORST. Pighius in margine notavit. *al' quo conspectu.* & sane Leid. sec. habet, *quo aspectu.* Sed reliqui & omnes Edd. vulgatum tuentur.

33. *Q. Flavius à C. Valerio aedile apud populum reus actus*] In Pulmanniano & Susiano, *Q. Flavius Augur* appellatur. PIGH. *Q. Flavius*

Ann. urb. 425. Livius VIII. gur [34] à C. Valerio aedili ad populum reus actus, cum quatuordecim tribuum suffragiis damnatus esset, proclamavit *se innocentem opprimi.* Cui Valerius aeque clara voce respondit, *nihil sua interesse,* [35] *nocensne an innoxius periret, dummodo periret.* Qua violentia dicti, reliquas tribus adversario donavit. Abjecerat inimicum: eundem, dum pro certo pessundatum credidit, erexit: victoriamque in ipsa victoria perdidit.

8. Ann. urb. 651. [36] C. etiam Cosconium [37] Servilia lege reum, propter plurima & evidentissima facinora, sine ulla dubitatione nocentem, [38] Valerii Valentini accusatoris ejus recitatum in judicio carmen, quo [39] puerum praetextatum, & ingenuam virginem à se corruptam poëtico joco significaverat, [40] erexit. Siquidem judices iniquum rati sunt, eum victorem dimittere, qui palmam non ex alio ferre, sed de se dare merebatur. [41] Magis ergo Valerius in Cosconii absolutione damnatus, quam Cosconius in caussa sua liberatus est.

9. Attingam eos quoque quorum salus propriis obruta criminibus, proximorum claritati donata est. [42] A. Atilium Calatinum, [43] Soranorum oppidi

vius Augur. Livius vocat *M. Flavium*, nec addit cognomen Auguris. COLER. Q. *Flavius Augur. Augur* adjecit Pighius ex duobus codd. MSS. Habetque illud vetus quoque editio Theoph. Chalcocondylae. Alii, inque his Brandeburgenses, non habent. VORST. Harl. Q. *Fabius a Gajo Valerio.* Q. *Flavius* omisso *Augur* Bit. Barb. Cop. uterque Ultraj. Leid. quatuor. Qui plerique *aedili* exhibent, ut Vorstii Brandeburgici.

34. *A. C. Valerio aedili*] *Aedili* est in utroque cod. MS Brandeb. & antiquis typis expressis Mart. Herbip. & Theoph. Chalcoc. Aldus, *aedile.* Quod Pighius & alii retinuerunt. VORST.

35. *Nocensne an innoxius*] Harl. Leid. quart. *Nocensne an innocens.* sext. *nocens an noxius.* Pro *credidit.* Paris. tert. *credit.* Paulo ante Leid. sext. *quibus abjecerat inimicum.* Paris. tert. *ex ipsa victoria.*

36. *C. etiam Cosconium*] Bit. prim. *Setiam Cosconium.* Leid. prim. *C. etiam Costonium.* sec. *Cosonium.* Harl. *Asconium.*

37. *Servilia lege reum*] Intelligit opinor legem de Pecuniis repetundis a C. Servilio Glaucia latam, quam tangit Cicero pro C. Rabirio Postumo cap. 4.

38. *Valerii Valentini*] Ignotus prope hodie scriptor, absque Festo Pompejo esset: *Tappullam, legem convivalem, ficto nomine conscripsit jocoso carmine Valerius Valentinus.* COLER. In Pighiana editione notatum invenio, alios habere *Laberii*, quod nec in scriptis, nec typis expressis mihi occurrit.

39. *Puerum praetextatum & ingenuam virginem a se corruptam*] Med. prim. *a se corruptos*, ut referatur ad utrumque.

40. *Erexit*] Sic primus edidit Pighius, cum Ascens. Aldus & ceteri edidissent *contexit.* Sed Ed. Mog. *correxit.* quod exstat in decem MSS. Malim *protexit.* ut L. IV. 1. 6. *Eodem robore mentis caussam Annibalis in senatu protexit.* Mox ex. 14. *Splendor Amplissimorum virorum in protegendis reis plurimum valuit. Erexit* cum in fine praecedentis exempli optime praecesserit oppositum τῷ *abjecerat*, hic minus commode & eleganter repeti videtur, & rectius dici, *sine ulla dubitatione nocentem protexit*, quam *erexit.*

41. *Magis ergo Valerius*] MSS. Copes. Ultraj. prim. Harl Bit. & Barb. primi. *magis vero Valerius.* Ultraj. sec. *in suam caussam.* prim. *in sua caussa damnatus est.*

42. *A. Atilium*] Praenomen deest in nonnullis MSS. Barb. prim. *M. Atilium.*

43. *Soranorum oppidi proditione reum*] *Sora*, Campaniae oppidum; cujus & Plinius III. 5. mentionem facit. Ei cum tempore belli Puni-

pidi proditione reum admodum infamem, imminentis damnationis periculo [44] Q. Maximi soceri pauca verba subtraxerunt: quibus affirmavit, *si in eo crimine sontem illum ipse comperisset*, [45] *direpturum se fuisse affinitatem.* Continuo enim populus pene jam exploratam sententiam suam unius judicio concessit: indignum ratus ejus testimonio non credere, cui difficillimis reipublicae temporibus [46] bene se exercitus credidisse meminerat.

M. quoque Aemilius Scaurus repetundarum reus, adeo perditam & comploratam defensionem in judicium attulit, ut, cum accusator diceret, *lege sibi centum atque viginti hominibus denuntiare testimonium licere, seque non recusare quo minus absolveretur, si totidem nominasset, quibus in provincia nihil abstulisset*, [47] tam bona conditione uti non potuerit. Tamen propter vetustissimam nobilitatem, & recentem memoriam patris, absolutus est. 10. Ann. urb. 699. Paedian. in Scaurian. Cic. ad Attic. IV. 16.

Sed quemadmodum splendor amplissimorum virorum in protegendis reis plurimum valuit, [48] ita in opprimendis non sane multum potuit. Quin etiam evidenter noxiis, [49] dum eos acrius impugnat, profuit. P. Scipio Aemi- 11. Ann. urb. 622. Paed. Cic Divin. in Q. Caecilium c. 22. & pro Muren. c. 28. Tac. Ann. III. 66.

nici secundi Atilius Calatinus praefuisset, ejusque cives ad Annibalem defecissent, suspicio fuit, Calatini id culpa factum. VORST. Imo *Sora* potius oppidum fuit ad Lirim amnem, proximum *Arpino*. Decepit, opinor, ipsum, ut & Stadium fortasse ad Flor. L. I. 11. 6. quod Plinius L. III. 5. illud inter colonias post Capuam nominat, & inter alias postea Campaniae colonias. Sed quum ibidem etiam recenseat *Aquinum*, & mox alia oppida, quae ad Volscos, Hernicos, & vetus Latium manifesto pertineant, satis liquet eum modo enumerare mediterranea circa eum Italiae tractum oppida. Strabo diserte *Soram* Hernicis attribuit Lib. V. p. 238. Ed. Paris. Livius vero Volscis, L. X. I. *Sora agri Volsci fuerat, sed possederant Samnites, eo quatuor millia hominum missa.* Sic *Arpinates, Soranos, Casinates, & Asinates* conjungit Cicero pro Plancio c. 9.

44. *Q. Maximi soceri*] Ultraj. sec. *Q. Fabii Maximi soceri sui. Sui* addit etiam Leid. sec. cum Ultraj. sec. consentit Ed. Mog.

45. *Direpturum se fuisse affinitatem*] Sic Pighius, pro vulgato *direpturum.* quod exstat in plurimis MSS. Sed alterum in Cop. Ultraj. sec. Med. tribus Leid. Ed. Mog. videmus & Giffan. Ind. Lucret. p. 330. Sueton. in Julio 43. *Diremit nuptias praetorii viri, qui digressam a marito post biduum statim duxerat.* Bit. prim. *dirupturum.* quod etiam vehementius est. Cic. de Amic. c. 23. *Repente in medio cursu amicitias, exorta aliqua offensione, dirumpimus.* L. III. de Off. 5. *Disrumpi necesse est eam, quae maxime secundum naturam est, generis humani societatem.*

46. *Bene se exercitus credidisse meminerat*] Ultraj. prim. *Bene se exercitus creditus meminerat.*

47. *Tam bona conditione uti non potuerit*] Magis placet Wincheliana lectio, atque Coloniensis; *Licet tam bona conditione uti non potuerit; tamen propter vetustissimam nobilitatem, &c.* ut sit nova periodus. PIGH. *Tam bona conditione uti non potuerit.* Ut videlicet centum & viginti nominaret, quibus in provincia nihil abstulisset. Pighius ex uno & altero cod. novam hic periodum constituere maluit hoc modo: *Licet tam bona conditione uti non potuerit, tamen* &c. Verum non dubito quin scioli librarii haec ita immutarint; ut qui putarent, non posse sequi *tamen*, nisi praecederet *licet.* Codices Brand. *licet* non agnoscunt, nec veteres typis expressi illud habent. VORST. Bene Vorstius antiquam lectionem revocavit, firmatam omnium scriptorum auctoritate. nisi quod pauculi, *si lege sibi* &c. *liceret.* Aliquot *in provinciam.*

48. *Ita in opprimendis*] Praepositionem hic delent. Harl. Bit. prim. Leid. sec. & uterque Ultraj. Edd. Mog. & Ven.

49. *Dum eos acrius impugnavit, profuit*] *Impugnat*, in Atrebatensi & Cauchiano, recte. In aliis, *impugnaret.* PIGH. Bit. prim. Leid. quint. sext. *impugnavit.* quart. *impugnaret.* sec. *oppugnat.* ceteri *impugnat* cum Ed. Mog.

 50. *L. Cos-*

Aemilianus [50] L. Cottam ad praetorem accusavit. Cujus caussa, [51] quanquam gravissimis criminibus erat confossa, septies [52] ampliata & ad ultimum octavo judicio absoluta est. Quia [53] homines sapientissimi verebantur, ne praecipuae accusatoris amplitudini damnatio ejus donata existimaretur. Quos haec secum locutos crediderim: *Nolumus caput alterius petentem, in judicium triumphos & tropaea, spoliaque, ac devictarum navium rostra deferre. Terribilis sit is adversus hostem: civis vero salutem,* [54] *tanto fulgore gloriae subnixus, ne insequatur.*

12. [55] Tam vehementes judices adversus excellentissimum accusatorem, quam mites in longe inferioris fortunae reo! [56] Calidius Bononiensis in cubiculo mariti noctu deprehensus, cum ob id caussam adulterii diceret, inter maxi-

50. *L. Cottam*] In plerisque codicibus omissum erat praenomen L. idque additum Scipioni, quum hic de P. Scipione posteriore loquatur, non de L. Asiatico; quod satis liquere potest ex prima Ciceronis Verrinarum, item ex Oratione pro L. Murena, unde haec Valerius desumpsit. GLAREAN. *L. Scipio Aemilianus Cottam apud populum accusavit.* Perperam hoc loco Scipioni Aemiliano praenomen Cottae est attributum. Vel tonsoribus enim notum est P. Scipionem appellari debere, quemadmodum etiam vocatur in Campensi libro, atque in Wincheliano, non male; *P. Scipio Africanus.* Sed quid? Cotta ad populum accusatus? Minime. Non enim nisi magistratus (quod & vir doctissimus Carolus Sigonius observavit) accusare ad populum solent. Itaque scribendum, velut in Atrebatensi codice legitur, *L. Cottam ad praetorem accusavit,* non *apud populum*, ut vulgo. P. Scipio autem privatus accusavit Cottam, cum jam bis consul & censor fuisset, ut testatur Cicero de Divinatione, atque item in Muraeniana, *Bis consul fuerat* (inquit) *P. Africanus, & duos terrores hujus imperii, Carthaginem Numantiamque deleverat, cum accusavit L. Cottam.* Post secundum vero consulatum P. Africanus nullum magistratum gessit; debuit itaque privatus accusasse, atque non ad populum, sed ad praetorem de repetundis. Jam enim multo antea quaestiones perpetuae erant constitutae, sicut ex nostris annalibus manifestum est. Error autem provenit in Valerii exemplaribus ex literis singularibus quae adhuc remanent in Pulmanni libro, in quo scriptum *apud pr.* indoctus librarius legit, scripsitque *apud populum Romanum*, quae lectio adhuc restat in Campensi exemplari. Restituendus igitur hoc pacto locus, *P. Scipio Aemilianus L. Cottam ad praetorem accusavit.* Ostendit insuper ita legendum esse Valerius ipse in fine exempli, ubi & judicum mentionem facit, quemadmodum & Cicero in Muraeniana: *Nolebant* (inquit) *sapientissimi homines, qui tum rem illam judicabant, ita quenquam cadere in judicio, ut nimiis adversarii viribus abjectus videretur.* Quod imitatur Valerius cum dicit, *Quia homines verebantur.* sed malim ut in Campensi, *Quia homines sapientissimi verebantur.* PIGH. *Ad praetorem accusavit.* Ita scripsit Pighius pro eo quod in multis codd. est, *apud populum acc.* Ait enim se ita scriptum reperisse in cod. Atrebatensi; & ad populum, vel apud populum, non nisi magistratum accusare potuisse. at Scipionem privatum accusasse Cottam, cum bis consul & censor jam fuisset, ut ex verbis Ciceronis in Orat. pro Mur. constet. post alterum autem consulatum nullum amplius magistratum gessisse. VORST. In aliquot etiam nostris MSS. perperam appellatur *L. Scipio.* nonnulli cum Mog. praenomen omnino omittunt. Leid. tert. quart. *P. Scipio Africanus.* Porro *apud populum* est in utroque Paris. Ultraj. Bit. Barb. Copes. Leid. quinque. Sed Harl. *apud praetorem.*

51. *Quamquam gravissimis criminibus erat confossa*] Sic recte Pighius, habentque omnes scripti & Mog. Ed. reliquae *quamvis* exhibebant. tum Barb. Leid. prim. *confessa.* male. Liv. L. v. 11. *Et tamen eos tot judiciis confessos recdamnatosque venire ad populi judicium.*

52. *Ampliata*] Notavit Pighius. al. *dilata.* quod video esse in Leid. quint.

53. *Homines sapientissimi verebantur*] *Sapientis-*

ximos, & gravissimos infamiae fluctus emersit: tanquam fragmentum naufragii, leve admodum genus defensionis amplexus. Affirmavit enim [57] *se ob amorem pueri servi eo esse perductum.* Suspectus erat locus, suspectum tempus, suspecta matris familiae persona, suspecta etiam adolescentia ipsius: [58] sed crimen libidinis confessio intemperantiae liberavit.

Remissioris hoc: illud aliquanto gravioris materiae exemplum. Cum parricidii caussam [59] duo fratres Cloelii dicerent, splendido Tarracinae loco nati, quorum pater T. Cloelius [60] in cubiculo quiescens, filiis altero lecto cubantibus, erat interemptus; neque aut servus quisquam, aut liber inveniretur, ad quem suspicio caedis pertineret: hoc uno nomine absoluti sunt, 13. Ann. urb. 660. circiter. Cic. pro Sex. Roscio. 23.

tissimi restituit Pighius è cod. Campensi. Cicero pro Mur. eadem de re agens: *Nolebant sapientissimi homines, qui tum rem illam judicabant, ita quemquam cadere in judicio, ut nimiis adversarii viribus abjectus videretur.* VORST. *Sapientissimi* in MSS. nostris non comparet, nec in ulla editione, Pighius dicit se malle e cod. Campensi, illud addi, sed ipse, saltem in prima editione non addidit. primus credo in contextum recepit Colerus. Expunctum fortasse fuit ab iis, qui *apud populum* eum accusatum legentes, *populo* epitheton *sapientissimi* non conveniens arbitrabantur.

54. *Tanto fulgore gloriae*] In MSS. decem & Mog. Ed. *Tanto fragore gloriae subnixus.*

55. *Tam vehementes hi judices adversus excellentissimum accusatorem, quam illi mites &c.*] A Pighio hoc erat. Superiores pronomina *hi* & *illi* omittebant, cum omnibus ad unum MSS. Mihi commode, imo cum emphasi utrumque videtur abesse, ut sit positum per admirationem. Dicat quis, at non iidem judices in Cottam sedere, qui in Calidium. Verum nihil hoc impedit quominus ita loqui potuerit Valerius, qui majus in eo invenit acumen; quod quum modo judices exhibuisset vehementes adversus virum excellentissimum, nunc eos ostendat mites in reo longe inferioris fortunae, nulla mentione facta, iidemne fuissent an alii.

56. *Callidius*] Scribo *Calidius*. Cicero lib. II. de Invent. *Ut si dicamus, idcirco aliquem Calidium vocari, quod temerario & repentino consilio sit.* COLER. *Calidius* complures etiam MSS. exhibent. aliter tamen omnes Edd. Porro Colerus edidit *cum ob id caussam diceret* quod Vorstius est secutus. Quum omnes scripti & editi praeferant, *cum ob id caussam adulterii diceret*, ut reposui.

57. *Se ob amorem pueri sui eo esse perductum*] Veteres libri habent, *pueri servi.* Recte. PIGH. Habent ita & nostri. *Puerum servum* cum dicit, levat crimen suum. ut supra exemplo 9 Valerii gravabatur, quod *puerum praetextatum*, id est, ingenuum, a se corruptum poëtico joco celebraverat.

58. *Sed crimen libidinis confessio intemperantiae liberavit*] In Campensi, *Sed crimen adulterii libidinis intemperantis confessio liberavit.* Elegantissime. PIGH. *Adulterii.* Inepte haec vox inculcatur. & paulo post, ut stercus foras ejiciendam censeo vocem: *fratres.* COLER. *Sed crimen libidinis confessio intemperantiae liberavit.* Ita veteres typis expressi, & Brand. MSS. Pighio tamen haec non placent. Scripsit enim ex cod. Campensi, *Sed crimen adulterii libidinis intemperantis confessio lib.* Mihi iste duorum Genitivorum *adulterii* & *libidinis* concursus suspectus est; putoque *adulterii*, cum ad illustrandam vocem libidinis scriptum à quodam in margine fuisset, irrepsisse deinde in textum. Sed nec *intemperantis* τῷ *libidinis* recte addi videtur. Secundum eam lectionem, quam nos sequimur, ut vox generis *intemperantiae* pro voce speciei παιδεραστίας, ita vox itidem generis *libidinis* pro voce speciei *adulterii* posita fuerit. Neque est hoc sine exemplo. Nam & infra VIII. 2. 2. *commercium libidinis* vocat, quod paulo post *adulterium* appellat. VORST. Cum Brandeb. & vetustis Edd. MSS. nostri consentiunt. Cic. de Arusp. Resp. c. 20. *Qui post patris mortem primam illam aetatulam suam ad scurrarum locupletium libidines detulit: quorum intemperantia expleta in domesticis est germanitatis stupris volutatus.*

59. *Duo fratres Cloelii. Pater T. Cloelius*] Edidit ita Pighius; cum antiquiores typis expressi

sunt, quia judicibus planum factum est, illos aperto ostio inventos esse dormientes. Somnus innoxiae securitatis certissimus index miseris opem tulit. Judicatum est enim, rerum naturam non recipere, ut occiso patre, supra vulnera & cruorem ejus, quietem capere potuerint.

DAMNATI.

I. Ann. urb. 566. Livius XXXVIII. Plut. Caton. App. Syriaca.

Percurremus nunc eos, quibus in caussae dictione, magis quae extra quaestionem erant, nocuerunt, quam sua innocentia opem tulit. L. Scipio post speciosissimum triumphum de rege Antiocho ductum, [61] perinde ac pecuniam ab eo accepisset, damnatus est. [62] Non puto, quod pretio corruptus fuerat, ut illum totius Asiae dominum [63] & jam Europae victrices

pressi haberent *Coelii*, *Coelius*: quia in orat. Ciceronis pro S. Rosc. vocatur *Cloelius*. VORST. Quod Colerus vocem *fratres* foras ejiciendum censuit, id vetant MSS. ex quibus tres exhibent *filii Cloelii*. Sed τὸ *duo* pro glossa expungitur in MSS. novem, Gudiusque notavit in quarto Parisiensi esse glossema evidenter apparere, quoniam ibi suprascriptum erat inter alias ineptas glossas. Ceterum etiam scripti nostri habent *Celii*. Et sane *Coelium* potius legendum esse apud Ciceronem censuit Muretus, ambigere videtur Hotomannus. *Tarracinae* autem plerique hic scripti exhibent, pro vulgato ante Pighium *Terracinae*, de quo vide etiam viros doctos ad citatum Ciceronis locum.

60. *In cubiculo quiescens*] Postrema vox deerat in Parif. quarto. Deinde Harl. *certissimus judex*.

61. *Perinde ac pecuniam*] Sic Pighius, & cum eo MSS. Alii editores praeter Mog. *perinde ac si*. Solet saepe aliter Valerius L. VII. 3. 9. *Perinde ac publicum ministerium agens*.

62. *Non puto, quod pretio correptus fuerat*] Ita Aldus & hunc secuti alii edidere. Ego tamen non dubito quin pro *fuerat* legendum sit *fuerit*, ut est in uno cod. Brand. & typis expresso Chalcocondylae. Est autem *Non puto quod corruptus fuerit* pro *Non puto illum corruptum fuisse*. VORST. Harl. *Fuit*. Barb. & Leid. primi *fuerit*. Sed aliter omnes nostrae editiones, neque necesse puto quidquam mutari; ac quamvis non negaverim, *puto quod corruptus fuerat* non sine exemplo aliorum dici posse pro *puto eum corruptum fuisse*, ut multis praeclare evicisse videtur Cl. Perizonius ad Sanctii Min. Lib. IV. 14. tamen illud hic ita non exposuerim. *Quod* hic idem valet ac *quia*, & dicit auctor. *Non puto eum damnatum esse*, sive, *hanc damnationis ejus veram caussam fuisse, quia pretio corruptus fuerat*, &c. *Sed invidiae resistere non potuit.* hinc praecessit, *perinde ac pecuniam accepisset, damnatus est.*

63. *Et jam Europae victrices manus injicientem*] τὸ *&* *jam* aliquot MSS. omittunt, partim mutant in *etiam*. Ascensius *Et jam etiam Europae*. & sic Ven. Sed ceterae Edd. *&* *jam* Mog. *etiam*. Deinde constanter scripti *alioquin* exhibent cum Mog.

64. *P. Furium inquinatissimae vitae*] Hunc Cic. etiam pro Rabir. c. 9. vocat *hominem omnibus insignem notis turpitudinis*. Hunc non ingenuo patre natum, sed ex infima plebe libertinum ad Tribunatum plebis evectum bona omnium cum Saturnino caesorum publicanda decrevisse, & reum factum a C. Canulejo collega, a furente multitudine priusquam se defendere posset discerptum esse, ex Appiano docuit Pighius, ad A. U. C DCLIV. Vide Appian. L. I. Bel. Civ. p. 370. Ed. H. Stephani.

65. *De morte L. Saturnini queri ausus fuerat*] Quasi L. Apulejus Saturninus injuria caesus esset. Is ut consulem faceret Glauciam, Memmium virum consularem & consulatus candidatum interfecerat. Quam ob caussam consules ex SC. armati eum persecuti sunt. Ipse lapidibus obrutus: Glauciae vero cervix fracta. Vide Epitomen libri LXIX. Livii, & orationem Ciceronis pro Rabirio. VORST.

66. *Et insuper ei poenas adjectas pependit*] In Atre-

ces manus injicientem, ultra Taurum montem summoveret: sed alioquin vir sincerissimae vitae, & ab hac suspicione procul remotus, invidiae, quae tunc in duorum fratrum inclytis cognominibus habitabat, resistere non potuit.

At Scipioni quidem maximus fortunae fulgor, C. autem Deciano spectatae integritatis viro vox sua exitium attulit. Nam cum [64] P. Furium inquinatissimae vitae pro Rostris accusaret, quia quadam in parte actionis [65] de morte L. Saturnini queri ausus fuerat, nec reum damnavit, [66] & insuper ei poenas addictas pependit. 2. Ann. urb. 654. Cic. p. Rabir. 9. & p. Flacc. 21. 29.

Sex. quoque Titium similis casus prostravit. [67] Erat innocens; erat agraria lege lata gratiosus apud populum. Tamen quia Saturnini imaginem domi habuerat, [68] suffragiis eum tota cognitio oppressit. 3. Ann. urb. 655. Cic. p. Rabir.

Ad-

Atrebatensi, Wincheliano, Coloniensi & Campensi, *addictas*. PIGH. Loco citato ex Ann. *addictas* Pighius interpretatur *destinatas*, dicitque perperam pleraque vulgata exemplaria habere *additas*. quod est in Ven. Mediol. Ascens. & MSS. tribus Leid. Bit. prim. Ultraj. prim. alii *adjectas* habent, ut Harl. *Addictus*, duo Paris. *additus*. Barb. prim. Sed Ultraj. sec. *debitas*, cum quo consentit Ed. Mog. & Chart. Duac. quod non displicet. Certe *addicere poenam alicui* pro *destinare*, nescio an ullo exemplo probari possit. Porro quod *reum non damnasse*, *& insuper poenas ei addictas pependisse Decianum* dicit Valerius, id ita accipit Pighius, ut Decianus non damnaverit Furium, quia hic antequam sententiae ferrentur a multitudine est discerptus, ipse vero Decianus post tribunatum accusatus majestatis, tamquam ejusdem conjurationis, cum Saturnino particeps, & in exilium est missus, quae poena Furio imminebat, nisi ante damnationem occisus esset.

67. *Erat innocens*] Pulchre repetit Lib. Dan. *Erat innocens*, *erat Agraria lege gratiosus*. Mire affectat repetitiunculas istas declamatorias Maximus noster. COLER. *Erat innocens*, *erat agraria lege lata gratiosus ap. pop. Erat* bis positum habent & codices Brandeb. Aldus & Pighius modo semel posuerant. At Colerus auctoritate codicis P. Danielis recte bis posuit. VORST. Idem firmant omnes, quantum video nostri MSS. praeter Harl. habet quoque Ed. Mog. Pessime distinguebant alii, *Erat innocens agraria lege lata*, *gratiosus apud populum*.

68. *Suffragiis eum tota concio oppressit*] In Pulmanniano & Susiano, *tota cognatio*; sed rectius in Atrebatensi, *tota cognitio*, legitur. *Cognitionem* vero pro judicum collegio ponit. Damnatus enim fuit, ut ex Cicer. Rabiriana intelligimus, non à concione populi; sed ab equitibus Romanis, penes quos tunc temporis erant judicia. PIGH. *Suffragiis eum tota cognitio oppressit.* Aldus, *Tota concio oppr.* Nec aliter Chalcocondyles. At Pighius rescripsit, *tota cognitio:* quod in duobus codd. legerat *tota cognatio*, & in uno prorsus recte *tota cognitio*; & quia ex orat. Ciceronis pro Rab. intelligitur, non à concione populi, sed ab equitibus Romanis, penes quos judicia tunc temporis fuerint, damnatum fuisse Titium. *Cognitio* manifeste unus quoque cod. Brand. habet. Est autem *cognitio* pro ipso collegio judicum; ut supra VIII. I. 6. *quaestio* pro eodem: ad quem locum & Notas vide. VORST. Copes. *cognatio*. Sed *cognitio* habet Leid. sext. &, ut puto, Paris. quart. Ceteri *concio*. nullas tamen hic *concionis* partes fuisse ex Cicerone manifestum est; ut adeo ea vox hic locum habere non possit: nisi Valerius crediderit eum populi suffragiis fuisse oppressum, quod inde suspicari fere liceat, quia praecessit, *erat agraria lege lata gratiosus apud populum*; quod vix alio fine additum videtur, nisi ut res censeatur tanto magis mira, quod ob eam caussam damnatus est a populo, apud quem alioquin erat gratiosus.

69. *Claudia*] Hoc loco Oliverius duas Claudias unam intellexit, cum Suetonius duas faciat, laudabilem unam, nempe virginem Vestalem, quae secundo bello Punico Cybelem a

Pes-

4. *Ann. urb. 507. Livius x. Gell. x. 6. Sueton. Tib.*

Adjiciatur his [69] Claudia, quam insontem crimine votum impium subvertit: quia, cum à ludis domum rediens turba elideretur, optaverat, [70] ut [71] frater suus, maritimarum virium nostrarum praecipua jactura, revivisceret; saepiusque consul factus, infelici ductu nimis magnam urbis frequentiam minueret.

5. *Ann. urb. 585. Frag. Diarii antiqui meminit incendii in Sacra via.*

[72] Possumus & ad illos brevi diverticulo transgredi, quos leves ob caussas damnationis incursus abripuit. [73] M. Mulvius, Cn. Lollius, L. Sextilius triumviri, quod ad incendium in Sacra via ortum extinguendum tardius venerant, à tribunis pleb. [74] die dicta ad populum damnati sunt.

6. Item [75] P. Villius, triumvir nocturnus, à P. Aquilio trib. pleb. accu-

Pessinunte Romam advectam suscepit, ut Livius narrat de eodem bello Lib. IX. & Ovid. Lib. IV. Fast. Alteram diffamatam, nempe judicio populi damnatam, ob sceleratum ex impatientia dictum. Ea tempore primi belli Pun. vixit soror Appii Pulchri, de quo paulo ante in hoc titulo, & saepe alibi. Sed deceptus est Oliverius ex his Authoris verbis. *Quam insontem crimine quo accusabatur, votum impium subvertit.* Quum de crimine fratris loquatur Author, cujus illa innocens erat. Sed quia dictum ejus videbatur quasi votum impium, mulctata est. Non everterat ipsa classem, sed eversam esse gaudebat, imo optabat alteram everti. GLAREAN. *Quam insontem crimine, quo accusabatur, votum impium subvertit.* Eradenda puto verba, *quo accusabatur*, quae haud dubio ex glossemate sunt aliquo inserta. Ob nullum enim crimen accusata fuit Claudia, sed ob petulantem linguam atque improbum dictum multata, ut in nostris annalibus latius. PIGH. *Insontem crimine quo accusabatur.* Voces *quo accusabatur* expunxit Pighius: quod ob nullum crimen Claudia accusata fuerit, sed tantum ob petulantem linguam & improbum dictum, uti ipse in Annalibus docuerit. Mihi, quia tantus codicum consensus est, expungendae voces non videntur. VORST. Exstant in nostris undecim hae voces. Sed certum tamen est non alio, quam petulantis linguae crimine eam fuisse accusatam. ceterum *majestatis ream* actam apud populum Claudiam dicit Sueton. in Tib. c. 2. Livius, *Mulctam ei dictam esse.* Quam fuisse *viginti quinque millium gravis aeris dictam ab Aedilibus plebei C. Fundanio, & Tib. Sempronio* definit Gellius. Caute igitur etiam accipiendum est, quod noster dicit, *votum impium eam subvertisse*, quod quivis fere intelligeret de multo graviore poena, quam ei fuit inflicta.

70. *Ut frater suus*] Vir summae dignitatis & eruditionis Laevinus Torrentius, non fratrem hunc, sed nepotem facit ex Plinio *lib.* XV. cap. I. Vide Ciceronem Lib. I. de Divinat. COLER Oscitanter Torrentium inspexit Colerus: nam ille non nepotem Claudiae facit eum, sed dicit istum *Claudium*, qui classem amisit, *filium Appii Caeci* vocari a Cicerone, ut haec *Claudia Appii Caeci filia* a Gellio; cum contra Plinius *Claudium Caeci nepotem* dicat, vide eum ad Sueton. Tib. c. 2.

71. *Frater suus maritimarum virium nostrarum praecipua jactura.* Fuit is *P. Claudius*, cujus supra I. 4. 3. & VIII. I. 4. mentio facta. VORST.

72. *Possumus & ad illos*] Ascens. Ed. *possumus & ad alios.* Ultraj. prim. *leves ob has caussas.* nonnulli *incursus arripuit.*

73. *M. Militius*] In Atrebatensi aliisque veteribus libris *M. Mulvius.* Recte. Inde nomen ponti *Mulvio*, ut apud Ciceronem ad Atticum XIII. Unde & *Mulviana pira* dicta, ut apud Plinium. PIGH. *M. Mulvius, Cn. Lollius, L. Sextilius triumviri.* Aldus edidit. *M. Militius.* Sed *Mulvius*, ut Pighius rescripsit, est & in uno cod. Brand. In altero est *Milnius.* *Triumviri* variorum generum fuerunt, ut jam supra dictum. Qui hic nominantur, *nocturni* fuerant: constituti nimirum ut incendia caverent, aut si orta essent, exstinguenda curarent. VORST. MSS. *Milvius, Mulius, Militius, Munius, Mundius, Milvus, Mulius.* *Fulvius* exstat in Ed. Mediol. *Milvius* in Bog. *Militius* in Ven. Incendiis vero arcendis *triumviros nocturnos* praefuisse diserte testa-

cusatus, populi judicio concidit: quia vigilias negligentius circumierat. Ann. urb. 698.

Admodum severae notae & illud populi judicium, cum M. Aemilium 7. Porcinam à L. Cassio accusatum crimine nimis sublime extructae villae [76] in Ann. urb. 616. Alsiensi agro, gravi multa affecit.

Nòn supprimenda illius quoque damnatio, [77] qui pueruli sui nimio amore correptus, rogatus ab eo ruri ut [78] omasum in coenam fieri juberet, 8. cum bubulae carnis in propinquo emendae nulla facultas esset, [79] domito bove occiso, desiderium ejus explevit. Eoque nomine publica quaestione afflictus est; [80] innocens, nisi tam prisco saeculo natus esset.

[81] AM-

statur Paulus JCtus ff. de Officio Praefecti Vigilum. *Apud vetustiores incendiis arcendis triumviri praeerant, qui ex eo quod excubias agebant, nocturni dicti sunt. Interveniebant nonnunquam & Aediles, & Tribuni plebis &c.*

74. *Die ad populum dicta*] MSS. octo *apud populum* cum Edd. ante Aldum.

75. *P. Villius*] MSS. plures *P. Villius*, nonnulli, *P. Bellius. P. Villius* Ultraj. sec. & Ed. Mog. *Bilius* Edd. ante Pighium reliquae. J. Pricaeus ad Apul. p. 138. cum legeret *P. Vilius*, ait, se *Viliae* apud Romanos gentis non meminisse, & legendum fortasse unius literae adjectione *Suilius*. Male. Nota satis gens *Villia*. Pro *negligentius circumierat* Harl. *negligenter custodierat*. Pro *quia* aliquot MSS. *quod*.

76. *In Alsiensi agro*] Alsium oppidum Tusciae maritimum. VORST. *Alsiensi* recte emendavit Pighius pro vulgato *Alliensi*; illud enim praeferunt MSS. atque Edd. Mog. Ven. Mediol. Ascens. *Alliensi* ab Aldo est.

77. *Qui pueruli sui nimio amore corruptus*] Uterque Paris. Bar. uterque item Ultraj. Leid. sext. & Cop. *amore correptus.* unde adscripsit Cl. Perizonius. sic L. VIII. 2. 2. *Gravi morbo correptus*. L. IX. 1. 9. *Vesano amore Aureliae Orestillae correptus*. Sed & illic, quemadmodum hic, nonnulli MSS. *corruptus* habent, plures tamen utrobique *correptus*, ut legit etiam ad Petron. c. 47. Nob. Heinsius. Et sane ego malim. Noster. L. V. 7. Ext. 1.

Seleuci regis filius Antiochus novercae Stratonices infinito amore correptus.

Propert. L. III. 23.

Correptus saevo veneris torrebar aheno.

Sen. Hippol. v. 115.

Genetrix tui me miseret; infando malo
Correpta, pecoris efferi saevum ducem
Audax amasti

ibid. v. 665.

Domus sorores una corripuit duas;
Te genitor, at me natus.

id est *amore incendit*, Ariadnen Theseus, me Phaedram Hippolitus.

78. *Omasum*] Gallicam hanc vocem esse doceo ex veteri Glossario in quo scriptum. *Omasum* Βόειον κέπτεον λιπαρὸν, τῇ τῶν Γάλλων γλώσσῃ. COLER. *Ut omasum in coenam fieri juberet.* Pighius pro *fieri* scripsit *ferri*; ex codicibus, credo, MSS. Sed *fieri* habent veteres typis expressi & Brand. MSS. *Omasum* vocabulum origine Gallicum, ut Colerus monuit ex vetere Glossario; cujus verba sunt: *Omasum* Βόειον κόπτιον λιπαρὸν· τῇ τῶν Γάλλων γλώττῃ. Utitur tamen & Horatius Lib. I. ep. 15. v. 34. *Patinas cenabat omasi vilis.* VORST. *Fieri* habent MSS. duodecim; pauculi etiam *in coena*. *Fieri in coenam* Mog. Ven. Mediol. Ascen. Ald. Colin. *Ferri* Gryph. Steph. Sed recte se habere τὸ *fieri in coenam* liquebit inspicienti Petron. c. 47. & quae ibi notavit Nic. Heinsius. Sic *ferri* & *fieri* permutantur etiam VIII. 2. 3.

79. *Domito bove occiso*] Consule Plin. L. VIII. 45. Varr. L. II. de Re Rust. c. 5. Aelian. L. V. V. H. 14. PERIZON. Ex quibus locis intelliges, per *bovem domitum* intelligi *bovem aratorem*; *a quo*, ait Varro, *antiqui manus ita abstineri voluerunt, ut capite sanxerint, si quis occidisset.* Porro ex Plinio liquebit, *damnationem* illius in eo constitisse, quod in exilium fuit missus.

80. *Innocens, nisi tam prisco &c.*] Cop. *Innocens enim*, an? *Innocens enimvero.* PERIZON.

81. AMBUSTAE] Plin. L. XXVIII. 2. extr. *Carmina quaedam exstant contra grandines, contraque morborum genera, contraque ambusta.* Sil. Ital. L. IV. 68.

 Ho-

[81] AMBUSTAE.

1\. Atque ut eos quoque referamus, qui in discrimen capitis adducti, neque damnati, neque absoluti sunt. Apud M. Popilium Laenatem praetorem quaedam, quod [82] matrem fuste percussam interemerat, caussam dixit: de qua neutram in partem latae sententiae sunt. Quia abunde constabat, eandem veneno necatorum liberorum dolore commotam, quos avia filiae infensa sustulerat, parricidium ultam esse parricidio. [83] Quorum alterum ultione dignum, alterum absolutione non dignum judicatum est.

Ann. urb. 610.

2\. Eadem haesitatione [84] P. Dolabellae proconsulari imperio Asiam obtinen-

Hostem, miles, habes fractum, ambustumque nivosis
Cautibus, atque aegre torpentia membra trahentem.

Plin. in Epist. *Tot circa me jactis fulminibus quasi ambustus, mihi quoque impendere idem exitium certis quibusdam notis augurabar.* PERIZON. Hunc titulum praefixit Pighius, quem in plurimis MSS. etiam video non exstare.

82\. *Matrem fuste percussam interemerat*] Ita veteres typis expressi, & Brand. MSS. Pighius tamen maluit *fustim interemerat*; & *percussam* expunxit: quomodo & supra VI. 3. 9. fecit. Verum expunctionem illam, uti supra cum Colero non probavi, ita neque hic probo. Deinde pro *fustim* mallem & supra positum, ut in antiquioribus typis expressis est, *fuste*; aut *fusti*. Nam quod in quibusdam codd. vestigia sunt & *fustim*, id credo inde factum, quod scriptum esset *fusti*, cumque talis sextus casus librariis non satis notus esset, hi literam M addendam putarent; ut formam adverbii vox haberet. VORST. *Fusti* legit Nic. Heinsius ad Vell. L. II. 78. MSS. fere *fuste*, vel *fusce*: *fustim*, quantum intelligo, nullus.

83\. *Quorum alterum ultione, alterum absolutione non dignum judicatum est*] Multo rectius haec in Pulmanniano & Susiano; *Quorum alterum ultione dignum, alterum absolutione non dignum judicatum est.* Ait enim ex duobus parricidiis *veneficium ultione dignum* quidem fuisse; *caedem* vero *non dignam absolutione*. Quam sententiam ex vulgata lectione non colliges, cum dicat *alterum parricidium*, nempe *veneficium*, *ultione non dignum fuisse*. PIGH. *Quorum alterum ultione dignum.* Optime Pighius *dignum* ex duobus codd. restituit, cum ab antiquioribus editionibus id plane abesset. VORST. Τὸ *dignum* non invenitur in quatuordecim nostris, certe in nullo eorum, quos ipse inspexi, neque in Ultraj. aut Copes. ut nec in ulla editione antiqua. Video inter variantes Gudii lectiones adscriptum. Forte *non indignum* quod ad utrumque referri posset, sed sic innueret filiam fuisse *absolutam*, quum agat de *non damnatis*, *nec absolutis* neque hoc ullo nititur MSS. Quare quum valde dilucida in lectione Pighii sit sententia, in fide ipsius acquiescendum puto.

84\. *P. Dolabellae*] Prave scriptum apud Johannem Sarisberiensem: *C. Dolabellae.* Idem citat hoc ex Valerii Lib. IX. cum Lib. VIII. cap. I. exstet. COLER. Quatuor scripti *P.* quoque *Dolabellae.*

85\. *Animus fluctuatus est*] Pro *fluctuavit*, forma passiva pro activa. Ita *coenatus est* pro *coenavit*; & *destinatus est* pro *destinavit.* Item Hyginus *certati sunt* pro *certaverunt*; & Solinus *dimicatam esse* pro *dimicasse.* Vide Salmasium pag. 53. Exercit. in Solinum, & p. 119. in Hist. Aug. VORST. Non opus his insolitis. Sic supra L. III. 1. in fine. *Dubio mentis judicio fluctuatur.* Vide & J. Fr. Gronov. L. II. Obs. 8. & Quintil. L. IX. Inst. 3. *Pleraque utroque modo efferuntur*, *Luxuriatur*, *luxuriat*; *Fluctuatur*, *fluctuat*; *Assentior assentio*; *Revertor*, *reverto*.

86\. *Smyrnaea*] Liber Daniel. *Zmirnaea.* Scribendi ratio antiquaria Zm. pro Sm. Sic Zmaragdus pronunciabant. Vetus lapis: CN POMPEIO. EUCARPO. CN. POMPEIUS. ZMARAGDUS. COLER.

87\. *Ex priore viro enixa fuerat*] Bit prim. Paris. tert. Copes. delent praepositionem.

88\. Pr-

nentis, [85] animus fluctuatus est. Materfamilias [86] Smyrnaea virum & filium interemit, cum ab his optimae indolis juvenem, quem [87] ex priore viro enixa fuerat, occisum comperisset. Quam rem Dolabella ad se delatam, Athenas ad Areopagi cognitionem relegavit: quia ipse neque liberare caedibus duabus contaminatam, neque [88] punire eam justo dolore impulsam, sustinebat. Consideranter, & mansuete [89] populi Romani magistratus: sed Areopagitae quoque non minus sapienter. Qui inspecta caussa, & accusatorem & ream [90] post centum annos ad se reverti jusserunt: eodem affectu moti, quo Dolabella. Sed ille transferendo quaestionem, hi differendo, damnandi atque absolvendi [91] inexplicabilem cunctationem mutabant.

Ann. urb. 685. Gell. XII. 7. Amm. Marc. XXIX.

88. *Punire eam justo dolore impulsam*] Parif. quart. Barb. prim. *eam tam justo dolore impulsum. eam* delet Ultraj. prim. Lego *tam justo dolore*.

89. *Populi Romani magistratus*] In margine notavit Pighius, *al' Procos.* quod nusquam invenio.

90. *Post centum annos ad se reverti jusserunt*] In Campensi, mendose item *adesse reverti jusserunt*. Hinc colligo glossema esse *reverti*, atque auferri posse. Gellius eandem ex Valerio nostro referens historiam, ita quoque dixit: *Centesimo anno adesse jusserunt*. PIGH. *Post centum annos ad se reverti jusserunt*. Ita veteres typis expressi, & Brand. MSS. Pighius pro *ad se reverti* scripsit *adesse*; quia in uno cod. reperit *adesse reverti*, & apud Gellium, ubi is eadem narrat, *adesse* solum. VORST. *Ad se reverti* defendunt nostri tredecim & Edd. antiquae. Nec quia *adesse* dixit Gellius ideo necesse est, & nostrum sic locutum fuisse.

91. *Inexplicabilem cunctationem mutabant*] v. c. *invitabant*. PIGH. *Ille transferendo quaestionem, hi differendo, damnandi atque absolvendi inexplicabilem cunctationem mutabant. Mutabant* est in antiquioribus typis expressis, & Brand. MSS. Sed Pighius pro eo scripsit *invitabant*; quod in vetere quodam cod. id reperisset. Mihi neutrum satis commodum, deque adhuc alio cogitandum videtur. VORST. *Mutabant* est etiam in nostris. Pighii *invitabant* certe est nihili. Quid enim aliud hoc potest significare, quam illos advocasse in auxilium cunctationem, quae non aderat? Quum hoc voluisse auctor videatur: Illos in maximam cunctationem propter pronunciandae sententiae difficultatem conjectos, unde sese expedire & explicare non poterant, modo diverso in ea se gessisse, & Dolabellam damnationem, vel absolutionem, mutasse caussae ad alios judices translatione; Areopagitas vero mutasse eamdem dilatione in longissimum diem. Guyeto scribendum videbatur *vitabant*. Ascensius *mutuabant*, id est mutuo usurpabant.

CAPUT II.

DE PRIVATIS JUDICIIS INSIGNIBUS.

QUIBUS DAMNATI.

1. *T. Claudius Centumalus.*
2. *Otacilia Laterensis.*
3. *C. Titinius Minturnensis.*
4. *Quidam ob equi vecturam longiorem.*

[1] Publicis judiciis adjiciam privata, [2] quorum magis aequitas quaestionum delectare, quam immoderata turba [3] offendere lectorem poterit. [4] Claudius Centumalus ab auguribus jussus altitudinem domus suae, quam in Coelio monte habebat, summittere, quia his [5] ex arce augurium capientibus officiebat, vendidit eam [6] Calpurnio Lanario; nec indicavit quod imperatum à collegio augurum erat. A quibus Calpurnius demoliri domum coactus, M. Porcium Catonem, inclyti Catonis patrem, [7] arbitrum Claudio addixit, [8] & formulam, *QUICQUID. SIBI. DARE. FACERE. OPORTERET. EX. FIDE. BONA.* [9] Cato ut est edoctus, de industria Clau-

1. Ann. urb. 559. circiter. Cic. Offic. III. 16.

1. *Publicis judiciis adjiciam privata*] Sic recte Pighius; habent enim ita MSS. & Ed. Mog. ceterae omittunt *privata*. Eadem ratione eaedem in titulo omittunt *insignibus*, quod MSS. & Mog. tuentur.

2. *Quorum magis aequitas quaestionum*] Lege, *Quaerentium*, ex Susiano & aliis. PIGH. *Aequitas quaerentium delectare*. Vetus, *quaestionum*. Forte, *quaestorum*, sive, *quaesitorum*. LIPS. *Quorum magis aequitas quaestionum*. Ita veteres typis expressi & Brand. MSS. Idque magis placet quam quod Pighius ex cod. Susiano & aliis scripsit *aequitas quaerentium*. *Judiciorum aequitas quaestionum* est aequitas quaestionum quae in judiciis observatur. Uni nomini substantivo duo alia genitivo casu jungi minime insolens est: & multa hujusmodi in auctoribus observata nobis sunt. VORST. Sic profecto *quaestionum* exhibent & nostri MSS. praeter paucos, qui *quaestionem* habent. Barthius legebat *quaerentem*. nescio quo sensu.

3. *Offendere lectorem poterit*] Rectior positus vocum, quam qui in Aldina & aliis editionibus observatur, *lectorem offendere pot. Lectorem* enim non tantum ad τὸ *offendere*, sed & ad τὸ *delectare* quod praecedit pertinet. Observaturque positus ille vocum in codd. Brand. & vetere typis expr. Mart. Herbip. VORST. Idem ordo in plerisque nostris observatus est, ut & in Ed. Mog.

4. *Claudius Centumalus*] Sic potius scripti. Stephan. *Centimalus*. cum Mediol. Gryphius. *Centummalus*, cum Ven. & Asc. Colin. Sed Aldus *Centumalus*, cum Mog. Ciceroni est *T. Claudius Centumalus*. ubi Car. Langius tamen *Tib.* malebat, & dubitabat a pro *Centumalus* rectius *Centho*. vide ad L. III. de Off. 16.

5. *Ex arce augurium capientibus*] Hinc Festus: *Auguraculum appellant antiqui, quam nos arcem dicimus; quod ibi augures publice auspicabantur*. PERIZON.

6. *Calpurnio Lanario*] Hunc saepius nominaverat Sallustius in Historia. Hinc Calpurnius Sallustianus appellatur à S. Hieronymo, Apolog. adversus Rufin. ab eodem dicti Calpurniani discipuli. COLER. *Calpurnio Lanario*. Harl. Leid. quint. Ultraj. prim. *Lavario*. Bit. prim. *Levario*. Libri Palatini apud Ciceronem etiam *Lanario* exhibent, sed Gruterus conjicit legendum *Lanato*.

7. *Arbitrum cum Claudio adduxit, ut formulam daret, quid sibi de ea re facere oporteret*] Malim ut in Campensi, Gemblacensi, Atrebatensi, & Cauchiano, *Arbitrum Claudio adduxit & formulam, Quicquid sibi dare, &c.* PIGH. *Claudio adduxit*. Supra dixi Cujacium emendasse *addixit*. Nescio tamen an non etiam Latine dici possit *adducere arbitrum*, ut collocare judicem. Festus: *In judice collocando*. Sic Virgilius:

Possumus & rei inexpertae arbitrum collocare.

Quod posterius observavit eruditissimus Turnebus. COLER. *Arbitrum Claudio addixit*. Antiquiores editiones habent *arb. cum Claudio adduxit*. At Pighius auctoritate codicum MSS. *cum* expunxit. Pro *adduxit* Cujacius legendum putat *addixit*. Quod idem & Brissonio placet, ut ex citatione ejus in Lib. v. de form. apparet: itemque Carolo Langio in Notis in III. Cic. de Off. VORST. Vide Schottum Obs. III. 10. & Torrent. ad Horat. L. I. Epist. I. 14. Varro L. v. de *L. L.* p. 56. *Addixit judicium*. PERIZON. non video tamen *addixit* niti fide ullius e nostris MSS. Possit venire alicui in mentem scripsisse Valerium, *arbitrum Claudium adegit*. ut est apud Ciceronem, *arbitrum illum adegit*. Et *aducere*, cum *adjicere* & *adigere* permutari supra vidimus.

Claudium [10] edictum sacerdotum suppressisse, continuo illum Calpurnio damnavit. Summa quidem cum aequitate, quia bonae fidei venditorem, [11] nec commodorum spem augere, nec incommodorum cognitionem obscurare oportet.

[12] Notum suis temporibus judicium commemoravi: sed nec quod relaturus quidem sum, [13] obliteratum est silentio. C. Visellius Varro gravi morbo correptus, trecenta millia nummûm [14] ab Otacilia Laterensi, cum qua commercium libidinis habuerat, expensa ferri sibi passus est: eo consilio, ut, si decessisset, ab heredibus eam summam peteret; quam legati genus esse voluit, libidinosam liberalitatem debiti nomine colorando. Evasit

2. Ann. urb. 675. circiter. Varronis hujus meminit Cic. in Brut. 76. & Verr. III.

mus. formula autem illa *adigere aliquem arbitrum* plus semel occurrit in Cicerone. Sed omnibus modis *τὸ addixit* defendit Brissonius de verborum significatione in v. *Addicere*. & ita legendum quoque existimat in Ex. seq. *judex addictus* pro *adductus*, quo ipso tamen nostrum *adduxit* defendi potest. Mendose vero aliquot scripti *cum Claudio*. Ex locis vero, quae citavit Eruditissimus Brissonius, mihi non satis liquet, *litigatorem alterum addicere judicem alteri*, sed quidem *addici judicem*, sc. litigantibus a magistratu. Quod in exemplo 2. locum potest habere. Adducit ad vindicandum hic verbum *addixit* Rupertus. L. LXXX. ff. de Judic. *Quum litigatores in judicem consentirent; ex eorum conventione judex addicebatur*, ex quo, quod dixi, manifestum est. Hic omnino de litigatore altero accipiendum est, ut ipse facere dicatur, quod per Praetorem factum; quemadmodum sic *actor* dicitur saepe, *damnare reum*. nam *adegit*, cum omnes MSS. *Claudio* habeant, ipse vix probem.

8. *Et formulam, quidquid sibi dare facere oporteret*] De hac & id genus aliis formulis vide Brissonium in Lib. V. de Form. P. R. pag. 372. Cicero III. Off. *Arbitrum illum adegit, Quidquid sibi dare facere oporteret ex fide bona*. VORST. Sic restituendum censuit Langius ad Ciceronem, cum Ascens. Aldus & ceteri dedissent, *Ut formulam daret, quid sibi de ea re facere oporteret ex fide bona*. Mog. & Men. *quicquid sibi de ea re* &c. Mediol. *Quidquid sibi dari facere* &c. MSS. Harl. Leid. prim. quint. sext. sept. Ultraj. sec. *ut formulam daret, quidquid sibi facere oporteret*. Leid. sec. *ut daret formulam, quidquid sibi de ea facere oporteret*. Ultraj. prim. *ut formulam quidquid sibi facere oporteret ex fide bona diceret*. Leid. quart. *ut formulam daret, quidquid sibi facere de ea re oporteret*. Uterque Paris. Barb. prim. *formulam recitant quidquid sibi dari facere oporteret ex fide bona*. Copes. *formulam recitans quidquid sibi dari facere &c*. Dubito an satis prudenter, *ut formulam daret* mutatum sit, quum videam frequenter, Praetorem, & JCtos dici, *formulam componere, constituere, scribere*, & similia. Quid si scripserit, *ut formulam daret, quid sibi dare facere oporteret ex fide bona?* id est Cato constitueret formulam, ex qua liqueret *quid sibi dare facere* &c.

9. *Cato ut est edoctus*] Sic Pighius. Consentiunt MSS. vulgo *doctus*. Sed *edoctus* etiam Mog.

10. *Edictum sacerdotum suppressisse*] MSS. Octo *praedictum*, ex quibus alii *sacerdotem*; alii *sacerdotium*, quomodo & Mog. *praedictum* pro varia lectione Pighius in margine addiderat.

11. *Nec commodorum spem augere*] Uterque Paris. Barb. Cop. *commodorum speciem*. Ultraj. prim. delet *cognitionem*. Non displicet *τὸ speciem*. id est, facere ut commoda videantur majora. Vindicarunt hanc vocem etiam aliis scriptoribus viri Eruditi, ubi corrupte legebatur *spes*. Vide Cl. Burmannum ad Vell. L. II. 118. 5. Duker. ad Flor. L. I. 13. 15.

12. *Notum suis temporibus &c.*] Bit. prim. *Notum quidem suis temporibus judicium, quod commemoravi*. Deinde plerique, *sed ne quod relaturus sum quidem*.

13. *Obliteratum est silentio*] MSS. quinque delent *est*. Uterque Paris. Barb. prim. Cop. *subobliteratum est*. *Sub* credo temere repetitum ex literis praecedentibus. Leid. sext. *Obliterandum silentio*.

14. *Ab Otacilia Laterensi*] Forte *Laterensis*, uxor. nam fuit in matrimonio; unde ipse auctor mox *adulterii crimen* appellat. *Salvia Postu-*

ſit [15] deinde Viſellius ex illa tempeſtate adverſus vota Otaciliae. Quae offenſa, quod ſpem praedae ſuae morte non maturaſſet, ex amica obſequenti ſubito [16] deſtrictam foeneratricem agere coepit nummos petendo; quos ut fronte inverecunda, ita inani ſtipulatione captaverat. [17] De qua re C. Aquilius, vir magnae auctoritatis, & [18] ſcientia juris civilis excellens, judex addictus, adhibitis in conſilium principibus civitatis, prudentia & religione ſua mulierem repulit. Quod ſi eadem formula [19] & Varro damnari, & adverſaria abſolvi potuiſſet, ejus quoque non dubito quin turpem & inconceſſum errorem libenter caſtigaturus fuerit. Nunc privatae actionis calumniam ipſe compeſcuit: adulterii crimen [20] publicae quaeſtioni vindicandum reliquit.

3. Multo animoſius, & ut militari ſpiritu dignum erat, ſe in conſimili genere judicii C. Marius geſſit. Nam cum [21] C. Titinius Minturnenſis Fanniam uxorem, quam impudicam de induſtria duxerat, eo crimine repudiatam, dote ſpoliare conaretur: [22] ſumptus inter eos judex, in conſpectu ha-

Ann. urb. 653. Plut. in vita. p. 427. Ed. Fran.

Poſtuma Sergi, apud Spon. T. I. p. 63. PERIZON. Aliquot MSS. *Lateranenſi*.

15. *Deinde Viſellius*] Omittit poſtremam vocem lib. Dan. Et quid ea opus? Totus ſermo iſte ab uno Viſellio pendet. COLER. Omittunt etiam MSS. noſtri decem, & Edd. Pighiana antiquiores, praeter Mog.

16. *Deſtrictam foeneratricem*] Tac. L. IV. Ann. 36. *Nam ut quis diſtrictior accuſator, velut ſacroſanctus: leves ignobiles poenis afficiebantur.* PERIZON. Vide ſupra L. II. 9. 6.

17. *De qua re Q. Aquilius judex addictus*] Legitur vulgo *judex adductus*. Sed quis dubitet legendum eſſe *addictus*? Ut paulo ante *arbitrum addicere*, ſic nunc *judex addictus* dicit. L. 80. D. de judic. ex Pomponio: *Servius reſpondit, ſi ex conventione litigatorum is judex addictus eſſet, eum eſſe judicem de quo litigatores ſenſiſſent* (f. conſenſiſſent.) VORST. *Addictus* eſt ex emendatione Eruditorum. Plerique *adductus*. Leid. ſec. *advocatus*. prim. *aditus*. ut. L. VII. 2. 4. *Judex aditus de ſponſione*. ubi vide, quae notavi. unus atque item alter *in conſilio*.

18. *Scientia juris civilis*] Cop. & Pariſ. tert. delent *civilis*. Cop. etiam *ſcienti*.

19. *Et Varro damnari & adverſaria abſolvi potuiſſet*] An tranſponendum, *Et Varro abſolvi, & adverſaria damnari?* GUYET. *Abſolvi* credo hanc vocem delendam; nulla cauſa erat, cur mulierem abſolvi vellet. Similis gloſſa in Ed. Ald. L. IX. 11. Ext. 1. *ut verbis contendere, quam ferro dimicare.* PERIZON. Retinent MSS. hanc vocem. *Et adverſaria abſolvi potuiſſet*, deſunt in Leid. primo. in quinto deeſt, *adverſaria*. complures *Varro damnari*. deleto &. Quid? ſi ſcripſerit. *Quod ſi eadem formula Varro damnari & abſolvi potuiſſet*. Certe *adverſaria abſolvi*, recte monuit Cl. Perizonius ſententiae eſſe contrarium.

20. *Publicae quaeſtioni judicandum reliquit*] In manuſcriptis; *vindicandum*. Melius. PIGH. *Quaeſtioni vindicandum reliquit*. uterque Pariſ. Leid. ſext. Cop. *judicandum*. & ſic legebatur ante Pighium. ſed reliqui *vindicandum*. L. IX. 6. *Quia impia proditio celeri poena vindicata eſt.*

21. C. *Titinius*] Sic plures MSS. quidam *Ticinius* cum vulgatis ante Pighium.

22. *Sumptus inter eos*] Ita Cicero loqui amat. Pro Roſcio: *Compromiſſum feceris, arbitrum ſumſeris*. COLER. Ter. Heaut. III. 1. 94.

Vicini noſtri ambigunt de finibus:
Me repere arbitrum.

23. *Seductum Titinium monuit*] In Pulmanniano, Colonienſi, Suſiano, & Wincheliano, *Subductum Titinium*, legimus. Recte. Eſt enim *ſubducere*, clanculum ſegregare. PIGH. *Seductum Titinium monuit*. Ita Aldus & Chalcoc. ediderunt. Eſtque ita & in uno cod. Bran-

habita quaestione, [23] seductum Titinium monuit, *ut incepto desisteret*, *ac mulieri dotem redderet*. Quod cum saepius frustra fecisset, coactus ab eo sententiam pronuntiare, [24] mulierem impudicitiae ream [25] sestertio nummo, [26] Titinium summa totius dotis damnavit: praefatus, *idcirco se hunc judicandi modum secutum*, [27] *quod liqueret sibi*, *Titinium patrimonio Fanniae insidias struentem*, *impudicae conjugium expetisse*. Fannia autem haec est, quae postea Marium hostem à senatu judicatum, coenoque paludis, qua extra- Ann. urb. 665. Plutarchus. App. Civil. 1. & alii. ctus erat, oblitum, etiam in domum suam custodiendum Minturnis deductum, ope quantacunque potuit, adjuvit: memor, quod impudica judicata esset, suis moribus; quod dotem servasset, illius religioni acceptum ferri debere.

4. Multus sermo eo etiam judicio manavit, in quo quidam [28] furti damnatus est, [29] quod equo, cujus usus illi usque Ariciam commodatus fuerat, ulteriore ejus municipii [30] clivo vectus esset. Quid aliud hoc loci quam verecundiam illius saeculi laudemus, in quo [31] tam minuti à pudore excessus puniebantur?

Brandeb. Pighius tamen ex aliis codd. legi maluit *subductum*. *Seducere* notum est idem esse quod à turba removere, ut seorsum cum aliquo agere possis: qua de re & in cap. 17. Lib. de Lat. mer. susp. egimus. VORST. *Subduxit* Pighius ex quibusdam, sed rectius puto *seductum*. GUDIUS. Habent MSS, partim *subductum* cum Mog. partim *seductum*. quod omnino retinendum. Vide Gudium ad Phaedrum L. III. 10. Cic. ad Fam. L. I. 9. *Meque inspectante*, *saepe eum severe seducerent*. Liv. L. XXIII. c. 34. *Comitibus eorum seductis ac metu territis*. & sic passim, qui seorsim ducuntur ad colloquium dicuntur *seduci*: contra *subduci*, qui subtrahuntur. ut *subducere se ex oculis*, *aliquem saevitiae hostis*. apud Curt. *subducere se*, i. e. clam abire. confer. Ter. Eun. IV. I. 14. & IV. 7. 25.

24. *Mulierem impudicitiae ream*] Ream deest in Edd. ante Pighium, & compluribus MSS. Retinent tamen uterque Ultraj. Leid. tert. quart. & Mog.

25. *Sestertio nummo*] Plut. in Mario χαλκοῦς τέσσαρας. PERIZON.

26. *Titinium*] Pleraeque Edd. ante Pighium *Ticinium*; Plutarcho dicitur Τιννιος, errore, ni fallor, ex compendio scribendi orto.

27. *Quod liqueret sibi*] MSS. septem, *cum liqueret sibi*. *Idcirco* pro *ideo* reposuit Pighius convenienter MSS. & Mog. Ed. In fine nonnulli, *acceptum fieri*, pro *ferri*.

28. *Furti damnatus est*] Consule Symmach. L. VII. Epist. 69. & loca in margine Ed. Jureti citata; Et Inst. L. IV. T. I. de Oblig §. 6. PERIZON.

29. *Quod equo*] MSS. sex. *qui*. unus, *quia*. Sunt qui delent *usque*.

30. *Clivo vectus esset*] Barthius legebat *evectus esset*.

31. *Tam minuti à pudore excessus*] Vetus, *tam minimo*. Lego *tam minimi*: sicut alias hic locutus. LIPS. *Tam minuti*. Lipsius ex vet. *tam minimi*. Sic Pomponius tit. de orig. jur. *Satis pulcherrima*. COLER. Non variant nostri; nisi quod Harl. *Muti*. unus Leid. *munii*.

CAPUT III.

DE MULIERIBUS QUAE CAUSSAS APUD MAGISTRATUS EGERUNT.

1. *Amaesia Sentia.*
2. *Afrania Licinii Buccionis.*
3. *Hortensia Q. F.*

Ne de his quidem feminis [2] tacendum est, quas conditio naturae, & [3] verecundiae stola, ut in foro & judiciis tacerent, [4] cohibere non valuit.

I. Ann. urb. 676. [5] Amaesia Sentia rea caussam suam, L. Titio praetore judicium cogente, maximo populi concursu egit: [6] partesque omnes ac numeros defensionis non solum diligenter, sed etiam fortiter executa, & [7] prima actione, & pene cunctis

1. DE MULIERIBUS] Multi MSS. *Quae mulieres apud Magistratus pro se aut pro aliis caussas egerunt.* ut legebatur ante Pighium. Leid. prim. *De caussis quas mulieres egerunt.*

2. *Tacendum est*] *Est* abest Ultraj. sec. deinde vulgo ante Pighium legebatur *in foro, in judiciis.* Sed ut ab ipso, & hic vides editum MSS. & Mog. Harl. *in foro & in judiciis.*

3. *Verecundiae stola*] Neque in Senatum venire feminas, fas erat. Itaque post Semiamiram Heliogabali matrem, severe cautum est, ne unquam mulier in Senatum ingrederetur, utque inferis ejus caput dicaretur devoveretur que per quem id esset factum. auctor Lampridius. COLER. *Verecundiae stola.* An *verecundiâ stolae*? PERIZON.

4. *Cohibere non potuit*] Sic Pighius & eum secuti. Ego rescripsi *valuit*, quod in antiquioribus & duodecim inveniebam MSS.

5. *Amesia praetoris sententia rea*] Lo[c] mendosus, qui in plerisque scriptis libris, [A]*mesia sententia rea.* In Wincheliano, *A*[...] *Sentia rea.* ubique vox *praetoris*, omittitur. PIGH. *Praetoris* abest etiam a scriptis nostris, nec poterat ferri. Sed plerique *sententia* retinent, cum pro hoc alioquin saepe *sentia* scribi soleat unde ortum credo. Ultraj. sec. *M. Mesia* Perizonius conjecit. Forte *Amaesia Sentii*, scil. uxor.

6. *Motusque omnes ad nervos defensionis*] Multo elegantius haec in manuscri[ptis] *Partes*[que] *omnes ac numeros defensionis.* P[...] *Partesque omnes ac numeros defensionis executa.* Sic & codices Brand. nisi quod unus pro *partes* habet *motus.* Phrasi *numeros alicujus rei exequi* utitur & infra VIII. 4. *Partes & numeros* autem conjungit infra VIII. 7. 6. VORST. Sic Ultraj. uterque cum multis aliis. *Nervos* ortum est ex compendio scribendi *nũos.* ut in quibusdam exstat. L. VIII. 7. 6. *Ut eam in quinque divisam genera per omnes partes ac numeros cognosceret.*

7. *Prima actione cunctis pene sententiis liberata est.* Ante Pighium erat, *Et prima actione, & fere cunctis sententiis liberata est.* Nec aliter MSS. ni[si] quod pro *fere*, *pene*, exhibent. Itaque hoc [Greek word illegible] & magis Valerianum restitui.

8. *Afrania vero*] Et in titulo hic varia lectio est, & inde in Coss. nominibus. In quibusdam enim Codicibus pro *Afrania* legitur *Calpurnia*: & pro *Licinii*, *Lucinii.* Consulum [no]mina in vetusto codice ita habent. *Prorogavit autem spiritum suum ad C. Caesarem, itemque M. Servilium consulem.* Badii codex ita habet. *Prorogavit autem spiritum suum ad C. [Cae]sarem tertium iterumque Servilium consulem.* [S]ed qui Coss. catalogum habet facile v[idet] in [h]is omnibus erratum ac ita legen[d]um esse, *ad C. Caesarem iterum P. Servilium Coss.* Hic enim est loquendi modus in citandis coss. quem qui ignorant, temere emendant. GLAREAN. *Caja Afrania Licinii Bruccionis uxor.* Coloniensis & Winchelianus mulie-

ctis sententiis liberata est. Quam, quia sub specie feminae virilem animum gerebat, *Androgynem* appellabant.

[8] G. vero Afrania [9] Licinii Buccionis senatoris uxor, prompta ad lites contrahendas, pro se semper apud praetorem verba fecit: [10] non quod advocatis deficiebatur, sed quod impudentia abundabat. Itaque inusitatis foro [11] latratibus assidue tribunalia exercendo, muliebris calumniae notissimum evasit exemplum: adeo ut pro crimine improbis feminarum moribus [12] G. Afraniae nomen objiciatur. Prorogavit autem spiritum suum [13] ad C. Caesarem iterum & P. Servilium coss. Tale enim monstrum magis, quo tempore extinctum, quam quo sit ortum, memoriae tradendum est. 2. Ann. urb. 705.

Hor-

liebre praenomen omittentes correctius haec produnt; *Afrania Licinii Buccionis senatoris uxor.* Atque eodem modo Cauchianus aliique fere omnes manuscripti, *Bucciones à bucca dicti*, quemadmodum Labeones à labiis. PIGH. Praenomen mulieris G. vel *Gaja* exstat saltem in decem nostris & omnibus editionibus, & quidem hoc modo plerisque in scriptis *Gaia vero Afrania.* Unde pro *Cafrania*, quae describitur ab Ulpiano, *improbissima foemina, quae inverecunde postulans, & Magistratum inquietans edicto caussam praebuit*, quo mulieres prohibentur de aliis postulare L. I. §. 5. ff. *h. t.* Andreas Alciatus legit *C. Afrania.* Contra sentiente Cujacio; sed Alciati sententiam merito defendit Vir Illustris Corn. van Bynkershoek L. IV. Obs. 12. atque idem sensit Cl. Perizonius adscribens, ita apud Plin. L. VII. 44. *Catinium* vocari, qui Ciceroni pro domo est *C. Atinius.* Pro quo video Harduinum rescripsisse *C. Attinium* ex Livii Epit. 59. Clare tamen apud Cic. pro domo c. 47. exstat *C. Atinius.* Estque hoc melius. Itaque *G. vero Afrania* restituendum duxi.

9. *Licinii Buccionis*] Edit. Veneta: *Brutionis* legerim: *Buconis. Bucones* dicebantur nomen proprio, ut *Cilones, Labeones, Nasones.* Est tamen etiam ab vulgata lectione vetus Glossarium: *Buccones* [illegible] COLER. Forte *Buteonis*, vel legendum cum [illegible] ro *Bucconis.* PERIZON. *Lucinii Bucconis*, [illegible] e Paris. Leid. prim. quint. *Lucii Butonis*, [illegible] sext. *Lucinii Buctionis*. Barb prim. *Lucii Buteonis*, Harl *Licinii Buconis*, Bit. prim. Leid. sec. *Licinii Unxionis.* Ultraj. prim. *Unaonis.* sec. *Lutinii Buttonis*, Cop. *Licinii Buccaonis*, Ed. Mog. *Bructionis*, Mediol. & reliquae. *Lucinii Brutionis.* Ven. *Senatoris*, quod omittebatur in Edd. praeter Mog. servant MSS.

10. *Non quod advocatis deficeret*] In veteribus libris, *advocatis deficiebatur.* Cic. Cluentiana: *Consilio ac ratione deficitur.* PIGH. *Non quod advocatis deficiebatur.* Ita recte ex libris MSS. rescripsit Pighius. Veteres typis expressi habent vel *deficeret*, vel *deficiebat.* Nota constructio *Deficit me res*, & *Deficior re*, pro destituor re. Est & in codd. Brandeb. *deficiebatur. Defectus* pro destituto non semel observatum supra. VORST. *Deficiebatur* habet Leid. quint. Harl. Bit. prim. ceteri fere *deficiebat.* cum Mog. Sed Leid. prim. & sec. *deficeret.* Vide supra L. VII. 2. Ext. I. *Tempus deficiet domestica narrantem.*

11. *Latratibus*] Ovid. in Ibin. v. 14. *Jactat & in toto verba canina foro.* ubi vide N. Heins. PERIZON. Uterque Paris. *boatibus.* Sed verum servant reliqui.

12. *Afraniae nomen*] Denuo MSS. *G. Afraniae*, ut & Edd. Etiam vulgo ante Pighium legebatur *ad muliebris calumniae exemplum.* quod in quinque MSS. exstat.

13. *Ad C. Caesarem tertium itemque M. Servilium Consulem*] Mendose citantur hi consules, sicut ex annalibus nostris constabit. Hoc namque loco sunt ita restituendi, *Ad C. Caesarem iterum, atque P. Servilium consules.* Quod etiam ex manuscriptis fere colligere est. PIGH. *Ad C. Caesarem.* Locus manifestus mendi, & omissus numerus consulatus alterius P. Servilii. Itaque lectionem libri Danielis absque mora amplector: *Ad C Caesarem III. iterum ad P. Servilium coss.* Licet enim Caesar continuos consulatus gesserit, ut scribit Tranquillus, tamen & ejus consulatus titulis distinguebantur. [illegible] ejus: *Tertium & quartum consula-*

3. Ann. urb. 710. App. Civil. IV. p. 310. Quintil. I. 1. Hortensia vero, Q. Hortensii filia, cum ordo matronarum gravi tributo à triumviris esset oneratus, nec quisquam virorum patrocinium eis accommodare auderet, caussam feminarum [14] apud triumviros & constanter & feliciter egit. Repraesentata enim patris facundia, impetravit ut major pars imperatae pecuniae his remitteretur. [15] Revixit tum muliebri stirpe Q. Hortensius, verbisque filiae aspiravit. cujus si virilis sexus posteri vim sequi voluissent, [16] Hortensianae eloquentiae tanta hereditas una feminae actione abscisa non esset.

latum titulo tenus gessit. COLER. Nimis certe temere lectionem libri Danielis amplexus est Colerus. Quid enim significabit, *Iterum ad P. Servilium Cos.* nisi *P. Servilium iterum consulem* fuisse cum *Caesar* esset *tertium cos.* quod falsum. Ut satis ex Annalibus Pighii liquet. Itaque quum III & *iterum* in quibusdam MSS. jungantur, apparet hoc inde ortum, quod in aliis III corrupte pro II, in aliis *iterum* omnibus literis fuit scriptum; hinc sunt & MSS. qui *M. Servilium* exhibent, quum fuerit *P. Servilius Vatia P. Isaurici filius.* Pronomen *Servilii* multi omittunt. Cop. *Julium Caesarem & iterum Servilium Cos.* Leid. sec. *ad Caesarem II Servilium.* quidam ad *G. Caesarem & Servilium.* sic Ultraj. prim. sec. vero *G. Caesarem tercio iterum Servilium.* E quibus equidem lectionem Pighianam praefero, ut fecit etiam Vorstius.

14. *Apud Triumviros*] Harl. *Ad triumviros.*

15. *Revixit tum muliebri stirpe*] Sic fere omnes MSS. vulgo ante Pigh. *revixit cum muliebri stirpe.* duo Leid. *revixit enim cum.* Klokkius legebat. *Revixit in muliebri stirpe Hortensius, verbisque filiae gratiam adspiravit* addens respicere eum ad illud Virgilii. *Et dictis divinum adspirat amorem.*

16. *Hortensianae eloquentiae tanta hereditas una feminae actione abscisa non esset*] Significat filios Hortensii minime patrissasse. *Abscisa* omnino legendum, ut supra aliquoties. VORST. Quantopere nepos ejus Hortensius Corbio ab avita virtute degenerarit, ostendit supra L. III. 5. 4.

CAPUT IV.

DE QUAESTIONIBUS.

HABITIS A

1. *M. Agrii servo.*
2. *Alexandro C. Fannii.*
3. *Philippo Fulvii Flacci.*

Atque ut omnes judiciorum numeros exequamur, quaestiones quibus aut creditum non est, aut temere habita fides est, referamus.

1. [1] M. Agrii argentarii servus Alexandrum C. Fannii servum occidisse insimulatus est; eoque nomine tortus à domino [2] *admisisse se id facinus* constan-

1. *M. Agrii argentarii servus Alexandrum C. Fannii servum*] Harl. *Agrii.* Bit. prim. *Magarii.* idem. *Alexandro Ferani servum.* Balb. prim. *Alexandri Favii.* uterque Parif. *Al.xandri Fannii.* Harl. *Alexander Rufani.* Leid. prim. Ultr. sec. *Alexandri Rafari.* Leid. quint. *Alexander Fauni.* sext. *Alexandrum Fanii.* Ed. Mog. *Agrii argentarii servus Alexandri Rafani servum.* Edd. reliquae. *M. Agrii argentarii servus Alexandrum T. Fannii servum.*

2. *Admisisse se id facinus*] Pighius addidit *se*, quod abest, ut ab antiquioribus Edd. ita etiam a quin-

ſtantiſſime aſſeveravit. Itaque Fannio deditus, ſupplicio affectus eſt. Parvulo deinde tempore interjecto, ille cujus de nece creditum erat, domum rediit.

[3] Contra Fannii ſervus Alexander, [4] cum in ſuſpicionem C. Flavii equitis Romani occiſi veniſſet, [5] ſexies tortus pernegavit *ei ſe culpae affinem fuiſſe*. Sed perinde atque confeſſus, & à judicibus damnatus, & à L. Calpurnio triumviro in crucem actus eſt. 2.

Item Fulvio Flacco cauſſam dicente, Philippus ſervus ejus, [6] in quo tota quaeſtio nitebatur, octies tortus, nullum omnino verbum, [7] quo dominus perſtringeretur, emiſit. Et tamen reus damnatus eſt: cum certius argumentum innocentiae unus octies tortus exhiberet, quam octo ſemel torti praebuiſſent. 3.

a quinque MSS. Facile potuit excidiſſe propter praecedentem ſyllabam, non tamen neceſſe eſt addi.

3. *Contra Fannii*] Longe aliud nomen eſt in Lib. Dan. *Contra Picinii.* COLER. Leid. prim. *Pucinii.* quart. *Putenii.* quint. *Pinitanii.* Bit. prim. *Pintanii.* Harl. *Raſini.* Ultr. ſec. *Raſani.*

4. *Cum in hanc ſuſpicionem veniſſet*] Dictio *hanc*, ocioſa eſt, nec habetur in Wincheliano. PIGH. *Cum in ſuſpicionem C. Flavii occiſi.* Aldus *in hanc ſuſpicionem.* Sed Pighius quod in cod. Wincheliano *hanc* non reperiret, ut otioſum id expunxit. Pro *C. Flavii* notat Pighius in margine quoſdam codd. habere *C. Fulvii.* VORST. *Hanc* exſtat in MSS. noſtris duodecim & omnibus Edd. tum Cop. *Gaji Fabii.* Ultraj. ſec. Ed. Mediol. *L. Fulvii.* ceteri fere *Flavii.* Aſcenſ. Ed. *Flacci.*

5. *Septies tortus*] In ſcriptis libris omnibus, *ſexies* legitur. PIGH. *Sexies tortus.* Ita Pighius ex codd. MSS. Et eſt quoque ita in codd. Brand. Aldus *ſepties.* VORST. *Septies.* Cop. Harl. Pariſ. tert. Sed *ſexies* reliqui cum Mog.

6. *In quo tota quaeſtio nitebatur*] *Quaeſtio* aliud hic eſt quam initio capitis. Ibi enim quaeſtiones, quae per torturam fiunt ſignificantur: hic vero *quaeſtio* idem quod *judicium.* Sic ſupra VIII. 2. *aequitas quaeſtionum, publica quaeſtio.* VORST.

7. *Quo dominus perſtringeretur*] Cop. *Adſtringeretur. Perſtringeretur* i. e, laederetur. ſupra L. VI. 8. 1. *Affirmans nullum ore ſuo verbum exiturum, quo domini cauſſa laederetur.*

CAPUT V.

DE TESTIMONIIS IRRITIS VEL RATIS.

1. *Caepionum ac Metellorum in Q. Pompejum.*
2. *M. Aemilii Scauri in diverſos.*
3. *L. Craſſi in M. Marcellum.*
4. *Q. Metelli, Lucullorum, Hortenſii & Lepidi in C. Cornelium.*
5. *M. Ciceronis in P. Clodium.*
6. *P. Servilii Iſaurici in quendam reum.*

Sequitur ut ad teſtes pertinentia exempla commemorem. [1] Cn. & Q. Serviliis Caepionibus, iiſdem parentibus natis, & per omnes honorum gradus 1.

1. *Cn. & Q. Serviliis*] Sic omnes mei manuſcripti. Haud ſcio tamen an non prior Cajus dictus fuerit. Lapis Veronenſis: C. SERVILIO. CAEPIONI. CONCEN. ET. TRIVMPHALI.

dus ad summam amplitudinem provectis: item fratribus Q. & L. Metellis consularibus & censoriis, altero etiam triumphali, [2] in Q. Pompejum A. F. repetundarum reum acerrime dicentibus testimonium, [3] non abrogata fides absoluto Pompejo; sed ne potentia inimicum oppressisse viderentur, occursum est.

Ann. urb. 615. Cic. pro Fontejo. 7.

2. M. etiam Aemilius Scaurus, princeps senatus, C. Memmium repetundarum reum destricto testimonio insecutus est. Item [4] C. Flavium eadem lege accusatum testis proscidit. Jam C. Norbanum [5] majestatis crimine publicae quaestioni subjectum, ex professo opprimere conatus est: nec tamen aut auctoritate, qua plurimum pollebat, aut religione, de qua nemo dubitabat, [6] quemquam illorum affligere potuit.

Ann. urb. 650. Cic. pro. Font. 7. in Part. Ann. urb. 547. Cic. p. Font. Ann. urb. 559. Cic. Partit. & de Orat. II.

3. [7] L. quoque Crassus tantus apud judices, quantus apud P. C. Aemilius Scau-

PATRIAE. LIBERATORI. DECVR. VERONEN. OB. IVD. RESTITVTA. M. S. Hic tamen longe posterior fuisse videtur. COLER. *G.* ediderat Pighius, sed monuit in erratis scribendum *Gn.*

2. *In Q. Pompejum Aufidium*] Lege ut in Gemblacensi, Atrebatensi, Campensi, & Wincheliano, *In Q. Pompejum A. F.* PIGH. *In Q. Pompejum A. F.* Ita scriptum reperit Pighius in aliquot codd. Aldus ediderat *Q. Pomp. Aufidium.* Quod nec Sigonio placuit: quippe qui in Commentario ad Fastos Rom. & quidem ad ann. DCXII. & ipse *Auli filium* legendum esse docet. Sed & Leopardus Emend. VI. I. ea de re monuit. VORST. Ultraj. uterque *Auli filium.* Bit. & Barb, prim. *Aulifilum.* quidam totum delent. nonnulli *Aufidum. Auli filium* diserte Ed. Mog. in qua etiam est, *in Q. illum Pompejum.* consule etiam Cl. Burmannum ad Vell. L. II. I. 4

3. *Non abrogata fides*] Leopardus modo dicto loco testatur, in suo cod. esse *arrogata* idque probum esse censet. Idem de uno quoque cod. Brand. testari licet. Esset autem *arrogata* pro *tributa*, *habita.* VORST. Male Leopardus, & ex eo Vorstius, hic praeferunt *arrogata*, id est, habita, tributa; plane contra mentem auctoris, qui voluit Pompejum esse absolutum, non quod tantae auctoritatis testibus fides esset abrogata, sed quia occursum volebant judices, ne postea inimicum oppressisse viderentur, sc. testes, vel *videretur* ut habet MS. eleganitus. *argumentando famae fidem poterim abrogare.* Auctor ad Heren. L. II. c. 8. Liv. L. XLII. 13. *Ut vana ad vos adferendo fidem abrogarem mihi.* idem quod Plin. L. XXVIII. 2. *Derogare fidem.* & sic Cic. pro Fontejo cap. 7. PERIZON. Ed. Mog. *arrogata.* Sed omnes nostri MSS. *abrogata* tuentur. Rectissime Liv. L. III. 16. *Cui nec credere, nec non credendo, ne infestior fieret, fidem abrogare, satis erat tutum.* L. VIII. 16. *Sicut proditur tamen res, ne cui auctorum fidem abrogaverim exponenda est.* Porro *videretur*, est in Leid. Barb. primis & Leid. sexto. Quod vix possum tamen probare, quia magis convenit, *ut illi dicantur oppressisse inimicum potentia*, quam *potentia dicatur oppressisse inimicum.*

4. *C. Flavii*] Is est C. *Flavius Pusio*, adversarius M. Druso Tr. Pl. Meminit ejus Cicero pro A. Cluentio. Et Valerius capite sequenti. COLER. *C. Flavium eadem lege accusatum.* Lege repetundarum puta. VORST. Ciceroni dicitur *C. Fimbria* pro Fontejo c. 7. PERIZON. Equidem Colerum hic non intelligo. Nam mentionem *Flavii Pusionis*, qui Druso restiterit, apud Valerium non invenio: & cur intelligatur ille, de quo Cic. pro Cluentio c. 57. caussa est nulla. Imo contra rem bene consideranti liquebit, *C. Flavium Pusionem* equitem Romanum honestissimum honores nunquam ambiisse, & Druso, ne inter equites, cum quibus ille judicia communicabat, judicaret, cum paucis restitisse, quod cernerent, id parari, ut hoc modo & ipsi lege repetundarum postulari possent, si cum altero coiissent, aut consensissent, quum illi vitam tranquillam, & quietam, remotam a pro-

Scaurus, namque eorum suffragi[illegible] robustissimis & felicissimis eloquentiae stipendiis regebat, eratque sic [illegible]i, ut ille curiae princeps. Cum vehe- Ann. urb. mentissimum testimonii fulmen in M. Marcellum reum injecisset, impetu 660. Cic. pro Font. 7. gravis, exitu vanus apparuit.

Age Q. Metellus Pius, L. M. Luculli, Q. Hortensius, M. Lepidus, 4. [8] C. Cornelii majestatis rei, quam non onerarunt tantummodo testes salu- Ann. urb. 687. Paedian. in tem, sed etiam negantes, illo incolumi stare rempubl. posse, [9] depoposce- Cornelian. runt? Quae decora civitatis (pudet referre) [10] umbone judiciali repulsa sunt.

Quid, M. Cicero forensi militia summos honores amplissimumque [11] di- 5. gnitatis locum adeptus, nonne [12] in ipsis eloquentiae suae castris testis ab- Ann. urb. 692. Cic. Att. I. jectus est, [13] dum P. Clodium Romae apud se fuisse juravit, [14] illo sa- Senec. ep. XCVIII. cri- Dion. XXXVII. Plutarch.

procellis invidiarum, & hujuscemodi judiciorum amfractu sequi mallent. Unde profecto, nihil minus conjicias, quam C. istum *Flavium Pusionem*, unquam repetundarum fuisse accusatum. Recte igitur *C. Flavium Fimbriam* fuisse ex Cicerone monuit Cl. Perizonius.

5. *Majestatis crimine publicae quaestioni subjectum*] Quod populi Rom. majestatem violasset. *Quaestio* pro congnitione judiciali, ut supra. VORST.

6. *Quemquam illorum*] Minutum est, monendum tamen MSS. omnes retinere *eorum* cum Ed. Mog.

7. *L. quoque Crassus tantus apud judices, quantus apud P. C. Aemylius Scaurus*] Haec Valerii verba indocti ita depravarunt, ut legerent, *Quantus apud Patres C. Aemylius*. Litera C. quae *conscriptos* significat in praenomen *Cajus* mutata. Quasi Author in hoc exemplo de alio Aemylio Scauro loquatur, nempe de *Cajo*, non de *Marco*, cum author hoc exemplum ad praecedens, quod manifeste de M. Aemylio Scauro sonat, compararit. In mox sequente exemplo etiam erratum in propriis. Authoris verba ita legenda sunt. Age Q. Metellus Pius, L. & M. Luculli, Q. Hortensius, & M. Lepidus. Ex hac lectione exemplo praescriptus titulus facile emendari poterit, qui in omnibus, quotquot habemus, exemplaribus, corruptus est. GLAREAN. *Aemilius Scaurus*. Cop. addit praenomen *M.* & sic Paris. tert. In fine Ed. Mog. *in M. Marcellum reum injecisset*.

8. *C. Cornelii majestatis rei non modo testes onerarunt, sed etiam salutem negantes illo incolumi stare remp. posse depoposcerunt*] Haec in manuscriptis per interrogationem, atque ordine etiam commodiore, *C. Cornelii majestatis rei quam non onerarunt tantummodo testes salutem sed etiam negantes illo incolumi stare remp. posse, depoposcerunt?* PIGH. *Quam non onerarunt tantummodo testes salutem*. Ita haec & sequentia ex codd. MSS. restituit Pighius. Et legitur quoque ita in uno cod. Brand. VORST. Quantum video, omnes fere nostri cum MSS. Pighii conspirant. Mog. *Majestatis rei non modo oneraverunt testes salutem, sed etiam*. Vulgo editi *Cn. Cornelium majestatis reum* habent.

9. *Depoposcerunt salutem ejus*] Dum tantum odii in illum declarant, ac si salus reip. ipso incolumi periclitaretur. quod tantumdem erat, ac si poscerent a judicibus, ut absolveretur, quem tam acriter impugnabant.

10. *Umbone judiciali repulsa sunt*] Clypeo & protectione judicum testimonia eorum repulsa, ne incommodare Cornelio reo possent. VORST. Male in aliquot MSS. *quae dedecora*.

11. *Dignitatis locum*] Paris tert. *Gradum*. Cop. *Amplissimos dignitatis gradus*.

12. *In ipsis eloquentiae suae castris*] Sic MSS. Mog. Mediol. reliqui ante Pighium, *in ipsius eloquentiae suae castris*.

13. *Dum P. Clodium Romae apud se fuisse juravit*] Cum domi Caesaris eo anno pontificis max. sacra Bonae Deae celebrarentur, quibus nulli viro interesse licebat, P. Clodius Pompejae, uxoris Caesaris, amore correptus, aedes Caesaris intravit. Quo nomine accusatus crimen depellere conatus est eo, quod isto tempore, quo sacra Bonae Deae celebrata essent, Romae non fuisset. Verum Ci-

crilegum flagitium uno absentiae argumento tuente? Siquidem judices Clodium [15] incesti crimine, quam Ciceronem infamia perjurii liberare maluerunt.

6\. Tot elevatis testibus, unum, cujus nova ratione judicium ingressa auctoritas confirmata est, referam. P. Servilius consularis, censorius, triumphalis, qui majorum suorum titulis [16] *Isaurici* cognomen adjecit, cum forum praeteriens testes in reum dari vidisset, loco testis constitit, [17] ac summam inter patronorum pariter & accusatorum admirationem sic [18] orsus

Ann. urb. 679. Cic. Verr. L. I. c. 21. Florus III. 6. Dio.

Cicero aliique testati sunt, ipsum eo tempore Romae omnino fuisse. Nihilo tamen secius Clodius absolutus fuit. VORST. Priorem hujus notae partem ex Oliverio ad verbum descripsit Vorstius, qui si uterque, dum addunt, *eo anno Pontificis max.* Caesarem *eo duntaxat anno Pontificem max.* fuisse crediderunt, errarunt turpissime. Nam jam anno ante *Pontifex Max.* fuerat, & Pontificatum Max. non nisi morte Pontificis finitum fuisse, satis constat. Sic Caesar Q. Metello Pio successit, Caesari Lepidus. An interest monere, plerosque MSS. pro *Clodium* utroque loco *Claudium* exhibere?

14\. *Illo sacrilegium & flagitium*] Melius in Coloniensi & Atrebatensi, aliisque sine copula, *illo sacrilegum flagitium?* PIGH. *Illo sacrilegum flagitium uno absentiae argumento tuente. Sacrilegum flagitium* scripsit Pighius ex aliquot codd. MSS. Aldus & Chalcocondyles ediderant, *sacrilegium & flagitium.* Mihi neutrum placet; & utrique praefero quod in uno cod. Brandeb. observo *sacrilegii flagitium*; ut nomen generis & nomen speciei conjungantur, & alterum eorum casu obliquo ponatur. VORST. Complures MSS. *sacrilegum & flagitium.* Harl. *sacrilegium flagitium.* Ultraj. prim. *sacrilegium flagitium*, sec. *sacrilegum flagitium.* quod cur non probem? cum uno *incesti crimine* sit accusatus, id est, quod sacra Bonae Deae propter libidinem violaverat. Erat ergo *flagitium* (ut est ea vox frequens de libidine) quo sacra violarat, h. e. *sacrilegum.*

15\. *Incesti crimine*] Quod sacra Bonae Deae violasset. Ante vocaverat *sacrilegii flagitium.* VORST.

16\. *Isaurici cognomen*] P. Servilius missus contra piratas fuit. Quos non mari tantum submovit, sed & oppida eorum, Phalesim & Olympon, Isaurumque ipsam, arcem Ciliciae, expugnavit atque evertit. Qua de causa *Isaurici* sibi nomen sumpsit. VORST.

17\. *Ac per summam inter patronorum pariter & accusatorum admirationem sic orsus*] In Campensi, Wincheliano, Coloniensi, & Atrebatensi, *Ac inter summam patronorum pariter & accusatorum admirationem sic orsus est.* Optime. PIGH. *Summam inter patronorum pariter ac accusatorum admirationem.* Ita legendum videtur. Aldus ediderat, *per summam inter patronorum par. & acc. admirat.* Nec aliter Chalcoc. & Mart. Herbip. Sed vocula *per* manifeste otiosa est. Et reperit sane Pighius in aliquot codd. *inter summam patronorum pariter & accusatorum admirationem*, vocula *per* omissa. VORST. Ut Aldus ediderat, ita video in pluribus exstare codd. ut Pighius, habent tres Leid. & Ultraj. prim. Sed Copes. Paris. tert. *per summam patronorum.* Leid. sec. *per summas.* Certe alterutra praepositio est supervacua. An scripsit? *Et per summam interim patronorum pariter & accusatorum admirationem:* ut dicat, dum illi pariter factum ejus mirantur, ipsum sic orsum fuisse.

18\. *Orsus est*] *Est* addidit Pighius, quod a vulgatis Edd. exulabat; Sed non a Mog. & MSS. tum quidam *quis sit*; item *cujus sit.* Bit. prim. *cujusmodi sit.* Multi, *quam viam egerit.*

19\. *Ad religionem vestram*] In aliis vett. Edd. legebatur, *Religionem nostram.* Franc. Robortellus mendum esse putabat, & pro *nostram*, *vestram* esse reponendum. Si legatur *nostram*, Robortellus ait, se non videre, quae sententia elici possit. Car. Sigonius Lib. I. Emend. p. 66. respondet. Ego vero Robortellum, qui nullum ex *nostra* elicere sensum se posse ait, errare existimo, & *nostram* retineo. Jubet enim Servilius, ut judices aestiment, an neglecti viri triumphalis senis peccatum aliquid ad severitatem Romanae disciplinae pertineat: quod & judicibus castigan-

sus est: *Hunc ego, judices, qui caussam dicit, cujas sit, aut quam vitam egerit, quamque merito vel injuria accusetur, ignoro: illud tantum scio, cum occurrisset mihi Laurentina via iter facienti, admodum angusto loco equo descendere noluisse. Quod an aliquid* [18] *ad religionem vestram pertineat, ipsi aestimabitis: ego id supprimendum non putavi.* [19] Judices reum, vix auditis ceteris testibus, damnaverunt. Valuit enim apud eos, cum amplitudo viri, tum gravis neglectae dignitatis ejus indignatio: eumque qui venerari principes nesciret, in quodlibet facinus procursurum crediderunt.

gandum etiam innuit. Itaque *nostram religionem* dixit, non *sui* ut *testis*, sed *publicam civitatis* &c. Vide locum citatum Sigonii. Sed securos esse jubeo viros bonos: supersedeant altercatione. Quamvis enim non absurda sit Sigonii explicatio, & praeferenda Robortelli emendationi; quae, nescio qua fortuna, in has editiones irrepsit; tamen malo cum MS. delere verbum, quod offendit. GUDIUS. Equidem fateor me in toto hoc facto videre nihil, quod ad *religionem publicam civitatis* ullo modo potuerit pertinere. Praeterea ex ipsis Sigonii verbis licet intelligere ipsum judicasse, id pertinuisse ad *severitatem disciplinae Romanae*, quae sane longe diversa est a *religione publica*. Itaque quum hic agatur de judicibus, quorum *religio*, ceu *fides jurisjurandi*, passim ab omnibus scriptoribus memoretur, non dubium mihi videtur, quin hic quoque *eorum religio* debeat intelligi. Jubet judices videre Isauricus, utrum istius facti narratione illorum religio adjuvari possit, ut magis liquido damnarent hominem, quem tam improbe inverecundum fuisse adversus tantum virum cognorant, an vero pro nihilo hoc esset spernendum, in homine, quem alioquin comperiebant esse insontem. MS. qui *vestram* delere dicitur a Gudio, est Harl. Sed Bit. prim. *nostram*. Barb. prim. *relationem vestram*: ceteri, quorum nulla hic mentio in ejus Var. Lect. quae excerptae sunt ad editionem Coleri *vestram* exhibentis, illud videntur retinere; ut est quoque in Ultraj. sec. Cop. quatuor Leidd. Ed. Mog. & Mediol. Itaque *vestram* omnino retinendum duxi.

19. *Judices reum vix auditis ceteris testibus damnaverunt*] MS. deleri jubet *τὸ ceteris*; non male. Nam Isauricus proprie non erat, sed praeteriens subito, testis loco constitit, & in reum dixit ea, quibus auditis illico damnatus est, *vix auditis testibus*, id est, qui proprie ad testimonium dicendum parati advenerant. PERIZON. *Ceteris* omittit etiam uterque Paris. Sed Barb. prim. Bit. Leid. quint. *Vix additis ceteris testibus*. Si *ceteris* retinendum censeamus, explicari poterit vox non respectu Isaurici, sed eorum testium, qui forsan auditi fuerant jam ante, quam Isauricus interveniret; sed & nihil vetat respectu quoque Isaurici ipsius, quippe qui se pro teste gesserit, accipere. Pro *damnaverunt* plerique MSS. *damnarunt*.

CAPUT VI.
QUI QUAE IN ALIIS VINDICARANT IPSI COMMISERUNT.

1. *C. Licinius Hoplomachus.*
2. *C. Marius Cos. 6.*
3. *C. Licinius Calvus Stolo.*
4. *Q. Varius Hybrida.*

Ne illos quidem latere patiamur, qui, quae in aliis vindicarant, ipsi commiserunt.

[1] C. Li-

1. *C. Licinius*] Ultraj. *C. Lucinius*. Cognomen in MSS. varie corruptum est; sed ita ut ab *Hoplomachus* librariorum manus levi deflexu aberrarint, aliorum aliter.

1\. [1] C. Licinius cognomine Hoplomachus, à praetore postulavit, ut patri suo bonis, tanquam ea dissipanti, interdiceretur. [2] Et quidem quod petierat, impetravit: sed ipse [3] parvo post tempore, mortuo sene, [4] amplam ab eo relictam pecuniam, latifundiaque, festinanter consumpsit. Dignus [5] hac vicissitudine poenae fuit: quoniam hereditatem absumere, quam heredem [6] maluit tollere.

2\. Ann. urb. 653. Cic. pro Rab. Livius LXIX. Florus III. 16. C. autem Marius, cum magnum & salutarem reip. civem in L. Saturnino opprimendo egisset, à quo in modum vexilli [7] pileum servituti ad arma capienda ostentatum erat; L. Sulla cum exercitu in Urbem irrumpen-

2\. *Et quidem quod petierat*] Omnes MSS. & Mog. *equidem quod petierat.*

3\. *Parvo post tempore*] Sic Pighius; & MSS. confirmant nostri: vulgo ante eum *parvo postea tempore.*

4\. *Ampla ab eo relicta latifundia*] In Campensi, *Amplam ab eo relictam pecuniam latifundiaque.* Atque ejus lectionis quaedam indicia sunt in Wincheliano, Atrebatensi, & Gemblacensi. In Coloniensi vero sic habemus, *Amplam ab eo relictam sibi pecuniam festinanter consumpsit.* PIGH. *Amplam ab eo relictam pecuniam, latifundiaque.* Ita Pighius ex cod. Camp. & aliis. Aldus, *Ampla ab eo relicta latifundia.* Codex Coloniensis, ut Pighius testatur, *Amplam ab eo relictam pecuniam.* VORST. Bit. prim. *Ampla ab eo relicta fundia. Latifundia* delent Harl. Leid. & Parif. unus. Ultraj. prim. *Amplam ab eo relictam latifundiam.* Leid. quint. *Amplam ab eo relictam pecuniam.* Cop. Parif. quart. *Amplam ab eo relictam facultatem.* Ultraj. sec. *Ampla ab eo relicta praedia*, ut est in Ed. Mog. ceteri *ampla ab eo relicta latifundia*; quorum fere τὰ *praedia*, *facultatem*, & *pecuniam* putem esse glossemata.

5\. *Hac vicissitudine*] Mog. *hac a vicissitudine*, ut habet Ultraj. sec. corruptum credo ex *hacce.*

6\. *Maluit tollere*] Pighius emendat: *alere.* Ductu nonnullorum codicum videtur commode corrigi posse *tolerare.* COLER. *Quam heredem maluit tollere.* Notat Pighius in margine, diversam lectionem esse *heredem maluit colere:* conjicitque pro *tollere* legendum esse *alere.* Sed felicior conjectura Coleri, qui pro *tollere* legendum putat *tolerare:* quod idem quoque est quod alere; optimeque huc quadrat. *Tolerare equos* Caesari III. B. C. idem est quod *equos alere.* VORST. *Dignus hac vicissitudine poenae fuit, quoniam haereditatem absumere quam haeredem maluit tollere.* Locus quasi desperatus, ita varie tentatus. Sed forte nihil mutandum. Sensus est. *Dignus fuit hac vicissitudine poenae, quia maluit haereditatem absumere, quam filium tollere*, id est *creare, educare qui sibi suus esset haeres.* Quamvis enim filius non potest proprie haeres vocari sine haereditate, qui omnem haereditatem absumpsit, ille quidem filios tollere potest; sed non tollit haeredes. Et forte omnino caelebs mansit, atque adeo nullos liberos sustulit. Inepta est expositio Ruperti, quem vide. videtur autem pro *hac* legendum *hic.* Nec enim praecessit *ulla vicissitudo poenae.* Sed dignum hunc ait, cui similiter bonis interdiceretur, sicuti ipse effecerat, ut patri suo bonis interdiceretur. vel *hac vicissitudine poenae* pro hujus generis. Phaed. L. II. *Hanc brevitas rependet gratiam.* filium potuit tollere, & forte sustulit; sed non haeredem, quia nulla illi amplius erat haereditas. sic *filium quem ex Cleopatra sustulerat* IX. 2. Ext. 5. PERIZON. Explicat Rupertus. *Maluit haereditatem prodigere; quam haeres eamdem auferre.* h. e. post mortem patris, ut alii haeredes legitime adire. ut *haeredem* construatur ante infinitivum ad exemplum illius Pomponiani *ipsum Romulum traditur populum in triginta partes divisisse.* quod merito ineptum vocavit Perizonius. Credo id velle Valerium. Ipsum dignum fuisse, cui vicissim bonis interdiceretur, etsi filium haeredem non haberet, quoniam maluit absumere festinanter haereditatem, quam filium suscipere, ad quem postea illam haereditatem a se conservatam transmitteret. Certe *tollere haeredem* omnino dixisse videtur, pro suscipere filium haeredem futurum.

7\. *Pileum servituti ad arma capienda ostentatum*] *Pileus* signum libertatis. Sed pro *pileus* dictum & *pileum. Servitus* pro *servis*; quomo-

pente, [8] ad auxilium servorum pileo sublato confugit. Itaque dum facinus, quod punierat, imitatur, [9] alterum Marium à quo affligeretur, invenit. Ann. urb. 665.

[10] C. vero Licinius Stolo, cujus beneficio plebi petendi consulatum potestas facta est, cum lege sanxisset, *nequis* [11] *amplius quam quingenta agri jugera possideret*, ipse mille comparavit: dissimulandique criminis gratia dimidiam partem filio emancipavit. Quam ob caussam à M. Popilio Laenate accusatus, primus sua lege cecidit: ac docuit nihil aliud praecipi debere, nisi quod prius quisque sibi imperaverit. 3. Ann. urb. 686. Livius VII. 16. Plutarchi Camillo. Ann. urb. 396. Livius VII. 16. Plut. Camill. Plin. XVIII. 3.

[12] Q. autem Varius [13] propter obscurum jus civitatis *Hybrida* cognomi- 4.

modo & *servitia*, pro eisdem, & *dominatio* pro dominis. VORST.

8. *Ad auxilium servorum pileo superlato confugit*] In manuscriptis, *pileo sublato*. Correcte. PIGH. *Sublato* etiam habent MSS. nostri Edd. Mog. Ven. Mediol. Ascens. *Superlato* primus dedit Aldus, tum eum secuti ad Pighium.

9. *Alterum Marium*] Syllam puta, qui idem faceret quod ante fecerat Marius, id est, in cives suos saeviret. VORST.

10. C. *vero Licinius*] Aldus & ceteri *M. vero*. Sed bene *C.* revocavit Pighius. Sic MSS. & Aldo antiquiores cum ceteris scriptoribus.

11. *Amplius quam quingenta agri jugera*] *Quam* in novem MSS. video deleri, ut & in Ed. Mog. quod praetulerim. Deinde multi MSS. *simulandique criminis*.

12. Q. *autem Varius*] Supra III. 7. 8. vocatur *Varius Sucronensis*; quod Sucrone, oppido Hispaniae, juxta Sucronem fluvium, oriundus esset. VORST.

13. *Propter obscurum jus*] Cur autem ab hac ratione *Hybrida* dictus, si derivant hanc vocem ἀπὸ τῆς ὕβρεως Scio quid Grammatici, & non infimi census Jureconsulti de hac vocula. Sed ab eorum opinione longissime ego absum. Nam omnibus modis adfirmare non dubitem *Varium* illum *Sucronensem Ibridam*, non *Hybridam*, fuisse appellatum, id est, *Semicivem*. *Iber* in veteri glossario exponitur ἡμίονος. Hinc *Ibridae*, promiscui generis quaecunque animalia dicta. Hoc ante me & Josepho Scaligero summo viro probatum. Ab animalibus ea appellatio ad homines quoque translata est. Plinius lib. VIII. capite 53. *In nullo genere aeque facilis est mistura cum fero, qualiter natos antiqui Hybridas vocabant, ceu semiferos, ad homines quoque ut in C. Antonium Ciceronis in consulatu collegam, appellatione translata.* Cedo hominem qui ajat Plinium scripsisse *Hybridas*. Rescribo itaque audacter: *Ibridas*. Nam qua ratione dici possit animal brutum *Hybrida*, non video. Nos Germani aprum etiamque *Ibrum* vel *Ebrum* vocamus, quemadmodum Gallos intelligo *Lyciscam* ex cane & lupo conceptam. Homines porro variis modis *Ibridae* dici potuere, ut si quis ex ingenuo & servo, ex servo & libertino natus esset *Ibrida* dicebatur. Item si quis patrem & matrem diversae nationis haberet. Suetonius Augusto: *Item Asinii Epicadi ex gente Parthyna, Hybridae.* Post opulentissimam messem & uberrimum spicilegium clarissimorum virorum, Torrentii & Casauboni non vereor emendare: *ex gente Parthyna Ibridae.* Haud dubie Asinius ille, Romae, patre Parthyno, matre Italica natus fuit, ideoque *Ibrida* dictus. Parthus autem πόλις ἰλλυρική est Seph. Turpis glossa inhaeret loco Hirtii an Oppii, de bello Afric. *Praeterea ex fuga praelioque Pompejano, quos secum à Brundusio transportaverat, equites Germanos Gallosque, ibique postea ex Ibridis libertinis servisque conscripserat.* Dedecus & corruptela hujus loci, quam dixi, est illud *libertinis servisque.* Postremo *Ibrida* dicebatur si quis mixto sermonis genere uteretur. Inde exponunt illud Horat. L. I. Sat. 7. *Ibrida quo pacto sit Persius ultus.* COLER. *Propter obscurum jus civitatis Hybrida cognominatus.* Colerus legi vult *Ibrida*. Verum codices Brand. & antiquiores typis expressi habent *Hybrida*. Nec aliter vox scripta reperitur apud Plinium & alios. Plinius v. 52. de suibus: *In nullo genere aeque facilis mixtura cum fero: qualiter natos antiqui Hybridas vocabant: ad homines quoque, ut C. Antonium, Ciceronis in consulatu collegam, appellatione translata.* VORST.

Ann. urb. 662. Cic. Bruto. App. Civil. 1.

minatus, tribunus pleb. [14] legem adversus intercessionem collegarum perrogavit, [15] qua jubebat quaeri, *quorum dolo malo socii ad arma ire coacti essent*; magna cum clade reipublicae. sociale enim prius, deinde civile bellum excitavit. Sed dum ante pestiferum tribunum pleb. quam certum civem agit, sua lex eum domesticis laqueis constrictum absumpsit.

14. *Legem adversus intercessionem collegarum prorogavit*] In Atrebatensi codice, *perrogavit.* Optime. PIGH. *Legem adversus intercessionem collegarum perrogavit. Perrogavit* recte scripsit Pighius ex cod. Atrebatensi. Et habet quoque ita unus cod. Brand. Alii, quidam, *prorogavit.* Dicuntur autem leges *perrogari*, si à populo accipiantur. Vide Brisson. Form. l. 2. VORST. MSS. tredecim cum omnibus Edd. *prorogabat.* Conter. supra L. 1. 2. Ext. 2.

15. *Qua jubebat quaeri*] Dissentit nonnihil ab hac narratiuncula Asconius. COLER. *Qua jubebat quaeri.* Malim cum MS. *quae* (lex) *jubebat quaeri.* PERIZON. Quae invenio in utroque Ultraj. quinto Leid & quatuor aliis, ac Ed. Mog.

CAPUT VII.

DE STUDIO ET INDUSTRIA.

ROMANORUM.

1. *M. Catonis majoris.*
2. *M. Catonis Uticensis.*
3. *M. Terentii Varronis.*
4. *C. Livii Drusi.*
5. *Paulli senatoris & Pontii Lupi.*
6. *Crassi Muciani.*
7. *Q. Roscii Comoedi.*

EXTERNORUM.

1. *Demosthenis Atheniensis.*
2. *Pythagorae Samii.*
3. *Platonis Atheniensis.*
4. *Democriti Abderitae.*
5. *Carneadis Cyrenaei.*
6. *Anaxagorae Clazomenii.*
7. *Archimedis Syracusii.*
8. *Socratis Atheniensis.*
9. *Isocratis Atheniensis.*
10. *Chrysippi Tarsensis.*
11. *Cleanthis Assii.*
12. *Sophoclis Atheniensis.*
13. *Simonidis Ceii.*
14. *Solonis Atheniensis.*
15. *Themistoclis Atheniensis.*
16. *Cyri & Mithridatis, regum.*

Quid cesso vires industriae commemorare? cujus alacri spiritu militiae stipendia roborantur: forensis gloria accenditur: fido sinu cuncta studia recepta nutriuntur: quicquid animo, quicquid manu, quicquid lingua admirabile est, ad cumulum laudis perducitur. [1] Quae cum perfectissima sit virtus, duramento sui confirmatur.

Cato

1. *Quae cum perfectissima sit virtus, duramento sui confirmatur*] Dilucide atque eleganter in Cauchiano, Campensi & Wincheliano, *Quae cum perfectissima sit virtus, eam tamen duramento sui confirmat.* Quae duo verba in vulgatis lib. desiderantur, ut etiam in Atrebatensi, in quo tamen *confirmat* legitur. PIGH. *Quae cum perfectissima sit virtus, eam tamen duramento sui confirmat.* Ita Pighius è tribus codd. MSS. Et habet quoque ita unus cod. Br. Alii vocu-

las

Cato sextum & [2] octogesimum annum agens, dum in republica tuenda juvenili animo perstat, ab inimicis capitali crimine accusatus, suam caussam egit. Neque aut memoriam ejus quisquam tardiorem, aut firmitatem lateris ulla ex parte quassatam, aut os haesitatione impeditum animadvertit. Quia omnia ista in statu suo aequali ac perpetua industria continebat. Quinetiam in ipso diutissime actae vitae fine [3] disertissimi oratoris Galbae [4] accusationi defensionem suam pro Hispania opposuit.

1. Ann. urb. 604. Plin. VII. 77. Cic. Acad. quaest. II. Plut. Catone.

Cic. in Brut. 20.

Idem [5] Graecis literis erudiri concupivit: quam sero, inde aestimemus, quod etiam [6] Latinas pene jam senex didicit. Cumque eloquentia magnam jam gloriam partam haberet, id egit, [7] ut juris civilis quoque esset peritissimus.

Cu-

las *eam tamen* omittunt; & *confirmat* tamen retinent. Antiquiores typis expressi pro *confirmat* perperam habent *confirmatur.* VORST. An scribendum, *Ea tamen duramento sui confirmatur? Duramento sui* i. e. duratione sua, actibus continuatis, exercitatione continua. Haec ad ea, quae de Catonis senioris industria dicturus est pertinere videntur. *Neque aut memoriam ejus quisquam tardiorem, aut firmitatem lateris ulla ex parte quassatam, aut os haesitatione impeditum animadvertit. Quia omnia in statu suo aequali ac perpetua statione continebat.* GUDIUS. Solus Ultraj. prim. habet, quod dedit Pighius: reliqui, Aldi & omnium antiquiorum praeferunt lectionem *duramento sui confirmatur*, nisi quod unus atque item alter *confirmat.* Emendatio Pighiana mihi sane non placet. Quid erit, *confirmat eam? quam* quaeso? an *laudem?* ea enim vox proxime praecessit? nugae. id vult. Industriam, cum sit perfectissima virtus, ipso sui robore, vel *dum se ipsa obdurat*, confirmari. sic *duramentum*, quo duratur & confirmatur aliquid L. II. 7. 10. *Humanae imbecillitatis efficacissimum duramentum est ne essitas.* i. e *Imbecillitas hominum necessitate corroboratur efficacissime.* Recte ergo se habet *Industria confirmatur duramento sui*, quod reposui, suadentibus fere omnibus scriptis. Si quis tamen malit, *tamen duramento sui confirmatur*, me non habebit dissentientem. Et sic verisimile erit *eam*, ex similitudine priorum literarum in *tamen*, corruptioni locum dedisse.

2. *Octogesimum*] MSS. plures *octuagesimum.* Multi etiam *animo praestat* Cop. *in Reip. libertate tuenda.*

3. *Disertissimi oratoris*] Tria optimarum rerum habuisse visus est hic Cato antiquis: Optimus Orator, Optimus Imperator, Optimus senator. Quater & quadragies caussam dixisse scribit Plinius. COLER.

4. *Accusationi defensionem suam pro Hispania apposuit*] Legendum per primam vocalem *a* non per *o* hoc modo. *Cato apposuit defensionem suam accusationi*, nempe Tribuni L. Scribonii. Non enim opposuit se accusationi, cum etiam Galbam accusaret non minus quam Tribunus. Leviculum hoc videtur sed tamen annotatione haud indignum. GLAREAN. *Accusationi defensionem suam pro Hispania opposuit.* Imo potius Galbam ob Lusitanos contra fidem datam ab ipso interfectos capite oppugnavit Cato, ut narravit auctor L. VIII. 1. 2. ubi conferenda loca in margine citata *Opposuit* retinent tamen scripti. & additum istud disertissimi *oratoris*, satis commonstrat accusationem ab illo oratore factam, Galba sc. ut tanto acrius certamen intelligatur. Id igitur vult, a Catone defensam esse Hispaniam, quam accusabat Galba, tamquam merito tam gravia a se perpessam. Certe τὸ *apposuit* Glareani non placet.

5. *Graecis litteris*] Cic. L. IV. Acad. Quaest. 2. *cum Graecas literas M. Catonem in senectute didicisse acceperim.* & ita de Sen. cap. 1. Sed Aurelius Victor eum *praetorem ab Ennio in Sardinia Graecas didicisse* tradit in vita ejus.

6. *Latinas pene jam senex*] Nepos in vita ejus. *Ab adolescentia confecit orationes: senex historias scribere instituit.* Neque aliunde cognoscas ipsum pene jam senem Latinas literas didicisse.

7. *Ut Juris civilis*] Pomponius quoque Jurisconsultis accenset, cujus & libros exstare scribit. Cicero fatetur omnium jurisperitissimum suae aetatis fuisse. COLER.

 8. *Mi-*

2. Cic. de fin. III. 2. Cujus [8] mirifica proles, propior aetati nostrae Cato, ita doctrinae cupiditate flagravit, ut ne in Curia quidem, cum senatus cogitur, temperaret sibi, quo minus libros Graecos lectitaret. Qua quidem industria ostendit, aliis tempora deesse, alios [9] temporibus superesse.

3. Gell. III. 10. Terentius autem Varro, [10] humanae vitae exemplo & spatio nominandus, [11] non [12] annis, quibus saeculi tempus aequavit, [13] quam stylo vivacior fuit. In eodem enim lectulo & spiritus ejus & egregiorum operum cursus extinctus est.

4. Cic. Tusc. V. 38. & in Bruto. 28. Consimilis perseverantiae [14] Livius Drusus, qui aetatis viribus, & acie oculorum defectus, [15] jus civile populo benignissime interpretatus est: utilis-

8. *Mirifica proles*] Non filium intellige, sed nepotem Catonem Juniorem Bruti avunculum, Cic. De Fin. L. III. 2. quem locum Lambinus male ad Catonem majorem refert, in notis ad Nepot. in vita Catonis. cap. 3.

9. *Temporibus superesse*] Sic Cicero apud A-Gellium lib. I. cap. 22. *Nec vero scientia juris majoribus suis Q. Aelius Tubero defuit, doctrina etiam superfuit.* COLER.

10. *Humanae vitae exemplo, & spacio nominandus*] In Campensi; *Humanae vitae exemplum, aetatisque spatium.* Vox *nominandus* non habetur. quam tamen facile fero. Tradit autem Plinius libro XXIX. cap. 4. M. Varronem aetatis anno LXXXVIII. adhuc scripsisse de aspidibus. Idem Varro de hebdomadibus scribens se quoque jam duodecimam annorum hebdomadam ingressum esse, & ad eum diem septuaginta hebdomadas librorum conscripsisse. Ex quibus aliquandiu cum proscriptus esset, direptis bibliothecis suis non comparuisse, ut apud Gellium libr. III. cap. 10. Proscriptus quidem fuit à triumviris, tamquam iniquus dominatui, verum servatus amicorum opera, ut Appianus auctor est Civilium quarto. Mortuus autem post bellum Actiacum fere nonagenarius, ut Eusebius in Chronico. PIGH. *Humanae vitae exemplum.* Longe mihi antistet lectio lib. Dan. *Humanae vitae & spacio & exemplo nominandus.* COLER. *Humanae vitae exemplo & spatio nominandus.* Ita recte antiquiores typis expressi, & cod. MS. P. Danielis, ut Colerus testatur. Estque ita & in codd. Brand. nisi quod *nominandus* hic deest. Pighius ex uno cod. Campensi scripsit *humanae vitae exemplum, aetatisque spatium*; & *nominandus*, quod à cod. illo abest, tamen retinuit. Verum quam inconcinnum illud *aetatis spatium nominandus!* Non potest Varro aetatis spatium nominari; sed nominari idem potest propter aetatis spatium. Ac pro ipso illo *propter aetatis spatium* Valerius scripsit *aetatis spatio.* Ablativo causam denotari, nihil novi. VORST. *Exemplo & spatio.* Ita est fere in omnibus nostris. Ultraj. prim. *Exemplum spatio.* sec. *exemplo aetatis spatio.* uterque omittunt *nominandus* cum Barb. prim. & Parif. quart. quod omissum videtur propter sequens *non annis*, ut saepius jam observavimus factum.

11. *Non annis*] Vide & Plin. Praef. Nat. Hist. infra L. IX. 12. init. Curt. *Multam potius, quam longam vitam optandam.* Decessit prope nonagenarius. Euseb. 1989. & ibi Scaliger. PERIZON.

12. *Annis quibus saeculi tempus aequavit*] *Saeculum* Censorinus in lib. de die nat. duplex facit *naturale* & *civile*: & civile esse ait quod Romani centum annis definierint. Sic & Varro lib. V. de L. L. *Saeculum spatium centum annorum vocarunt.* VORST.

13. *Quam stilo*] De hoc Varrone Agellius lib. III. cap. 10. *Tum ibi addit, se quoque jam duodecimam annorum hebdomadam ingressum esse: & ad eum diem septuaginta hebdomadas librorum conscripsisse.* Cicero passim ejus doctrinam & industriam depraedicat. Augustinus cum alibi, tum lib. VI. cap. 2. de civit. Dei. Unici hujus etiam viventis imago posita est in bibliotheca, quae prima in orbe ab Asinio Pollione ex manubiis publicata Romae. Auctor Plin. l. VII. c. 30. COLER.

14. *Livius Drusus*] A Cicerone vocatur *C. Drusus.* Putat Pighius eum fuisse e Claudia Pulchrorum familia adoptatum in gentem Liviam,

lissimaque discere id cupientibus monumenta composuit. Nam ut senem
illum natura, [16] caecum fortuna facere potuit, ita neutra [17] interpellare
valuit, ne non animo & videret & vigeret.

[18] Publius vero senator, & Pontius Lupus eques Romanus, suis tem- 5.
poribus celebres caussarum actores, luminibus capti, eadem industria fo-
rensia stipendia executi sunt. Itaque frequentius etiam audiebantur, con-
currentibus aliis, quia ingenio eorum delectabantur; aliis, quia constantiam
admirabantur. [19] Namque alii eo incommodo perculsi secessum petunt,
duplicantque tenebras, [20] fortuitis voluntarias adjicientes.

Jam P. Crassus, cum in Asiam ad Aristonicum regem debellandum con- 6.
sul

viam, & matrem Tiberii Liviam hujus neptem fuisse. Vide ejus Ann. ad A. U. C. 623.

15. *Jus civile*] Mirum, hunc Livium inter Jureconsultos non fuisse relatum à Pomponio. COLER.

16. *Caecum fortuna*] Edd. praeter Mog. ad Pighium usque, *Et caecum fortuna.* Sed copulam omittunt MSS.

17. *Interpellare valuit, ne non animo & videret & vigeret*] *Interpellare* pro impedire. Brutus in ep. ad Cic. quae est decima lib. XI. *Interpellent me quo minus honoratus sim, dumne interpellent quo minus resp. à me commode administrari possit.* Porro *ne non* est pro *ne* & pro *quo minus*: quomodo & post verba timendi usurpatur. VORST.

18. *Publius vero senator, & Lucius Pontius eques Romanus*] Propria nomina, ut passim, ita & hic sunt corruptissima. In manuscriptis quatuor exemplaribus, *P. vero senator, & Lupus Pontius.* Sed qui solo praenomine cognosci senator ille poterit, cujus ne semel quidem antea meminerit? Sed ita temere detruncarunt auctorem hunc Librarii de reipsa parum soliciti. In Pulmanniano, *Paulus* appellatur, ex quo ad minus colligimus, ex Aemilia ipsum fuisse gente. PIGH. *Paullus vero senator & Pontius Lupus.* Ita Pighius è cod. Pulmann. Aldus ediderat *Publius vero senator & Lucius Pontius.* Codices item Brand. habent *Pontius*, & pro *Paullus* unicum P. quod idem & Pighius in quatuor codd. deprehendit. Non putat autem, legendum esse *Publius*: quia solo praenomine senator cognosci non potuerit. VORST. *Paullus vero senator. Paulli* in Romana Rep. non multi fuere, nec nisi illustrissimi viri. Forte *Publilius.* PERIZON. *Paullus* a Pighio est. Ceteri *Publius.* Mog. *C. Publius* vel *P.* exstat in aliquot MSS. Ultraj. sec. *T. Paulus* est in Leid. sex. *Lupus Pontius* in plerisque MSS. & Mog. non *Lucius.* Optime vero Illust. Bynkershoek hic *Publius* retinendum docuit, quum *Publium Caecum Nonii Asprenatis patrem* commemoret etiam Ulpianus, & de eo tradat, quae in hunc omnino conveniant. Vide Illust. Viri Observat. L. IV. 12.

19. *Namque alii incommodo perculsi secessum petunt*] Sed quonam incommodo non dicit. Legendum itaque; *Namque tali incommodo perculsi.* Sic enim in Campensi, in quo item sequenti verbo additur copula *sic*, *duplicantque tenebras.* PIGH. *Namque tali.* Lib. vetus unus: *Namque alii.* Non dubito legere; *Namque alii tali incommodo, secessum petunt, duplicant tenebras, fortuitis voluntarias adjicientes.* COLER. *Namque tali incommodo perculsi. Tali* rescripsit recte Pighius ex cod. Campensi. Alii habent *Namque alii incommodo perculsi.* Quod cum non satis plenum videtur, in uno cod. Brand. scriptum superius est *isto*; ut plene legatur *Alii incommodo isto perculsi.* VORST. *Namque alii* retinent MSS. omnes. Barb. prim. *eo incommodo.* Ultraj. *alio incommodo.* quod contractum videlicet est ex *alii eo.* & sic Mog. Cop. *incommodo isto.* Perizonius conjiciebat, *Nam alii, qui.* vel, *namque alii tali.* Restitui *namque alii eo*, quod mihi ad MSS. proxime accedere, & verisimillimum videbatur.

20. *Fortuitis voluntarias adjicientes*] Sic Mediol. & Ascens. Ceteri cum plerisque MSS. *Fortuitis voluntaria. Voluntarias* revocavit Colerus; & recte quidem. Id enim vult Auctor, illos duplicare tenebras, dum caecitati, quae casu illis contigit, addunt ultro alias tenebras, lucem hominum fugientes, & in ob-

Ann. urb. 622. Quintil. xi. 2. Cic. in Brut. ingenium, studium ac industriam ejus commendat.

ſul veniſſet, tanta cura Graecae linguae notitiam animo comprehendit, ut [21] eam in quinque diviſam genera per omnes partes ac numeros penitus cognoſceret. Quae res maximum ei ſociorum amorem conciliavit, qua quis eorum lingua apud tribunal illius poſtulaverat, [22] eadem decreta reddenti.

7. Cic. pro Roſc. & pro Arch. Macrob. Sat. III.

Ne Roſcius quidem ſubtrahatur ſcenicae induſtriae notiſſimum exemplum, qui nullum unquam ſpectanti populo geſtum, niſi quem domi meditatus fuerat, ponere auſus eſt. Quapropter non ludicra ars Roſcium; ſed [23] Roſcius ludicram artem commendavit: nec vulgi tantum favorem, verumetiam principum familiaritates amplexus eſt. Haec ſunt attenti, & anxii, & nunquam ceſſantis ſtudii praemia: propter quae tantorum virorum laudibus non impudenter ſe perſona hiſtrionis inſeruit.

EXTERNA.

1. Cic. de Or. I. Cic. de Div. II. Quint. I. II.

Graeca quoque induſtria, quoniam noſtrae multum profuit, quem meretur [24] fructum Latina lingua recipiat. Demoſthenes, cujus commemorato nomine, maximae eloquentiae conſummatio audientis animo oboritur, cum

obſcuro reliquam aetatem peragentes. His exemplis Perizonius addebat illud Cn. Aufidii apud Cic. L. v. Tuſc. Quaeſt. c. 39.

21. *Eam in quinque diviſam genera*] Intelligit ſine dubio dialectos Graecae linguae praecipuas; Atticam, Ionicam, Doricam, Aeolicam, & communem. Alii veteres tantum quatuor numerant; & rectius, ut videtur. Qua de re differentem vide Salmaſium pag. 151. de Helleniſt. VORST. Sic explicuerat etiam Aſcenſius.

22. *Eadem decreta reddenti*] Uterque Pariſ. Barb. prim. *eadem decreta reddendo.* ut ſaepe ſolet Valerius. Paullo ante *tribunal illius* reſtituit Pighius. & ſic MSS. vulgo *ejus.*

23. *Roſcius ludicram*] Feſtus Pompejus: *Roſcii appellari ſolent in arte aliqua perfecti; quod Roſcius Comoedus in arte ſua perfectus fuerit adeo, ut nihil ei deeſſet ad perfectionem.* De eo Cicero pro Archia & alibi. Plinus lib. VII. cap. 39. & cap. 3. COLER.

24. *Fructum Latinae linguae recipiat*] Lege omnino cum MSS. *Quem meretur fructum Latina lingua recipiat.* & ſic Aſcenſii Editio. Juſt. Praef. *Graeca Latina lingua legantur.* PERIZON. Sic omnes ſcripti & editi ante Pighium. *Graeca induſtria accipit fructum Latinâ linguâ,* dum illa hac commendatur.

25. *Expreſſius efferretur*] Multi *referretur*, ut vulgo ante Pighium. pauculi *proferretur.* Deinde aliquot etiam *lateris infirmitate defectus.*

26. *Multos verſus uno impetu ſpiritus complectebatur*] *Verſus* non intelligendi hic de oratione ligata; ſed de particulis orationis ſolutae. Quae autem, quantaeque particulae illae ſint, viri docti diſſentiunt. Vide Ind. in Nep. v. *verſus.* Pro *complectebatur* in codd. Brand. & vetere editione Mart. Herbip. eſt *complebat.* VORST. *Complebat* etiam complures MSS.

27. *Patientia duratis auribus in actionibus uteretur*] Verba *in actionibus* Winchelianus codex non habet. Itaque duplex eſt ejus loci lectio, haec ſcilicet Wincheliana. *Patientia duratis auribus uteretur*, non quidem contemnenda; verum altera non minus elegans, quae in codicibus omnibus dempto Wincheliano reperitur, *Patientia duratis actionibus uteretur.* Eſt autem actio ipſe oratorius geſtus, tam in pronunciatione, quam in motu corporis conſiſtens; atque ut ipſe Cicero in oratore definit, quaſi corporis totius quaedam eloquentia, cum conſtet è voce atque motu, quam in dicendo unam dominari affirmat libro III. de Oratore. Tales igitur ſuas

cum inter initia juventae, artis, quam affectabat, primam literam dicere non posset, oris sui vitium tanto studio expugnavit, ut ea à nullo [25] expressius efferretur. Deinde propter nimiam exilitatem acerbam auditu vocem suam exercitatione continua ad maturum & gratum auribus sonum perduxit. Lateris etiam firmitate defectus, quas corporis habitus vires negaverat, à labore mutuatus est. [26] Multos enim versus uno impetu spiritus complectebatur, eosque adversa loca celeri gradu scandens, pronuntiabat. Ac vadosis littoribus insistens declamationes fluctuum fragoribus obluctantibus edebat, ut ad fremitus concitatarum concionum [27] patientia duratis auribus in actionibus uteretur. Fertur quoque [28] ore insertis calculis multum ac diu loqui solitus, quo vacuum [29] promptius esset & solutius. [30] Proeliatus est cum rerum natura: & quidem victor abiit, malignitatem ejus pertinacissimo animi robore superando. Itaque alterum Demosthenem mater, alterum industria enixa est.

Plut. in vita.

Cic. de Fin. v. Quintil. x. 3.

Atque ut ad vetustiorem industriae actum transgrediar, Pythagoras [31] perfectissimum opus sapientiae à juventa pariter & omnis honestatis percipiendae cupiditatem ingressus ([32] nihil enim quod ad ultimum sui perventurum fi-

2. Laërt. in vita.

suas actiones Demosthenes patientia ac labore durare ac stabilire voluit, ut contra clamores ac fremitus obstrepentis populi constantes ac firmas haberet. PIGH. *Patientia duratis auribus in actionibus uteretur.* Ita Aldus & Chalcocondyles ediderant. Et est quoque ita in uno cod. Brand. At Pighius *τὸ in actionibus* expunxit, quod in uno cod. id non reperisset. Neque contemnenda ei videtur lectio hujus loci altera, quam in omnibus aliis codd. observavit, *Patientia duratis actionibus uteretur*; ut ipsae *actiones* duratae patientia à nostro dicantur. Ergo vel *in actionibus*, vel *auribus*, ille expungendum ratus est. Ego vero utrumque retinendum censeo. VORST. *Patientia duratis auribus uteretur.* MS. *Actionibus.* quomodo & Pigh. in plerisque invenit. Sensus est, *ut diceret orationes, ut peroraret duratus contra fremitus concionum. Actio* enim hic notat ipsum *perorandi actum.* Et multo concinnior est haec lectio, quam ea, quam Vorstius restituit; *duratis auribus in actionibus.* PERIZON. *Duratis actionibus uteretur.* Habet hoc Ultraj. sec. Barb. prim. Ed. Mog. reliqui MSS. *duratis auribus uteretur in actionibus.* Leid. sext. *durantibus.* Dura mihi videtur locutio, *uti duratis actionibus*, eo sensu, quo illud accepit Cl. Perizonius. Quare reliqui quod restituerat Vorstius, & multi comprobant scripti, nisi quod, ut indicavi, mutant ordinem. Paris. tert. *auribus actionibus.*

28. *Ore insertis calculis*] An *Ori?* Sic L. IX. 1. init. *Operi nostro inseratur.* L. IX. 7. 2. *Neque oportere clarissimae familiae ignotas sordes inseri.* PERIZON.

29. *Promptius esset & resolutius*] Sic quidem Pighius: sed MSS. & Edd. *solutius*, quod revocavi. Cic. in Brut. c. 20. *Solutus a natura ad dicendum & expeditus.*

30. *Proeliatus est cum rerum natura*] Sic emendavi secundum MSS. & Edd. omnes. Pighius dederat *contra rerum naturam.*

31. *Perfectissimum opus sapientiae a juventa pariter omnis honestatis percipiendae cupiditate ingressus*] Harl. *acumenta pariter.* Leid. sext. *argumenta.* Harl. *cupiditate.* MSS. undecim cum Edd. ante Pighium. *Et omnis honestatis.* Unde Cl. Perizonius legendum conjiciebat, *Et juventam pariter & omnis honestatis percipiendae cupiditatem ingressus.* Equidem conjunctionem & omnino abesse non posse judico, *Ingressus est pariter, & opus sapientiae, & cupiditatem omnis honestatis percipiendae*, & ad utrumque illud respiciens, dicit primum illum *commentarios Aegyptiorum scrutatum esse, siderumque motus,*

Cic. de fin. v. finem est, non & mature & celeriter incipit) Aegyptum petiit: ubi literis gentis ejus assuefactus, praeteriti aevi sacerdotum commentarios scrutatus, innumerabilium saeculorum observationes cognovit. Inde ad Persas profectus, magorum exactissimae prudentiae 33 se formandum tradidit; à quibus siderum motus cursusque stellarum, 34 & uniuscujusque vim, proprietatem & effectum benignissime demonstratum 35 docili animo hausit. Cretam deinde, & 36 Lacedaemona navigavit: quarum legibus & moribus inspectis, ad Olympicum certamen descendit. Cumque multiplicis

tus, & uniuscujusque rei proprietatem. &c. *didicisse*, quae omnia ad *opus sapientiae* pertinent. Deinde ait *Cretam* illum & *Lacedaemona navigasse & moribus ac legibus eorum inspectis*, quae pertinent ad *honestatem percipiendam.* Qui uterque populus laudatur tamquam ἐνομώτατος. Vide Aelian. Lib. 11. Var. Hist. c 22. Ed. Ven. utraque *a juventa peritus & omnis honestatis.*

32. *Nihil enim, quod ad ultimum sui finem perventurum est, non & mature & celeriter incipit*] Ed. Mog. *Nihil enim ad ultimum sui perventurum est finem, quod non & mature & celeriter incipit.* cum quo consentit Ultraj. sec. nisi quod ille habet *incepit* cum Harl. & tribus Leid. Ascensio, Aldo, ceterisque secutis usque ad Pighium. Deinde duo Paris. *ibi literis.* unus, *Et ibi.*

33. *Se formandum tradidit*] Leid. quint. *se ita formandum tradidit* quod videtur corruptum ex eo, quod est in Bit. prim. *se informandum tradidit.*

34. *Et uniuscujusque rei proprietatem & effectum*] Legendum ex libris manuscriptis, *Et uniuscujusque vim, proprietatem, & effectum.* Non enim uniuscujusque rei, sed syderis vel stellae vim, proprietatem & effectum à Magis didicisse Pythagoram scribit. PIGH. Confirmant MSS. nostri omnes.

35. *Docili animo sumpsit*] In Campensi & Pulmanniano, *scripsit.* male. in aliis *serpsit*; At in Cauchiano, & in Coloniensi, *Docili animo hausit.* In Wincheliano autem, *hausit*, vel *sorpsit.* Unde colligo unum alterius esse interpretamentum è glossis adjunctum. Utroque tamen verbo utitur metaphorice & Cicero, Philip. 11. *Quid eum non sorbere animo, quid non haurire cogitatione, cujus sanguinem non bibere censetis.* PIGH. *Docili animo hausit. Hausit* scripsit Pighius è codd. Cauchiano & Coloniensi. Aldus ediderat *sumpsit*: Chalcoc. & Martinus Herbip. *scripsit.* Sed & Pighius in quibusdam codd. reperit *scripsit*, vel *serpsit*, vel *sorpsit.* Codicum Brandenb. unus *scripsit*, alter manifeste *sorpsit* habet. Verbi *sorbere* metaphora illa usus & Cicero in Orat. 11 Philipp. dixitque itidem *animo sorbere.* VORST. *A quibus siderum motus & uniuscujusque vim & effectum benignissime demonstratum docili animo hausit.* Ultimam vocem Pighius ex duobus codd. sumpsit, cum in aliis omnibus esset, vel *scripsit*, vel *sorpsit.* Aldus edidit *sumpsit*, reliquae edd. vett. *scripsit.* videtur legendum *inscripsit*: hoc sensu, eum omnia tam diligenter didicisse, quasi animo suo stylo essent impressa. Certe τὸ *hausit* est ex Glossemate, neque si ita scripsisset Valerius tot variae & diversae illinc fuissent ortae lectiones. PERIZON. Ultraj. prim. Leid. quint. *sorpsit*, Ultraj. sec. Leid. prim. sec. sext. *scripsit.* Gudius cum ex codicibus sibi inspectis nihil notaverit, videntur illi habuisse *hausit.* Ed. Mog. & Med. *scripsit* exhibent. *sumpsit* vero jam ante Aldum fuit in Venetis Edd. Valde placet Perizonii *inscripsit.* Ter. And. 1. 5. 49.

Scripta illa dicta sunt in animo Chrysidis De Glycerio.

Interim tamen amat noster verbum *haurire* eo sensu. Vide supra L. VII. 2. Ext. 1.

36. *Lacedaemona navigavit*] Complures MSS. *Lacedaemoniam* exhibent cum Ed. Mog.

37. *Maximam toti Graeciae admirationem ac specimen exhibuisset*] Veteres libri habent: *Maxima totius Graeciae admiratione specimen exhibuisset.* PIGH. *Maxima totius Graeciae admiratione specimen exhib.* Ita Pighius è codd MSS. Et habet quoque ita unus cod. Brand. nisi quod post *maxima* adjectum est *inter omnes.* Alter habet, ut Aldus edidit, *maximam totius Graeciae admirationem & specimen.* VORST. Bit. prim. Leid. prim. quint. *Maximam inter omnes totius Graeciae admirationem ac specimen exhibuisset,*

cis scientiae [37] maxima totius Graeciae admiratione specimen exhibuisset, *quo cognomine censeretur* interrogatus, [38] *non se* σοφὸν (jam enim illud septem excellentes viri occupaverant) *sed* φιλόσοφον *esse* respondit. In Italiae etiam partem, quae tunc major Graecia appellabatur, perrexit; in qua plurimis & opulentissimis urbibus effectus suorum studiorum approbavit. [39] Cujus ardentem rogum plenis venerationis oculis Metapontus aspexit: oppidum Pythagorae, quam suorum cinerum, nobilius clariusve monumento. Pla-

Cic. Tusc. v.

Tusc. I. & v.

Cic. de fin. v.

set. Paris. tert. quart. Barb. prim. *maximam Graeciae admiratione ac specimen exhibuisset.* Ultraj. prim. *cum maxima inter omnes Graeciae admiratione specimen exhibuisset.* sec. *cum maxima totius Graeciae admiratione se specimen exhibuisset.* Ed. Mog. *cumque multiplicis scientiae cum maxima Graeciae admiratione se specimen exhibuisset.* Quod valde placet. Praebuit *Pythagoras se ipsum specimen scientiae multiplicis*, dum ostendit quam varia & multiplex in ipso esset scientia. Et solet sic noster saepe homines ipsos vocare *exempla & specimina virtutum*, quarum specimina exhibent. L. v. I. 10. *Quam praeclarum tributae humanitatis specimen Cn. Pompeius, quam miserabile desideratae idem evasit exemplum.*

38. *Non se sapientem (jam enim illud septem sapientes viri occupaverant) sed amatorem sapientiae, id est, Graece* Φιλόσοφον *edidit*] Locus turpiter sciolorum annotatiunculis maculatus, qui purior remansisse in Wincheliano & Coloniensi videtur, *Non se sophum (jam enim illud septem excellentes viri occupaverant) sed philosophum esse respondit.* PIGH. *Non se* σόφον. Scaevus aliquis Graeculus hunc locum interpolavit, ut opinor, ex Tusculanis Ciceronis. Ego scriptum à Valerio non dubito, ut in lib. Dan. offendi: *Interrogatus non se sapientem (jam enim illud septem excellentes viri usurpaverant) sed amatorem sapientiae dixit.* Augustinus etiam Philosophum interpretatus est *studiosum vel amatorem sapientiae* lib. VIII. cap. I. De Civit. Dei. *Itali quoque Philosophi, Pythagorae modestiam imitati Philosophos se appellari maluerunt, quam Sophos.* Seneca Epist. 90. *Dicam inter sapientiam & Philosophiam quid intersit. Sapientia perfectum bonum est mentis humanae: Philosophia sapientiae amor & adfectatio.* Aliquando tamen etiam Sophos & Sapientes dixerunt Romani, quos alias Philosophos. Idem Seneca: *Sapientia est, quam Graeci* Σοφίαν *vocant. Hoc verbo quoque Romani utebantur, sicut Philosophia nunc quoque utuntur. quod & togatae tibi antiquae probabunt & inscriptus Dosseni monumento titulus: Hospes resiste & Sophiam Dosseni lege.* Afranius: *Σοφίαν vocant me Graji, vos sapientiam.* Sempronius ille *Sophus* dictus non *Sapiens*. Contra Atilius & Laelius *Sapientes* non *Sophi*. COLER. *Non se* σοφόν. Ita restituit haec Pighius è duobus codd. in quibus quippe reperit, *Non se sophum (jam enim illud septem excellentes viri occupaverant) sed philosophum esse respondit.* Aldus ediderat, *Non se sapientem (jam enim illud septem sapientes viri occupaverant) sed amatorem sapientiae, id est, Graece* Φιλόσοφον *edidit.* Colerus non dubitat, quin Valerius ipsis Graecis vocibus neglectis scripserit, ut in cod. P. Dan. est, *Non se sapientem, sed amatorem sapientiae dixit.* VORST. *Quo cognomine censeretur interrogatus non se* σοφὸν *sed* φιλόσοφον *esse respondit.* MS. *Philosophon edidit.* Melius: id est, appellavit. PERIZON. Ut Aldus ediderat, exhibuerunt etiam Mog. & Mediol. nisi quod *excellentes viri* praeferunt, non *sapientes*; quod est ex Venetis Edd. & duobus MSS. Paris. cum reliqui fere *excellentes* retineant, quemadmodum etiam annotatiunculas illas, quas Pighius vocavit & expunxit, septem ex iis conservant. Ultraj. prim. addit etiam *nomen*, hoc modo. *Non se sapientem, jam enim illud septem excellentes viri nomen occupaverant, sed amatorem sapientiae, id est Graece Philosophon dixit. Edidit*; quod Perizonio placebat, est in Ultraj. sec. Barb. primo. Leid. sec. sext. & Edd. ante Pighium. Leid. quint. *dixit* cum Ultraj. primo. Annotaverat Perizonius videndum Quintil. L. XII. Inst. I. *Nam & Pythagoras non sapientem se, ut qui ante eum fuerunt, sed studiosum sapientiae vocari voluit.* item haec. *Sophus* Phaedrus L. III. 15. L. IV. 16. Sic *Phili* apud Petronium. legunt quidam aliter, sed male. sic *Panurgus*, apud Fest. in *Numero*.

39. *Cujus ardentem rogum plenum venerationis oculis Metapontus aspexit, operum Pythagorae* *quam*

3. Plato autem patriam Athenas, [40] praeceptorem Socratem sortitus, & locum & hominem doctrinae fertilissimum; ingenii quoque divina instructus abundantia; cum omnium jam mortalium sapientissimus haberetur, eo quidem usque, ut si ipse Jupiter coelo descendisset, nec elegantiore, nec beatiore facundia usurus videretur: Aegyptum peragravit, [41] dum à sacerdotibus ejus gentis Geometriae multiplices numeros, atque [42] coelestium observationum rationem percipit. Quoque tempore [43] à studiosis juvenibus certatim Athenae Platonem doctorem quaerentibus petebantur, ipse [44] Nili fluminis inexplicabiles ripas, [45] vastissimosque campos, effusam barbariem,

Laërt. in vita.
Cic. in Bruto c. 31.
Cic. de fin. v. 29.

quam suorum cinerum nobilius clariusve monumentum] Correctius haec in libris manuscriptis, maxime in Susiano; *Cujus ardentem rogum plenis venerationis oculis Metapontus aspexit, oppidum Pythagorae quam suorum cinerum nobilius clariusve monumento.* PIGH. *Plenis venerationis oculis* legit etiam Ascensius. Reliqui *plenum* retinent cum undecim MSS. pro *operum*. Mog. & Med. cum Ven. & MSS. plerisque *opidum*. item omnes fere MSS. *Monumentum*. pro *cinerum*, uterque Paris. Barb. prim. Copes. *civium*, quomodo legendum videbatur Guyeto. Barb. sec. *cinerum*, al' *civium*. Sed *cineres Pythagorae*, quum peregrini essent Metaponti, videtur *suos cineres*, i. e. cineres civium suorum, Pythagorae cineribus opposuisse, ut pergat ad rogum ejus alludere. Quare emendationem Pighianam hic non improbaverim, exhibentis *monumento* Nam ut ipsum *oppidum* dicat *monumentum Pythagorae*, id durius est, quam ut admitti possit. Id igitur vult plus celebritatis habere Metapontum ex monumento Pythagorae, quam ullius civium suorum.

40. *Praeceptorem Socratem*] Pauculi, *Et praeceptorem Socratem*. Leid. sec. *Patria Athenas, praeceptore Socratem sortitus.* idem. *Ingenii divina instructus sapientia.*

41. *Dum a sacerdotibus*] Vulgo ante Pighium legebatur, *ubi a sacerdotibus* &c. *percepit*. Sed Ven. & Mediol. *dum a sacerdotibus &c. percepit*. Mog. *dum autem a sacerdotibus percipit.* Guyetus *dum* explicat *asinque* i. e. *ut*. Gudius legit, *perciperet*, idque ipsam Latinitatem postulare judicat. Vide Epist. ejus secundam ad Menagium. ut satis intelligas ipsum quoque *dum* explicuisse per *ut*. Sed quid vetat ita accipere, *peragravit Aegyptum dum percipit*, i. e. *dum dat operam percipiendo?* certe *percipit* vel *percepit* habent plerique MSS. nullus *perciperet*.

42. *Coelestium observationum rationem*] Ita rectius editum à Colero, quam Aldus & hunc secutus Pighius ediderat, *Coel observationem rationum*. Martinus quoque Herbip. edidit *Coel. observationum rationes*. Codicum Band. unus Aldinae, alter Martini Herbip. editioni consonat. VORST. Copes. *Geometriae multiplices numeros coelestium observationa rationum percipit*, & sic Harl. uterque Paris. Bit. & Barb. primi. Ultraj. sec. *observationum rationes*. & Mog. Sed prim. *observationem rationum* cum vulgatis. reliqui videntur confirmare *observationum rationem*.

43. *A studiosis juvenibus*] Vocem posteriorem omittit Leid. quint.

44. *Nili fluminis*] Hinc multa de Nilo inspersit suis operibus apis illa Attica, & apud Strabonem dicit Nilum [illegible] ἀποτελεῖν. De hujus fluminis miraculis & Cicero poëma fecerat, quod Nilum inscripserat, teste Capitolino in Gordianis. COLER.

45. *Vastissimosque campos effusam barbariem*] An legendum *Vastissimoque campo effusam barbariem?* i. e. aquas Aethiopicas ex Aethiopia in Aegypti campum i. e. planiciem Δέλτα effusas. Lucan. L. 2.

Non minor hic Nilo, si non per plana jacentis
Aegypti Libycas Nilus stagnaret arenas.

GUYET.

Nihili hoc est. per *vastissimos campos* intelligit potius deserta Libyae Aegypti contermina, & per *effusam barbariem*, vicinos ei barbaros longe lateque ibi patentes & sese effundentes, ut illos invisisse etiam ipsum indicet, dum studiorum caussa lustrabat Aegyptum. Perizonius adscripsit haec. Gronovius annotat, *locus vitiatus*. & ipse conjicit. F. *effusorum marium*, vel, *effusam arenam*. in Collationibus cum Ed. Duacensi video etiam adscriptum,

le-

riem, & [46] flexuosos fossarum ambitus, Aegyptiorum senum discipulus lustrabat. Quo minus miror eum [47] in Italiam transgressum, ut ab Archyta Tarenti, [48] à Timaeo & Arione & Echecrate Locris, Pythagorae praecepta & instituta acciperet. [49] Tanta enim vis, tanta copia literarum undique colligenda erat, ut invicem per totum terrarum orbem dispergi & dilatari posset. Altero etiam & octogesimo anno decedens, [50] sub capite Sophronis mimos habuisse fertur. sic ne extrema quidem ejus hora agitatione studii vacua fuit.

Cic. Catone & de fin. v.

Quintil. 11. 17. Laërt. in vita. Suidas.

At

locus vitiatus. ut forsse hac a Gronovio fuerint profectae.

46. *Flexuosos fossarum*] Strabo τ͂ διεζύγων ϗ τ͂ παραχωμάτων. COLER.

47. *In Italiam transgressum*] Laërtius. Cic. de senect. Idem de Repub. *Sed audisse te credo, tum vero Platonem Socrate mortuo primum in Aegyptum discendi causa, post in Italiam contendisse.* COLER. Edidit Pighius, *miror eum in Italiam transgressum.* sed pronomen *eum*, video abesse a novem MSS. & Edd. omnibus praeter Mog.

48. *A Timaeo, & Arione, & Caeto Locris praecepta Pythagorae acciperet*] Theodorus Canterus amicus meus, & harum artium diligentissimus, per epistolam me monuit, repperisse se in veteri libro, *Arione* & *Ethecrate.* ex quo apposite facit, *Echecrate.* Nam Caeti Pythagoraei mentio nusquam, nec in Jamblichi quidem Catalogo. At Echecratis etiam Cicero meminit v. De Finibus, ubi paene haec ipsa Valeriana: *Cur ad reliquos Pythagoraeos, Echecratem, Timaeum, Arionem Locros,* &c. LIPS. *Arione & Caeto.* Legendum: *Arione & Echecrate*, quod Lipsium monuit doctissimus Theodorus Canterus: Echecratis illius meminit Cic. lib. v. de Finib. COLER. *A Timaeo, & Arione & Echecrate Locris. Echecrate* legendum esse, non ut Aldus & hunc secutus Pighius edidere *Caeto*, Lipsium monuit Theod. Canterus; quod in vetere libro reperisset *Ethecrate*; quodque *Caeti* Pythagoraei mentio nusquam fiat; *Echecratis* vero & Cicero mentionem faciat in lib. v. de Fin. ubi eadem de re agit, his verbis, *Cur ad reliquos Pythagoraeos, Echecratem, Timaeum, Arionem Locros.* Veram lectionem apud Valerium confirmat & unus cod. Brand. ut qui & ipse *Ethecrate* habet. Sed & quod in altero apparet *Chete* propius ad veram lectionem accedit quam quod Aldus & Pighius edidere. VORST. Lege *Echecrate* cum Cantero. PERIZON. MS. Basil. teste Klokkio habet, *a Timaeo, Arione & Chete Locris praecepta Pythagorae acciperet.* proxime ad verum accedit Bitur. prim. exhibens *Ethecrate*, & Ultraj. prim. *Etheocrate.* sec. *& ceteris.* Cop. *eteris.* alii fere *& cete. Echecrate* probat etiam Davisius, sed qui insuper pro *Arione* legit *Acrione*, ad Cic. L. 1. Tusc. Quaest. c. 17. Apud Jamblichum in Catalogo Pythagoraeorum memoratur *Echecrates* Tarentinus alter, & alter Phliasius. Adiit Plato, credo, Tarentinum; Phliasii autem diserta mentio fit a Platone ipso in init. Phaedonis, ubi Echecratem de morte Socratis interrogantem introducit, & dicentem. Ἡδέως γδ ἂν ἀκύσαιμι. Καὶ γδ ὔτε τ͂ πολιτῶν Φλιασίων ὐδεὶς πάνυ τι ἐπιχωριάζει τανυῦ Ἀθήναζε, ὔτέ, τις ξένος ἀφῖκ) χρόνυ συχνῦ ἐκεῖθεν, ὅςις ἂν σαφές τι ἀγγεῖλαι οἷός τ' ἦ περὶ τύτων, πλήνγε δὴ ὅτι φάρμακον πιὼν ἀποθάνοι. *Acriona* inter Pythagoraeos non *Ariona* recenset etiam Joh. Jonsius Hist. Phil. L. 1. cap. 14.

49. *Tanta enim vis, tanta copia literarum undique colligenda erat, ut invicem per totum terrarum orbem dispergi & dilatari posset*] Hoc est, Platoni undique colligenda erat tanta literarum copia, ut invicem eam iterum posset dispergere per totum orbem. MS. ut *in lucem per &c.* id est, ut dilatari & extendi posset in lucem totius terrarum orbis. praefero tamen vulgatam. PERIZON.

50. *Sub capite Sophronis numeros habuisse fertur*] Lege, *Sophronis mimos*, quemadmodum est in Atrebatensi, & Wincheliano aliisque. Fuit enim mimographus Sophron, velut testantur Diogenes Laërtius in vita Platonis & Suidas. PIGH. *Sub capite Sophronis mimos habuisse fertur.* Antiquiores typis expressi, *Sophronis numeros.* Sed Pighius ex MSS. scripsit *mimos*; praesertim quod & ex Laërtii vita Platonis constet, Sophronem fuisse mimographum. Unus quoque cod. Brand. manifeste *mimos* habet. VORST. *Mimos* diserte Ultraj. sec.

4. Aelian. V. H. iv. 20. At Democritus, cum divitiis censeri posset, quae tantae fuerunt, [51] ut pater ejus Xerxis exercitui [52] epulum dare ex facili potuerit, [53] quo magis vacuo animo studiis literarum esset operatus, parva admodum summa retenta, patrimonium suum [54] patriae donavit. Athenis autem compluribus annis moratus, omnia temporum momenta ad percipiendam & exercendam doctrinam conferens, ignotus illi urbi vixit: quod ipse in quodam volumine testatur. Stupet mens admiratione tantae industriae, & jam transit alio:

5. Cic. Acad. i. Carneades laboriosus & diuturnus sapientiae miles. [55] siquidem nonaginta expletis annis, idem illi vivendi ac philosophandi finis fuit. Ita se mirificum doctrinae operibus addixerat, ut, [56] cum cibi capiendi caussa recubuisset, co-

sec. Barb. prim. Paris. quart. duo Leid. Ultraj. prim. *minos.* nonnulli *nuos.* Paris. tert. *numeros.* Sed in ipso nomine *Sophronis* nonnihil variant MSS. Recte vero omnino *Sophronis mimos.* Quintil. L. i. Inst. 10. *Cum Sophron ostendit, mimorum quidem scriptor, sed quem Plato adeo probavit, ut suppositos capiti libros ejus, cum moreretur, habuisse credatur.* Vide quae de illo ibi notarunt Viri Docti.

51. *Ut pater ejus Xerxis exercitui epulum dare ex facili potuerit*] Diogenes Laërtius in vita Democriti Lib. ix. n. 34. ex Herodoto refert patrem Democriti Regem Xerxem hospitio excepisse, quo nostrum respicere ad eum locum notavit Celeb. Menagius. Sed recte notavit P. Baelius, immane quantum interesse, inter *Regem hospitio excipere, & tanto ejus exercitui epulum dare.* vide eum in n. A. ad Art. *Democriti.*

52. *Epulum dare facile potuerit*] Manuscripti codices, *ex facili* habent. Sic etiam Plinius libro iii. *Eorundem cinis exesis dentibus injectus; ex facili eos cadere cogit*, id est, prompte & sine molestia. PIGH. *Ex facili* praeferunt etiam MSS. nostri. Exempla dabit J. Wasse ad Sall. B. Cat. c. 27. Adde nostrum L. iv. 8. 1. *Quo proni studii certius indicium est supra vires niti, quam viribus ex facili uti.*

53. *Quo magis vacuo animo studiis literarum esset operatus*] *Esset operatus* pro *operaretur.* Contra *reciperent* pro *recepissent* supra vii. 3. 6. & *sedendum foret* pro *sedendum fuisset* vii. 4. 5. Vide & Notas ad ea loca. VORST. *Quo magis vacuo animo studiis literarum esset operatus, patrimonium suum patriae donavit.* Vorstius exponit, *esset operatus* pro *operaretur.* Sed similia adhuc desidero exempla. Interim malim transponere hoc ita. *Quo m. v. a. esset stud. lit. operatus patriae &c.* vel emendare *operaturus*, similiter dictum putat Vorstius quod reperitur ix. 3 ext. 3. *servaret se, cum primum potuisset acerrimum hostem futurum.* Sed mihi plane diversa videntur. PERIZON. MSS. nihil mutant. Placet tamen Perizonii *operaturus.*

54. *Patriae donavit*] Imo *fratribus*, si fides Aeliano. PERIZON. Mog. cum quibusdam MSS. *retenta summa.* Aliquot etiam *quampluribus.* item *quod ipse quodam volumine.* deleto, *in.*

55. *Siquidem nonaginta expletis annis*] Vide Petav. Rat. Temp. L. iv. p. 206. PERIZON. *Siquidem* delet Paris. quart. Pro *mirificum.* Harl. Leid. prim. quint. Ultraj. prim. *mirifice* Sic *cupida fovit* pro *cupide* in quibusdam MSS. L. vii. 6. 2. & alibi adjectiva pro adverbiis posuit.

56. *Cum cibi capiendi caussa*] Simile de Nicia pictore refert Aelian. V. H. L. iii. 31. ubi vide Schefferum. PERIZON.

57. *Sed eum Melissa, quam uxoris loco habebat, temperato inter studia non interpellandi, sed inediae succurrendi officio dexteram suam necessariis usibus aptabat*] *Eum* possis referre ad interpellandi, sed quia sequitur *dexteram suam* legendum omnino puto, *Ei.* Melissa aptabat ei suam ipsius dexteram in necessarios cibum capiendi usus. PERIZON. *Eum* retinent scripti codices, sed Bit. Barb. Leid. prim. & sext. *dextera sua* unde licet conjicere legendum *eam*, scil. *manum Carneadis*; quod bene convenire videtur cum sequentibus, *necessariis usibus aptabat.* Recte

cogitationibus inhaerens, manum ad mensam porrigere oblivisceretur. [57] Sed cum Melissa, quam uxoris loco habebat, [58] temperato inter studia non interpellandi, sed inediae succurrendi, officio, dexteram suam necessariis usibus aptabat. Ergo animo tantummodo vita fruebatur; corpore vero quasi alieno & supervacuo circumdatus erat. Idem cum Chrysippo disputaturus, [59] helleboro se ante purgabat, ad exprimendum ingenium suum attentius, & illius refellendum acrius: quas potiones industria solidae laudis cupidis [60] efficit appetendas. Plin. xxv. 5. Gell. xvii. 15.

Quali porro studio Anaxagoram flagrasse credimus? qui [61] cum è diutina peregrinatione patriam repetisset, possessionesque desertas vidisset, [62] *Non essem*, inquit, *ego salvus, nisi istae periissent.* [63] Vocem petitae sapientiae com- 6. Plat. Hippia majore. Laërt. Aelian. V. H. L. viii. 13.

cte enim *dextra alterius ab altero necessariis usibus aptari* videtur dici, cujus dextra mensae ab altero admovetur, vel potius, cum alter subinde, ut cibum capiat & manum ad mensam porrigat, admonetur. Ed. Mog. cum uno MS. *suis necessariis usibus.*

58. *Temperato inter studia animo*] Vox *animo* plane rejicienda est, à ludimagistro aliquo inepte assuta; quae item exulat è libris veteribus. PIGH. Exulat ista vox etiam a nostris. Recte. Perizonius dubitavit, an legendum esset *officia*, ut *temperato* absolute sit dictum. Sed mihi hoc videtur non necesse; & abnuunt MSS.

59. *Helleboro se*] Hoc factitasse eum, cum Zenone disputaturum scribit Agellius Idem sentit Plinius. Lapsus Valerii memoria est. Vel vitae tempora quam diversa lege utriusque vitam apud Diogenem. Varro Sesquiulysse: *Alteram viam deformasse Carneadem virtutis se cupis acris aceti.* lego: *è cupis acris aceti.* Varro non *elleborum*, sed *acetum* facit purgamen Carneadis, quod alii Pythagorae adscribunt, alii Chrysippo Fulgentius in Continentia Virgiliana *Elleborum* Chrysippo tribuit:

Ego vero Chrysippi ellebori rancidulo acore postposito. COLER.

Cum Chrysippo disputaturus. Plinius xxv. 5. Carneadem *helleboro* se purgasse, cum libris Zenonis respondere vellet, scribit. Tantundem & Gellius xvii. 15. habet. Et videtur hic rursus *μνημονικὸν ἁμάρτημα* esse nostri. Nam & tempora vitae Carneadis & Chrysippi discrepant, ut ex utriusque vita, quam Diogenes Laertius scripsit, apparet. VORST. Si error est, inde natus est, quod etiam contra Chrysippum scripsit, unde celebre illius dictum *εἰ μὴ γὰρ ἦν Χρύσιππος οὐκ ἂν ἦν ἐγώ.* Ad quem locum vide Menagium. Sed confer omnino etiam P. Baelium in dict. Hist. Crit. in V. *Carneade*, ad lit. E. ubi bene defendit Jonsium observantem alios perperam Chrysippo tribuere, quasi ille se helleboro purgaverit.

60. *Efficit appetendas*] Ante Pighium legebatur *effecit appetendas* quod est in quinque MSS. in nonnullis deest *cupidis.*

61. *Cum è diutina peregrinatione patriam repetisset*] Antiquiores typis expressi, *post diutinam peregrinationem.* Pro quo Pighius scripsit *è diutina peregrinatione*; credo, quod in codd. MSS. ita reperisset. Codicum Brand. unus hanc, alter illam lectionem comprobat. Ceterum *e* & *ex* pro *post* usurpari notum est. Livius Lib. iii. *Relatis quibusdam ex magno intervallo caerimoniis.* Caesar i. de B. C. *Provinciam ex praetura habuerat.* VORST. *Post diutinam peregrinationem.* Est hoc in Bit. prim. Leid. quint. Ultraj. prim. Sed Leid. sext. habet, ut edidit Pighius. reliqui delent praepositionem *e.* cum Mog.

62. *Non essem, inquit, ego salvus, nisi istae periissent*] Paris. tert. *Non essem, inquit, salvus, nisi istae periissent.* & sic Copes. & Ultraj. prim. nisi quod pro *istae* habet *ista.* Tum omnes fere *perissent* contracte exhibent, ut nonnulli in fine *redisset.*

63. *Vocem petitae sapientiae compotem*] MSS. quatuor, *o vocem*, sed vide supra L. iii. 7. 5.

64. *Nam si praediorum potius, quam ingenii culturae vacasset, dominus rei familiaris inter penates mansisset, nec tantus Anaxagoras ad eos redisset*] Rectius MS. *Non tantus Anaxagoras.* sic enim major in iis est oppositio, quam voluit Auctor. PERIZON. Rescripsi quod pro-

compotem. [64] Nam, si praediorum potius, quam ingenii culturae vacasset, dominus rei familiaris intra penates mansisset, non tantus Anaxagoras ad eos rediisset.

7. Archimedis quoque fructuosam industriam fuisse dicerem, nisi eadem illi & dedisset vitam, & abstulisset. Captis enim Syracusis, Marcellus [65] machinationibus ejus multum ac diu victoriam suam inhibitam senserat. Eximia tamen hominis prudentia delectatus, ut capiti illius parceretur, edixit, [66] pene tantum gloriae in Archimede servato, [67] quantum in oppressis Syracusis, reponens. At is, dum [68] animo & oculis in terram defixis formas describit, militi, qui praedandi gratia domum irruperat, strictoque super caput gladio, *quisnam esset*, interrogabat, propter nimiam cupiditatem investigandi quod requirebat, nomen suum indicare non potuit; sed protracto manibus pulvere, [69] *Noli* inquit, *obsecro*, *istum disturbare:* ac perinde qua-

Ann. urb. 541. Cic. de fin. v. & Verr. vi. Livius xxv. Plut. Marcell.

probabat Cl. Perizonius & clanculum contra MSS. nostrorum & olim typis expressorum auctoritatem mutarat Pighius. Ultraj. prim. *Ad nos redisset.* Ceterum Barnesius citans hunc locum, exhibet, *Nam si praediorum potius &c.* & in margine notat, se ita legere, non *praesidiorum*, quod male hactenus obtinuit. Ut Britannicas quasdam editiones hoc videatur invasisse; nam quas ego vidi *praediorum* exhibent. vide eum in vita Euripidis p. xi. n. 13.

65. *Machinationibus ejus*] Praeter ceteros vide Plin. lib. vii. Silium lib. xiv. COLER.

66. *Pene tantum gloriae in Archimede servato, quantum in oppressis &c.*] Pro *quantum* MS. Cop. scribit, *quam.* Et solet hoc aliquando & respondere antecedenti *tantum.* De quo vide J. Fr. Gronovium ad Liv. L. xxvi. 1. *Non ab ira tantum, quae in nullam umquam civitatem justior fuit, quam quod urbs tam nobilis & potens &c.*

67. *Quantum in oppressis Syracusis hostis reponens*] Libri manuscripti vocem *hostis* non habent, & abesse potest. PIGH. *Hostis* adest in solis Ultraj. prim. Leid. sec. & quart. ac Bit. prim. Ceteri omittunt cum Mog.

68. *Animo & oculis in terram defixis*] MSS. octo, *In terra defixis* & sic Ed. Mog.

69. *Noli, inquit, obsecro istum circulum disturbare*] Dictio *circulum* ex glossemate item irrepsit in contextum, ut scripti libri demonstrant. Formas metricas traxisse eum in pulvere scribunt Livius, & Plutarchus; non determinate circulos. PIGH. *Noli, obsecro, istum disturbare.* Aldus ediderat, *Noli obs. istum circulum disturbare.* Sed Pighius circulum expunxit, quod in MSS. id non appareat. Abest quoque ab uno cod. Brand. Referendum autem *istum*, ad pulverem de quo praedixit: in quo, ut Livius & Plutarchus scribunt, formas metricas, non speciatim circulos, traxit. VORST. MS. habet *prostracto* idest *prostrato*, pro simplici enim *t* saepissime scriptum erat *ct.* Sed vulgatam praefero, nisi malis, *Monstrato manibus pulvere*, & sic melius intelligitur, quod absolute sequitur *istum*, nempe, *pulverem.* ex. 8. *Et quantula Socrati accessio ista futura scientiae erat.* Malim ut in MSto *Socratis*, & *quantula accessio scientiae Socratis erat futura ista ars.* paulo post MS. habet. *ad addiscendum.* PERIZON. *Protracto* tuentur MSS. e quibus septem servant *istum circulum.* Harl. *istud.* ut paulo ante *ista perissent.* non habita ratione nominis praecedentis. Klokkius legebat, *sed protractis a pulvere manibus.* Deinde Bit. prim. *negligens imperium.* Quatuor delent *suae.*

70. *Et quantula Socrati accessio ista futura scientiae erat*] Perizonius nota proxima è MS. Copes. emendabat *Socratis*, quod invenio in octo aliis. Sed nihilo deterius est, quod exstat in Ultraj. sec. & Ed. Mog. *Sed quantula Socrati accessio illa futura scientia erat?* nonnulli, *cum illa futura scientia erat.* an pro *tum?* nempe *sera jam aetate.*

71. *Vilissimum elementum*] Pudendo errore Oliverius hic *Vilissimum* legit pro *utilissimum*, ex-

quasi negligens imperii victoris, obtruncatus, sanguine suo artis suae lineamenta confudit. Quo accidit, ut propter idem studium modo donaretur vita, modo spoliaretur.

Socratem etiam constat aetate provectum fidibus tractandis operam dare coepisse, satius judicantem ejus artis usum sero, quam nunquam percipere. 70 Et quantula Socrati accessio ista futura scientiae erat? sed pertinax hominis industria, tantis doctrinae suae divitiis etiam Musicae rationis 71 vilissimum elementum accedere voluit. Ergo dum ad discendum semper 72 se pauperem credidit, ad docendum fecit se locupletissimum. 8. Plato Euthyd. Cic. Paeto. Jo. Sarisb. VIII.

Atque ut longae & felicis industriae quasi in unum acervum exempla redigimus, Isocrates nobilissimum librum, qui inscribitur Παναθηναϊκὸς, quartum & nonagesimum annum agens, ita 73 ut ipse significat, composuit, opus ardentis spiritus plenum. Ex quo apparet, senescentibus membris eruditorum, intus animos industriae beneficio florem juventae retinere. 74 Neque 9. Cic. Catone.

exponens Musicen earum rerum esse, quae sunt interioris & materiae levioris: recte ergo dixit *vilissimum elementum.* Si Oliverius auctoris mentem attendere voluisset, qui Socratis industriam laudare vult, quod post omnium Philosophiae partium acquisitionem, Musicen tanquam colophonem omnium adjungere non neglexerit, non ita ineptivisset, sed credo Musices suavitatem illi parum notam fuisse. GLAREAN. *Utilissimum elementum.* Retraho vocem marginalem *vilissimum elementum*, quam & lib. Dan. habet. Quota enim Musicae pars, fidibus ludere? COLER. *Musicae rationis vilissimum elementum.* Aldus & hunc secutus Pighius ediderant, *Mus. rat. utilissimum elementum.* At Colerus legendum putat *vilissimum*; quod ut diversam lectionem Pighius, in margine notaverat: quod in cod. P. Dan. id repererit, & fidibus canere vilissima Musicae pars sit. Et sane *vilissimum* uterque etiam cod. Brand habet. VORST. *Vilissimum elementum.* Recte puto. Thysius nescio unde habet *utilissimum.* Est magna incuria, quae fraudi fuit Guyeto, ut ad eam editionem notaret legendum sibi videri *inutilissimum.* Perperam *elementum* explicuit Guyetus μετὰ τὴν *studium.* Horat.

Restat ut his ego me ipse regam, solerque elementis. GUDIUS.

Utilissimum dederat Pighius & alii. Sed *vilissimum* omnes fere MSS. praeferunt cum Ed. Mog. Ven. Mediol.

72. *Se pauperem credidit*] MSS. quinque hîc delent, *se*; quinque alii contra omittunt postea ante *locupletissimum.*

73. *Ut ipse significat*] Sic primus edidit Pighius, quum antea legeretur, *Ita ut ipse significat*, quod undecim confirmant MSS. Porro παναθηναϊκὸς in MSS. partim deerat, loco vacuo relicto, quod etiam factum in Ed. Mog. partim scriptum erat notis, quas assequi vix quisquam plane possit, in iis certe, quos ego vidi. Παναθηναϊκὸν tamen recte scribi apparet ex ipsis Isocratis verbis non longe ab initio. Ἤρξάμην γὰρ οὐκ ἁρμόττειν, ὅτε τοῖς ἔτεσιν τοῖς ἐνενήκοντα καὶ τέσσαρσιν, ὧν ἐγὼ τυγχάνω γεγονώς, καθ' ὅλως τοῖς ἤδη πολίαις ἔχουσιν, ἐκεῖνον τὸν τρόπον ἔτι λέγειν.

74. *Neque hoc stylo terminos vitae suae clausit*] *Stylus* pro ipsa scriptione. Vult igitur, Isocratem non statim decessisse, cum librum illum scripsisset; sed aliquandiu adhuc superfuisse. VORST.

75. *Admirationis ejus fructum quinquennio percepit*] Ipsum librum Isocratis *admirationem* vocat; quod homines illum ut à grandaevo scriptum & summa tamen sapientia refertum admirarentur. Sic & quod amamus, *amor*, & quod odio prosequimur, *odium*, & de quo gaudemus, *gaudium* dicitur. Porro *quinquennio* est pro *quinquennium*; eaque voce significatur, quanto tempore post scriptum librum istum superstes fuerit, suaeque industriae fructum ceperit. Cicero Cat. M. *Eum librum qui*

que hoc stylo terminos vitae suae clausit. namque [75] admirationis ejus fructum [76] quinquennio percepit.

10. Laërtius. Lucianus. Macrobius. Suidas. [77] Citerioris aetatis metas, sed non parvi tamen spatii, Chrysippi vivacitas flexit. nam [78] octogesimo anno coeptum, undequadragesimum λογικῶν exactissimae subtilitatis volumen reliquit. Cujus studium in tradendis ingenii sui monimentis tantum operae laborisque sustinuit, ut ad ea, quae scripsit, penitus cognoscenda, longa vita sit opus.

11. Cic. Acad. I. Laërt. Lucian. Suidas. Te quoque, Cleanthe, [79] tam laboriose haurientem, & tam pertinaciter tradentem sapientiam, numen ipsius industriae suspexit, cum adolescentem, [80] quaestu extrahendae aquae nocturno tempore inopiam tuam sustentantem, diurno [81] Chrysippi praeceptis percipiendis vacantem, eundemque [82] ad undecentesimum annum attenta cura erudientem auditores tuos, vide-

qui Panathenaicus dicitur, quarto & nonagesimo anno scripsisse dicitur, vixitque quinquennium postea. VORST. Inepte Vorstius exponit *admirationem* ipsum librum; ut *amor* ponitur pro *amica*. PERIZON.

76. *Quinquennio percepit*] Octavum & nonagesimum annum illum implevisse tradidit Quintil L. III. Inst. c. I. PERIZON.

77. *Citerioris aetatis metas*] Ita legere malo, quam ut Pighius, Colerus & Thysius edidere, *citeriores aetatis metas*. Habet ita uterque cod. Brand. MS. & antiquiores typis expressi. Ait igitur, citerioris quidem aetatis, sed non parvi spatii tamen metas vivacitatem Chrysippi flexisse, id est, Chrysippum non tot quidem annos vixisse, quot Isocrates vixit; sed satis multos tamen & ipsum vixisse. *Citerior aetas* idem quod *brevior*. *Meta* hic pro termino seu fine; & *metas flectere* pro ad terminum & ad finem pervenire; idque per metaphoram. Proprie enim *metas flectere* dicebantur, qui in certamine Olympico, cum ad metam pervenissent, circa eam currum flectebant. VORST. *Citerioris*. Habent omnes quas vidi Edd. & MSS. Cop. uterque Ultraj. cum aliquot Leid. de ceteris nihil possum adfirmare.

78. *Octogesimo anno coeptum*] Atqui septuaginta tres vixisse tantum scribunt Laërtius & Suidas. CORRAD. *Coeptum ante quadragesimum λογικῶν*. Melius in veteribus libris: *Coeptum undequadragesimum*. De Chrysippi libris, vide quae Diogenes Laertius. PIGH. *Nam octogesimo anno coeptum, undequadragesimum λογικῶν exactiss. subtilit. volumen reliquit* Ita quidem informavit ista Pighius; cum editum ante ab Aldo esset *ante quadragesimum*. Quid igitur ista sibi volunt? An sensus erit, Chrysippum reliquisse volumen λογικῶν undequadragesimum; ipsumque hoc undequadragesimum volumen anno aetatis Chrysippi octogesimo fuisse coeptum? Atqui non est verisimile de solo undequadragesimo volumine Chrysippi Valerium aliquid dicere voluisse. Quod Aldus edidit sic, *Octogesimo anno coeptum ante quadragesimum λογικῶν volumen reliquit*, τὸ *quadragesimum* non ad numerum libri, sed ad annum aetatis Chrysippi pertinet. Quod quidem & concinnius videtur. Sed pro *ante quadragesimum* tamen legendum puto non *undequadragesimum*, ut Pighius volebat, sed *undequadragesimo*. Et ad hunc modum in uno cod. Brand. manifeste scriptum, *Octogesimo anno, coeptum quadragesimo, λογικῶν volumen reliquit*. VORST. *Nam octogesimo anno coeptum unde quadragesimum λογικῶν exactissimae subtilitatis volumen reliquit*. Sic & MS. nisi quod *volumen* omisit. Et recte videtur ita Pighius constituisse, melius certe quam Vorstius legens, *unde quadragesimo* nempe *anno*. Cui enim credibile fieri potest, hominem, qui tam multa scripsit, *ut ad ea penitus cognoscenda longa vita sit opus*, librum unum plus quadraginta annis ante coepisse, quam absolverit? Quia vero tam multa scripsit, non male hoc ipsius undequadragesimum volumen vocat. Nisi forte longa vita opus ad ea cognoscenda, quia nimis docte & obscure scripta. De multitudine scriptorum Chrysippi vide auctorem vitae Persii & Dion. Cassium in fine Lib. LXII. PERIZON. Plus septingentos libros eum scri-

deret. Duplici enim labore unius saeculi spatium occupasti, incertum reddendo discipulusne an praeceptor esses laudabilior.

Sophocles quoque gloriosum cum rerum natura certamen habuit; [83] tam benigne mirifica illi opera sua exhibendo, quam illa operibus ejus tempora liberaliter subministrando. Prope enim centesimum annum attigit, sub ipsum transitum ad mortem Oedipode Coloneo scripto. Qua sola fabula omnium ejusdem studii poëtarum [84] praeripere gloriam potuit. [85] Idque ignotum esse posteris [86] filius Sophoclis Iophon noluit, sepulcro patris, quae retuli, insculpendo. 12.

Cic. Catone. Infra IX. 12. 5. Lucian. Macrob.

Simonides vero poëta *octogesimo anno &* [87] *docuisse se carmina & in eorum certamen descendisse* ipse gloriatur. nec fuit iniquum, illum voluptatem ex ingenio suo diu percipere, cum eam omni aevo fruendam traditurus esset. 13.

Vix. an. 89. Suidas.

[88] Jam

scripsisse testatur Laërtius. Ceterum MSS. Harl. Bit. prim. Leid. sec. habent *ante quadragesimo.* quint. & sext. *antequadragesimum.* tert sept. Ultraj. uterque & Ed. Mog. *unde quadragesimo. undequadragesimum* equidem praetulerit. Id velle videtur librum τῶν λογικῶν coeptum anno octogesimo perduxisse tamen eum ad undequadragesimum volumen. ut in Copes. ita etiam in Paris. tertio deerat, *volumen.*

79. *Tam laboriose haurientem*] Alludit ad τὸ φρεάντλης. GUYET.

80. *Quaestu aeque exhauriendae*] Οἱ ὑδροφορῶντες erant vilissimi & sordidissimi homines. Aelian. V.H. L. IX. 17. PERIZON.

81. *Chrysippi praeceptis percipiendis vacantem*] Observavit jam dudum Oliverius Diog. Laërt. *Chrysippum Cleanthis discipulum* facere, contra quam faciat Valerius. Et quemadmodum Diogenes ita Lucian. quoque Cleanthem Zenonis discipulum dicit fuisse, in Μακροβίοις p. 640. Ed. Salm. Perizonius jubet videre Simson. Chron. ad A. 3741.

82. *Ad centesimum*] Contra scribit Cicero Acad. lib. II. & Suidas. COLER. *Ad undecentesimum annum.* Harl. *Abunde centesimum.* Barb. prim. *ad unum centesimum.* Leid sext. *ad quartum & centesimum.* Lucian. loco citato. Ἐννέα καὶ ἐνενήκοντα ἔτος γεγονὼς ἔτη

83. *Tam benigne mirifica illi opera sua exhibendo*] Ita legendum videtur; & habent ita veteres typis expressi Chalcocondylae & Martini Herbip. At Aldus edidit sic, *Tam benigne mirifica opera illa sua exhibendo:* eumque Pighius & alii sunt secuti. Verum *illi* legendum esse vel vox *exhibendo* ostendit, quippe quae vocem dativi casus omnino requirit. VORST. *Tam benigne mirifica illi opera sua exhibendo.* Sic Mediol. & Ascens. Sed Mog. *Tam benigne mirifica illa opera sua exhibendo.* Ven. Aldus & ceteri, *tam benigne ille mirifica opera sua exhibendo. Benigne illa mirifica* est in MSS. quatuor. Sed Leid. quart. *benigne mirifica illi.* quod bene restituisse Vorstium Perizonius monebat. Postea *Coloneo* in quibusdam MSS. deest, in aliis videtur Graece scriptum fuisse.

84. *Praeripere gloriam*] Antigonam & Electram prae ceteris laudat Dioscorides Poëta Epigrammatarius. Laërtius: Συνεπλήρωσεν τὴν τραγῳδίαν. COLER.

85. *Idque ignotum posteris*] Forte, *Id quod ignotum posteris?* PERIZON.

86. *Filius Sophoclis noluit Sophon*] Legendum *Filius Sophoclis Iophon noluit.* Ita eum appellat Suidas, Ἰοφῶν (inquit) Ἀθηναῖος τραγικὸς, υἱὸς Σοφοκλέους τοῦ τραγῳδοποιοῦ γνήσιος ἀπὸ Νικοστράτης. Astipulatur Suidae Laërtius. PIGH. *Filius Sophoclis Iophon.* Nomen istud filii Sophoclis restituit Pighius ex Laërtio & Suida. Quorum hic ita: Ἰοφῶν Ἀθηναῖος τραγικὸς, υἱὸς Σοφοκλέους τοῦ τραγῳδοποιοῦ γνήσιος ἀπὸ Νικοστράτης. Ceterum libri tam MSS. quam typis expressi habent *Filius Sophoclis Sophon* VORST. *Sophon* etiam est in MSS. nostris, constanti errore.

87. *Docuisse se carmina*] *Se* deest in Cop. Ultraj. sec. Paris. tert. & Ed. Mog.

88. *Jam Solon*] Sic Pighius: Priores *Nam* ediderant, quod est in plurimis MSS. nonnulli tamen *jam* habent, ut solent haec

14. Cic. Catone. Plat. Laert. & de rep. VII.

[88] Jam Solon quanta induſtria flagraverit, & verſibus complexus eſt, quibus ſignificat [89] ſe quotidie aliquid addiſcentem ſeneſcere, [90] & ſupremo vitae die confirmavit. [91] qui aſſidentibus amicis & quadam de re ſermonem inter ſe conferentibus, [92] fatis jam preſſum caput erexit; interrogatuſque, *quapropter id feciſſet*, reſpondit: *Ut cum iſtud, quicquid eſt*, [93] *de quo diſputatis, percepero*, [94] *moriar*. Migraſſet profecto ex hominibus inertia, ſi eo animo vitam ingrederentur, quo eam Solon egreſſus eſt.

15. Cic. Catone VII. Plut. & Nep. in vita.

Quam porro [95] induſtrius Themiſtocles, qui maximarum rerum cura diſtrictus, [96] omnium tamen civium ſuorum nomina memoria comprehendit, [97] per

ſubinde confundi, & antea monuimus.

89. *Se quotidie*] Verſum illum Solonium ſpectant haec:

Αἰεὶ γηράσκω πολλὰ διδασκόμενος. COLER.

90. *Et ſupremo vitae die confirmavit*] Barb. prim. *ſummo die vitae*.

91. *Quum aſſidentibus amicis*] A Pighio hoc eſt. Edd. vetuſtiores praeferunt, *quod aſſidentibus*. & ſic uterque Ultraj. & Leid. quint. & ſext. ſed Harl. Pariſ. tert. *qui aſſiſtentibus*. Pariſ. quart. Bit. Barb. prim. *qui aſſidentibus*. Leid. prim. *quia aſſidentibus*. reliqui *quum aſſidentibus*. Deinde *ſermonem* omittit Leid. ſext.

92. *Fatis jam preſſum caput erigeret*] Pighius *erigeret* edidit pro *erexit*, ut ipſe editum invenerat, & noſtri certe MSS. confirmant. Sed hoc faciendum ei videbatur, ut melius reſponderet τῷ, *quum*, pro quo, ut plerique habent MSS. *qui* malui & repoſui.

93. *De quo jam diſputatis*] *Jam* praeter omnem neceſſitatem, & contra MSS. & vetuſtiorum Editionum auctoritatem atque exemplum a Pighio inſerctum expellendum putavi.

94. *Moriar*] Aliter narrat haec Aelian. apud Stob. COLER. *Si eo animo vitam ingrederemur, quo eam Solon egreſſus eſt*. MS. *Si eo animo vitam ingrederentur, quo Solon egreſſus eſt*, recte quod *eam* omiſit. PERIZON. *Eam* Noſtri retinent. Quamquam facile quoque paterer, ſi abeſſet. Sed undecim exhibent cum omnibus Pighio antiquioribus *ingrederentur*. Quod cur ferri non potuit?

95. *Induſtrius*] Pariſ. tert. *Induſtrioſus*. Barb. ſec. *induſtrioſius*.

96. *Omnium tamen civium ſuorum nomina memoriter comprehendit*] Similiter Spartian. de Hadriano cap. 20. *Nomina plurimis ſine nomenclatore reddidit, quae ſemel & congeſta ſimul audiverat, ut nomenclatores ſaepius errantes emendaverit. Dixit & veteranorum nomina quos aliquando dimiſerat*. PERIZON.

97. *Per ſummam namque iniquitatem patria pulſus*] In manuſcriptis, *Per ſummamque iniquitatem*. Recte nam copula requiritur, non cauſalis, ut Grammatice loquar. PIGH. *Namque* eſt in Harl pauculi, *per ſummam iniquitatem*. reliqui, cum Mog *per ſummamque iniquitatem*. Harl. & Leid. quart. *qui per ſummam*.

98. *Priuſquam in conſpectum ejus veniret*] Codices Brand *in conſpectu*. Nec aliter veteres typis expreſſi Chalcoc. & Mart. Herbip. Nec novum id eſt, motum ad locum caſu etiam ſexto deſignari; ut contra motus in loco caſu etiam quarto deſignatur. VORST. *In conſpectu* equidem reperi in MSS. tredecim & Mog. Ed.

99. *Perſico ſermoni*] Cuique genti ſua lingua in pretio. Hinc nota: animos exterorum haud facile devinciri, niſi vinculo illo humanae ſocietatis, lingua dico conciliatrice. COLER. *Perſico ſermoni ſe aſſuefecit*. MSS. tredecim *Perſico ſermone ſe aſſuefecit*. Caeſ. L. IV. B. Gal. I. *Quod a pueris nullo officio aut diſciplina aſſuefacti nihil omnino contra voluntatem faciant*. Similiter etiam *adſuetus* cum ſexto caſu jungitur. Conſule, quos citat Cl. Duker. ad Flor. L. I. I. 7. Quare hic MSS. ſequi malui.

100. *Ut labore parta commendatione*] Sic MSS. Ed. Mog. & Mediol. Aldina 1534. ſed duae priores 1512, & 1514. cum utraque Ven. & Colinaeo, *ut laborem parta commendatione*. Unde Aſcenſ. *per laborem parta commendatione*, quod ſecuti ſunt Gryphii, & Rob. Stephanus. Pighius *labore parta commendatione*, reſtituit.

1. *Sonum vocis adhiberet*] Leid. ſec. ſext. Pariſ tert. *Sonum vocis exhiberet* Sed *adhibere*, frequens ſatis pro praebere, exhibere, Curt. L. IX. 2 25. *Vos modo animos mihi plenos alacritatis & fiduciae adhibete*. Plin.

L. I.

97 per summamque iniquitatem patria pulsus, & ad Xerxem, quem paullo ante devicerat, confugere coactus, 98 prius quam in conspectum ejus venire, 99 Persico sermone se assuefecit: 100 ut labore parta commendatione, regiis auribus familiarem & assuetum 1 sonum vocis adhiberet. Quintil. L. XI. Inst. 2.

Cujus utriusque industriae laudem duo reges partiti sunt; 2 Cyrus omnium militum suorum nomina, Mithridates duarum & viginti gentium, quae sub regno ejus erant, 3 linguas ediscendo. Ille, ut sine monitore exercitum salutaret: hic ut eos quibus imperabat, sine interprete alloqui posset. 16. Plin VII. 24. Quint. XI. 24. Solinus. Gell. XVII. 17. Ammian. XVI.

L. I. Epist. 12. *Adhibe solatia mihi.*

2. *Cyrum omnium militum suorum nomina*] Parum credibile hoc; quamvis & Plinius tantundem habeat. Sufficit si τὰ ὑφ' αὑτὸν ἡγεμόνων τὰ ὀνόματα sciverit: id quod ex Xenophontis Cyrop. lib. V. colligi videtur. Fuit autem Cyrus minor. VORST. Vide omnino Muret. L. III. Var. Lect. I. PERIZON. ubi observat idem, quod hic Vorstius dicit, vir ille Eruditissimus. Sed non, ut per supinum errorem, illud Cyro minori tribuat, ut bonus Vorstius facit, quem credas Κυροπαιδείαν Xenophontis numquam inspexisse, cum ibi de Cyro minore agi credit. Locus Xenophontis est Lib. V p. 132. Ed. Paris. Ceterum idem quoque notaverat Brodaeus Lib. IX. Misc. c. 23.

3. *Linguas ediscendo*] MSS. tres. *Addiscendo.* Klokkius pro *sine monitore* legit, *sine nomenclatore.* Sed sic quoque Plinium loqui in Paneg. c. 23. *Quod equestris ordinis decora honore nominum sine monitore signares*, Perizonius notabat. *Sine interprete.* Similia de Cleopatra refert Plutarch. in Antonio p. 676. PERIZON.

CAPUT VIII.

DE OTIO LAUDATO.

IN ROMANIS.	IN EXTERNIS.
1. *P. Aemiliano & C. Laelio.*	1. *Socrate Atheniensi.*
2. *Q. Mucio Scaevola Augure.*	2. *Achille Homerico.*

1 Otium, quod industriae & studio maxime contrarium videtur, praecipue subnecti debet: 2 non quo evanescit virtus; sed quo recreatur.

1. *Otium quod industriae, & studio maxime contrarium videtur, praecipue subnecti debet*] In Cauchiano, Coloniensi aliisque, *Et maxime studio contrarium videtur, subnecti breviter debet.* PIGH. *Otium, quod industriae & studio maxime contrarium videtur, praecipue subnecti debet.* Ita legendum sine dubio: non ut Pighius ex quibusdam codd. scripsit, *Otium industriae & maxime studio contr. videtur, subnecti breviter debet.* Habent ita antiquiores typis expressi omnes, & Brandeb. MSS. Recte habet quod *industriae & studio maxime contrarium otium videri* scribit. Recte item, quod *industriae & studio praecipue otium subnecti debere* addit. VORST. Confirmant hoc codd. nostri, e quibus tamen unus atque item alter habent, *quod praecipue industriae & studio maxime contrarium videtur subnecti debet.*

tur. [3] Alterum enim etiam inertibus vitandum: alterum ſtrenuis quoque interdum appetendum eſt. Illis, [4] ne proprie vitam inertem exigant: his ut tempeſtiva laboris intermiſſione ad laborandum fiant vegetiores.

1\. Par verae amicitiae clariſſimum Scipio & Laelius, cum amoris vinculo, tum etiam omnium virtutum inter ſe juncti ſocietate, ut actuoſae vitae iter aequali gradu exequebantur, [5] ita animi quoque remiſſioni communiter acquieſcebant. Conſtat namque eos Cajetae & Laurenti [6] vagos littoribus conchulas & calculos lectitaſſe: idque ſe [7] L. Craſſus ex ſocero ſuo [8] Q. Scae-

Cic. de Or. II. Horat. II. Sat. I.

2\. *Non quo evaneſcit virtus, ſed quo recreatur*] An ſcribendum? *Non quo evaneſcat virtus, ſed quo recreetur.* GUYET.

3\. *Alterum enim etiam*] In aliquot MSS. deeſt *enim*.

4\. *Ne proprie vitam inertem exigant*] Vox *proprie*, abeſt in Wincheliano, Colonienſi & Cauchiano, in quibus ita, *Ne vitam enervem exigant.* PIGH. *Vitam enervem*] Nam ut ait Euſebius Σῶμα ἀργὶη τήκει. COLER. *Illis ne proprie vitam inertem exigant.* Ita Aldus ediderat. Nec multum diſcrepant editiones Mart. Herbip. & Chalcoc. Tantum enim pro *proprie* habent *propriam.* At Pighius *proprie* plane expunxit; proque *inertem* ſcripſit *enervem*: quod in tribus codd. ita reperiſſet. Verum ſive *proprie*, ſive *propriam* ſcribatur, ſatis commoda vox eſt. Notum enim *proprium* & pro *perpetuo* poni: qua de re & ſupra alicubi monuimus. Codicum Brand. uterque habet *proprie*; & pro *inertem* unus *enervam.* VORST. Leid. prim. ſext. ſept. *Ne propriae vitae inertiam exigant.* ſec *Ne proprie vita inhertia transigant.* Harl. uterque Pariſ. *Ne prope vitam inertem exigant.* Cop. Ultraj. prim. *ne proprie vitam inertem tranſigant.* Sed Ultraj. *inervem* habet pro *inertem.* Ultraj. ſec. Barb. prim. Mog. Ed. *ne propriam vitam inertem exigant.* Bit. prim *ne prope vitam enervem erigant.* Leid. quint. *ne propriam vitam enervem exigant.* Ed. Mediol. Aſcenſ. *ne propriam vitam inertem exigant.* Ven. Ald. Colin. *ne proprie vitam inertem exigant.* Gryph. Steph. *ne prope vitam inertem exigant.* Equidem fateor me non intelligere totum hoc, *Alterum vitandum eſt inertibus, ne proprie vitam inertem tranſigant.* Et *proprie* ita poſitum pro *perpetuo* accipi poſſe, nemini, credo, Vorſtius perſuaſerit. Placet magis, *Ne proprie vitam enervem exigant*, i. e. *ne exigant vitam, quae proprio nomine enervis vocanda ſit*, non *iners* tantum. Eſt enim plus *enervis*, quam, *iners*. Sen. Thyeſt. 126.

> *Ignave, iners, enervis, & (quod maximum*
> *Probrum tyranno ſummis in rebus reor)*
> *Inulte.*

Et credibilius eſt *enervem*, in *inertem* a librariis mutatum eſſe quam contra. de uſu vocis *proprie* hac ſignificatione, vide quae infra habet Perizon. L. VIII. 9. 2.

5\. *Ita animi quoque remiſſioni communiter acquieſcebant*] MSS. *remiſſione* Hoc eſt, In remiſſione animi, quando animum remittebant. ſic VIII. 13. ext. 1. *ſenectute* pro in ſenectute. Sed & VIII. 9. ext. 2. *oratione* pro orationi. PERIZON.

6\. *Vagas littoribus conchulas & calculos lectitaſſe*] In Wincheliano, *conchulas & umbilicos.* Nec male meo judicio, nam altera vox hujus eſt gloſſema perperam inſertum contextui Valeriano. Librarii non intelligentes vocabulum, ejus loco interpretationem ſcribere maluerunt. Deſumptum enim ex Cicerone hoc exemplum, qui de Orat. lib. II. ait, *Ita ſolet narrare Scaevula conchas eos & umbilicos ad Cajetam & Lucrinum legere conſueviſſe Umbilicos* a forma vocat parvos ac rotundos calculos in littore ſparſos. Si credendum collegii Atrebatenſis exemplari, Valerius *non umbilicos*, ſed *oleliſcos* dixit; atque ab obelorum ſimilitudine ſic appellaſſe videtur teretes & oblongos lapillos, non ſe[illegible]s ac rotundos Cicero *umbilicos.* Quae lectio non minus arridet, quam Wincheliana. Diſcrepant in nominandis locis hi auctores, niſi in alterutro ſit error, *Cajetam* & *Laurentum* prodit Valerius: pro *Laurento Lucrinum* Cicero. Qui locus *Cajetae* vicinior eſt. PIGH. *Et umbilicos.* Lib. Dan. *obilicos.* Edit. Venet. *calculos.* Sed vera omnino lectio vulgata: Umbilici ſunt calculi quidam nitidiores. unde & libros olim iis decorabantur. Martialis lib. I.

> *Nec umbilicis cultus atque membrana.*

Et

[8] Q. Scaevola, qui gener Laelii fuit, audisse saepenumero praedicavit.

[9] Scaevola autem quietae remissionis eorum certissimus testis, optime pila lusisse traditur: quia videlicet ad hoc [10] diverticulum animum suum forensibus ministeriis fatigatum, transferre solebat. [11] Alveo quoque & calculis vacasse interdum dicitur; cum bene ac diu jura civium, & caerimonias Deorum ordinasset. [12] ut enim in rebus seriis Scaevolam, ita in scurrilibus lusibus hominem agebat: quem rerum natura continui laboris patientem esse non sinit. 2.

Ex-

Et alibi passim Plinius ubi de margaritis: *Et aliis convenit non oportere perforare quorum sit absoluta bonitas, umbilicis statim ex auro capita capientibus.* COLER. *Cajetae & Laurenti vagas littoribus conchulas & umbilicos lectitasse.* Antiquiores editiones pro *umbilicos* habent *calculos.* Sed Pighius pro *calculos* scripsit *umbilicos*; quod in cod. Wincheliano id reperisset. Et confirmatur lectio haec eo, quod Cicero lib. II. de Orat. eadem de re agens scribit: *Ita solet narrare Scaevola, conchas eos & umbilicos ad Cajetam & Lucrinum legere consuevisse.* Ceterum *umbilicos* Pighius & Colerus putant parvos & rotundos calculos esse, à forma ita dictos. At Schottus lib. III. Observ. c. 21. & Buchnerus ad Lexicon Fabri cochleae marinae speciem esse existimant. VORST. *Constat namque eos Cajetae & Laurenti vagas littoribus conchulas lectitasse.* Conchulae jacebant in sicco littore, nec enim ingrediebantur aquam, ut eas lectitarent. Quomodo ergo *conchulae* poterant *vagae* dici. Lege omnino cum cod. Copes. *vagos*; ipsi enim vagabantur per littora quaerendo conchulas. PERIZON. Primum *Vagos* invenio in omnibus Edd. & MSS. septem. tum in solo Leid. quinto est *umbilicos.* ceteri cum omnibus Edd. habent *& calculos.*

7. *P. Crassus*] Non P. sed *L. Crassus* Q. Scaevolae gener fuit, ut ex Ciceronis Lib. I. de Oratore, & ex libro de claris oratoribus plane colligitur. GLAREAN. *P. Crassus*, *Lucius* dicebatur non *Publius.* CORRAD. Nempe Edd. antiquae. *P.* exhibent, & sic MSS.

8. *Q. Scaevolae*] Vereor ne ponat Q. pro P. qui id fecisse dicitur lib. I. de Orat. cum Q. sit testis remissionis. CORRAD.

9. *Scaevola*] Confundit hic Auctor duos Scaevolas. Fuit enim hic Pontifex, ut & patet cum dicit, *eum cermonias Deorum ordinasse*, & tamen hunc *Augurem* facit *Laelii generum*, *L. Crassi socerum.* vide Cic. de Amic. cap. I. De Scaevola & ejus memoria in lusu duodecim scruporum vide Quintil. L. XI. cap. 2. & Paul. Colomesium p. 272. PERIZON.

10. *Diverticulum*] *Avocamentum* dicit Plin. in Paneg. c. 82. PERIZON.

11. *Aleae quoque & calculis vacasse interdum dicitur*] In Campensi, Gemblacensi, Wincheliano, & Atrebatensi melius; *Alveo quoque & calculis.* Nam alea inhonesta est. PIGH. *Alveo quoque & calculis vacasse. Alveo* scripsit Pighius è quatuor codd. cum Aldus & alii edidissent *aleae.* Codices Brand. id quod Pighius rescripsit confirmant. VORST. MSS. Septem *aleis quoque* Ultraj. sec. Leid. tert. quart. Mog. *aleae.* Leid. sext. *balneo.* sec. *alea.* sed quint. *Alveo.* Cic. de Senect. cap. 16. *Nobis senibus ex lusionibus multis talos relinquant & tesseras.* Quod quantum distat ab *alea*? Suetonius certe in Augusto. cap. 72. jungit *talos jacere & ferum aleatorium calfacere.* Quare *aleae* damnare vix ausim.

12. *Ut enim in rebus seriis Scaevolam; ita & in scurrilibus lusibus hominem agebat*] Quomodo? *scurrilibus* ne *lusibus* delectabatur Scaevola vir gravissimus? Sane suspectus est locus. Scripti libri quinque *in scenis lusibus* produnt. Pulmannianus, *insenis.* Conjice lector quid esse velit. Forte legendum, *inseriis lusibus*, id est, non seriis. Adfuit interpres, qui *puerilibus* explanavit, quod deinde mutatum in, *scurrilibus.* PIGH. *Scurrilibus.* Liber Dan. *Sceais.* alii: *scenis lusibus.* Nescio quid inde exsculpam COLER *In scurrilibus lusibus hominem agebat.* Ita veteres typis expressi, & unus item MS. Brandeb. Alter pro *in scurrilibus* habet *in scenis*; sed ita ut initio videatur scriptum fuisse *in scenibus.* Sed & Pighius in aliquot codd. invenit *in scenis lusibus*; & in uno *insenis.* Unde ille conjicit legendum esse *inseriis lusibus*; ut *inseriis* sit pro *non seriis.*

Externa.

I. Equitare in arundine longa. Hor. II. Sat. 3. Aelian. V. H. XII. 15. Sarisb. VIII. 12.

Idque vidit, cui nulla pars sapientiae obscura fuit, Socrates: ideoque non erubuit tunc, cum interposita arundine cruribus suis, cum parvulis filiolis ludens [13] ab Alcibiade risus est.

2. Homerus quoque, ingenii coelestis vates, non aliud sensit, vehementissimis

riis. Liber P. Dan. ut Colerus testatur, habet *in scaeis lusibus.* Satis apparet, *scurrilibus* minime genuinum, proque eo aliud legendum esse. Janus Rutgersius legendum putat *in senilibus lusibus*, vel *in senis*, aut *in senii lusibus*: quia, ut Sidonius dicat, alea senum oblectamentum, ut pila juvenum. Vide lib. II. Var. lect. c. 12. Et sane conjectura illa prior juvatur eo, quod in uno cod. Brandeb. initio ut dixi, scriptum fuit: *in scenibus.* VORST. *ut enim in rebus seriis Scaevolam, ita in scurrilibus lusibus hominem agebat, quem rerum natura continui laboris patientem esse non sinit.* Locus fere conclamatus, & sane aperte corruptus. *Scurrile* est ex putida glossa ortum. Propiorem genuinae lectionis esse putem vocem, quam habent alii codd. *in scaenis*, vel *scenis.* Ex quo mihi levi sane mutatione legendum videtur, *ita in caenis & lusibus hominem agebat.* sane *in coenis non Scaevolam agebat*; *sed hominem*, aeque ac in lusibus. & *in coenis* aeque assiduus hominum labor aliquantum interrumpitur. Dices nihil praecessisse *de coenis.* Fateor sane, & eam corruptionis caussam esse censeo, dum alii *scenis* alii *senis*, alii epitheton inde formarunt. Verum ponit aliquando auctor in epilogo Exempli, de quo nihil praecessit, sed quod convenit cum ea re, quam dixit. Accedit, quod hi lusus fere continuo a coena aut inter coenam ludebantur, excepta tamen pila. Commode igitur conjungit *coenas* & *lusus*; quia in *coena* praecipue, haud dubie iis solebant indulgere, *alveo* nempe *& calculis.* Quod si legas cum Rutgersio *senilibus lusibus*, qui ad eos referre possis pilam non video, quae sane non erat praecipue senum delectatio. Cic. de Senect. c. 16. *Habeant sibi juvenes pilam clavam* &c. *nobis senibus relinquant talos & tesseras.* Pro Archia. Quantum *alii tribuunt tempestivis conviviis, quantum denique aleae, quantum pilae.* De Scurra vide Cic. pro Cluent. c. 14. sic infra VIII. 14. ext. 2. clausulam corruperunt librarii, dum volunt ad argumentum exempli eam formari, inserendo *gloriae.* Paulo ante, dicit *Scaevola autem quietae remissionis eorum certissimus testis.* Suspectum hic τὸ *quietae.* cur enim quieta illa remissio cum vagarentur in littore, conchas quaerentes; illa potius quieta remissio dici potuit ludentium alea & alveo. Forte, *qui ante remiss. &c.* idest priore in exemplo. vel *quiet rem. eor.* PERIZON. Klokkius proxime ad Pighianos libros legit *in sanis lusibus.* Amplissimus van Bynkershoek varie quoque in hoc loco fluctuavit, modo dubitans an *scurriles lusus* omnes lusus dici possent respectu Scaevolae, Viri Gravissimi, & vel Auguris, vel Pontificis. tum an *scurriles* possent accipi pro *jocularibus:* etiam an emendari posset, *sterilibus*, vel *futilibus.* Sed nihil horum quum satis placeret, propius accedere existimat, si legatur, *turrilibus:* ut *lusus turrilis*, sit lusus alvei, ita dictus a *turri* sive *Pyrgo*, quomodo promiscue veteres vocabant vasculum illud, e quo tali & tesserae ejiciebantur in alveum. Dan. Souterius de Aleatoribus cap. 17. dicit Pontanum legisse, *in Serotinis lusibus.* ideo quod in libris Anglicanis invenerat *Serois.* Scriverius emendabat, *in Heroicis*, vel *in Herois.* ipse Souterius videtur potius τὸ *scurrilibus* pro Glossemate expunxisse, nec necessarium judicare, ut τὸ *lusibus* additum sit epitheton. E quibus quisque probet, quod voluerit. Mihi nec *Heroici*, nec *Serotini lusus* hic placent. *Turriles lusus*, vereor etiam ut ullo alio loco probari possint, ut & ipsum epitheton *turrilis.* MSS. nostri habent Paris. tert. Barb. & Bit. primi, Leid. prim. sec. tert. Ultraj. sec. *Ita in scurrilibus lusibus.* quint. & sext. *in scurrilibus laxibus.* Ult. prim. *in scenibus.* Harl. Leid. quart. *in scenis.* Mihi maxime arridet Rutgersii conjectura, *In senilibus lusibus.* Nam quod Cl. Perizonius ait, se videre non posse, qui ad eos referri possit pila, quae non sit senum oblectatio. Id verum est quodammodo; sed potuit ita Valerius respexisse tantum ad alveum & calculos, quibus quod & Scaevola vacaverit, hoc modo

mis Achillis manibus canoras fides aptando; ut earum militare robur leni pacis ſtudio relaxaret. Iliade. Ovidius.

do velut excuſatum it, quod ſint *luſus ſeniles*, quibus plures ſenes oblectentur, in quibusque adeo hominem egerit Scaevola. Nam *pilae luſus* nulla apud Romanos excuſatione opus habet, cum fuerit etiam inter exercitationes campeſtres. Horat. Art. poët. v. 380.

Ludere qui neſcit campeſtribus abſtinet armis,
Indoctusque pilae, diſcive trochive quieſcit.

& hinc Cic. de Sen. c. 16. *Arma, equos, haſtas, clavam, pilam, nationes, curſus*, conjunxit, quod his omnibus juventus in campo exerceri ſolebat.

13. *Ab Alcibiade riſus eſt*] Lege *viſus eſt.* Credibile eſt Alcibiadem inopinanti ſuperveniſſe. PERIZON. MSS. quatuor, *deriſus eſt.*

CAPUT IX.

DE VI ELOQUENTIAE.

IN ROMANIS.

1. *M. Valerio Max. dict.*
2. *M. Antonio oratore.*
3. *C. Aurelio Cotta.*

IN EXTERNIS.

1. *Piſiſtrato Athenienſi.*
2. *Pericle Athenienſi.*
3. *Hegeſia Cyrenaico.*

Potentiam vero eloquentiae etſi plurimum valere animadvertimus, tamen ſub propriis exemplis, quo ſcilicet vires ejus teſtatiores fiant, recognoſci convenit.

Regibus exactis, plebs diſſidens à patribus, juxta ripam fluminis Anienis in colle, qui *Sacer* appellatur, armata conſedit. Eratque non ſolum deformis, ſed etiam miſerrimus reipublicae ſtatus; à capite ejus cetera parte corporis peſtifera ſeditione diviſa. [1] Ac ni Valerii ſubveniſſet eloquentia, ſpes tanti imperii in ipſo pene ortu ſuo corruiſſet. Is namque populum nova & inſolita libertate temere gaudentem, oratione ad meliora & ſaniora conſilia revocatum, ſenatui ſubjecit, id eſt, [2] urbem urbi junxit. [3] Ver-

1. Ann. urb. 259. Livius II. Dionyſ. x. Plut. Pomp. Zonaras.

1. *Ac ni Valerii ſubveniſſet eloquentia*] Livius lib. 2. eandem rem narrans *Menenium Agrippam* vocat, qui miſſus orator ad plebem fuerit. Quod noſter *Valerium* vocat, ei occaſionem dedit, quod eodem tempore & *Valerius* quidam vixit: qui & dictator creatus fuit. Vide Livium II. 30. VORST.

2. *Urbem urbi junxit*] Nam plebe à ſenatu ſeparata, gemina quaedam civitatis facies apparet. Hinc Varro ſane quam eleganter ejuſmodi civitatem *bicipitem* appellat lib. IV. de vita pop. Rom. *In ſpem adducebat non plus ſoluturos, quam vellent, iniquus equeſtri ordini judicia tradidit, ac bicipitem civitatem fecit, diſcordiarum civilium fontem.* COLER. In quatuor Leid. & Barb. prim. omittitur, *id eſt.* Ultraj. ſec. *idem*, & ſic Ed. Mog.

3. *Verbis ergo facundis ira, conſternatio & arma ceſſerunt*] MS. omittit copulam nihil ſane deterius vulgata. & ſic Aſcenſii editio. Sic. VIII. 10. 3. *Teſtibus, chirographis, quaeſtionibus.* PERIZON. Omittitur copula etiam in noſtris duodecim, & Pighio vetuſtioribus Edd. itaque delevi.

[3] Verbis ergo facundis ira, consternatio, arma cesserunt.

2. Ann. urb. 666. App. Civil. I. Plut. Mario. Vellejus. II. 22.

Quae etiam Marianos Cinnanosque mucrones civilis profundendi sanguinis cupiditate furentes, inhibuerunt. Missi enim à saevissimis ducibus milites ad M. Antonium obtruncandum, sermone ejus obstupefacti, [4] destrictos jam & vibrantes gladios cruore vacuos vaginis reddiderunt. Quibus digressis, [5] P. Antronius (is enim solus [6] in ambitu [7] expers Antonianae facundiae steterat) crudele imperium truculento ministerio peregit. Quam disertum igitur eum fuisse putemus, quem ne hostium quidem quisquam occidere sustinuit, qui modo vocem ejus ad aures suas voluit admittere?

3. Ann. urb. 676. Cic. Brut. Suet. Caesare. Plut. & alii.

Divus quoque Julius, quam coelestis numinis, tam etiam humani ingenii perfectissimum columen, [8] vim facundiae proprie expressit, dicendo in accusatione Cn. Dolabellae, quem reum egit, [9] *extorqueri sibi caussam optimam C. Cottae patrocinio.* [10] Siquidem maxima tunc vis eloquentiae questa est.

4. *Destrictos jam & vibratos gladios*] In manuscriptis, *Destrictos jam & vibrantes gladios.* PIGH. *Districtos jam & vibrantes gladios.* Aldus & alii ediderunt *districtos.* Sed Pighius ait in codd. MSS. esse *destrictos.* Quod idem & de uno Brandeb. testari licet. *Vibrantes gladios* est pro *vibratos*: quod & in uno cod. Brand. ut diversa lectio notatum. Dicunt sane *vibrata hasta*, *vibratus gladius*: sed *vibrans gladius* dici tamen etiam potest; ut per metaphoram Cicero, *incitata & vibrans oratio.* Nimirum participia activa interdum & significationem passivam habent. VORST. *Vibratos* retinent Leid. quint. sext. Copes. Reliqui *vibrantes* cum Mog. Sen. Phoen. v. 439.

Paci favetur. omnium ferrum latet,
Cessatque tectum, vibrat in fratrum manu.

Val. Flac. L. VI. 518.

——— cujus vibrantem comminus hastam
Cernere, nec galeam gentes potuere minantem.

ubi vide Cl. Burmannum.

5. *P. Antonius*] Mirum in omnibus exemplaribus legi P. Antonium cecidisse M. Antonium cum P. Antronius fuerit, cujus multa est apud authores mentio: tantum discriminis una litera vel in medio posita vel sublata facit. Libro tamen sequente cap. 2. de Crudelitate ubi de C. Mario disserit P. Annium prodit hujus caedis authorem. GLAREAN. P. *Antronius.* Plerique MSS. habent cum vulgatis *P. Antonius*, vel *Anthonius.* Sed. Leid. quart. & Ultraj. primus *P. Annius.* Quod pro varia lectione in margine exprimi curavit Pighius, & *Annium* quoque a Plutarcho vocari monebat Perizonius. Vide Plut. in Mario p. 431. Ed. Franc.

6. *In ambitu steterit*] Plutarch. περὶ τὰς θύρας.

7. *Expers Antonianae vocis steterat*] Sic Pighius & eum secuti, atque habent ita Leid. quint. Ultraj. prim. Contra vero decem alii veterum Edd. lectionem, *Antonianae facundiae*, confirmant; quod revocavi.

8. *Vim facundiae propriae expressit, dicendo*] Lege *Proprie.* Et sic MS. cum *facundiae* per *ae* scripserit, nec enim *proprie* suam facundiam laudavit, dicendo alterius facundia sibi caussam optimam extorqueri. Sed *proprie* expressit *vim facundiae*; quia illius partes proprie sunt reos defendere vel accusare. Confirmatur haec emendatio, quod sequitur Caesaris verbis. *siquidem tunc maxima eloquentiae laus quaesita est.* Ergo *proprie vis* in eo exprimitur; quia etiam, optimam causam adversario extorquere potest, siquidem ea maxima est ejus laus. Vide Quinct. II. 16. *Eloquentiam proprie poenis eripere scelestos, & pro falsis contra veritatem valere.* Vell. II. 9. *Mucius juris scientia, quam proprie eloquentiae nomine celebrior fuit.* Ubi Heins. legit rectius *proprio eloquentiae nomine* Cic. pro Sext. c. 41. *Descendit ad accusandum, quis unquam tam proprie Reip. caussa.* id est, tam vere solius Reip. causa. Liv. L. XLIV. c. 22. *Primum a prudentibus & proprie rei militaris peritis monendi Imperatores sunt.* id est, solius vel praecipue rei militaris peritis.

est. Cujus facta mentione, quoniam domesticum nullum majus adjecerim exemplum, peregrinandum est.

Externa.

[11] Pisistratus dicendo tantum valuisse traditus est, ut ei Athenienses regium imperium oratione capti permitterent; cum praesertim ex contraria parte amantissimus patriae Solon niteretur. Sed alterius salubriores erant conciones, alterius disertiores. quo evenit, ut alioqui prudentissima civitas libertati servitutem praeferret.

1. Herod. I. Plut. Solone. Justin. II. Aelian. VIII. Diod. Sic. XIII.

Pericles autem [12] felicissimis naturae incrementis, sub Anaxagora praeceptore summo studio perpolitus & instructus, liberis Athenarum cervicibus jugum servitutis imposuit. egit enim ille urbem, & versavit arbitrio suo. Cumque adversus voluntatem populi loqueretur; jucunda nihilominus & po-

2. Cic. in Brut. & III. de Orat. Plut. in vita. Quint. XII. 10.

tis. PERIZON. De MSS. nostris dicere hic nihil possum, dum enim in multis pro *ae* est *e* simplex, in Gudianis ista variatio non notata est, ut & e meis. per *e* simplex habet etiam utrumque Mog. Ego emendationem Perizonii verissimam ratus, eam amplexus sum.

9. *Extorqueri sibi causam optimam L. Cottae patrocinio*] Oportet hunc sane fuisse eloquentissimum, qui facundia sua Caesari non infacundo optimam causam extorquere potuit. Legendum igitur haud dubie C. *Cottae*, cujus eloquentiam circa hoc tempus vehementer extollit Cicero in Bruto; imo eum Dolabellam defendisse testatur c. 92. Sed ita jam editum secunda Pighii edit. & a Vorstio. *L. Cotta* tamen etiam est apud Quintil. L. XI. PERIZON. Quem vide etiam Anim. Hist. p. 55. Nempe vetustiores Edd. *L. Cottae* praeferebant & sic omnes, quantum video, MSS.

10. *Siquidem maxima tunc eloquentia questa est*] In Atrebatensi, & Cauchiano, *Maxima tunc vis eloquentiae questa est.* PIGH. *Maxima tunc vis eloquentiae questa est.* Ita maluit Pighius è cod. Atrebatensi & Cauchiano. Ab Aldo & Chalcoc. editum fuerat, *Maxima tunc eloquentiae ei laus questa est.* Quae lectio si amplectenda sit, pro *questa* legendum fuerit *quaesita.* In quam sententiam manifeste vetus editio Martini Herbip. habet. *Tunc ei maxima eloquentiae laus quaesita est.* VORST. *Siquidem maxima tunc vis eloquentiae questa est.* MS. *Siquidem tunc maxima eloquentia ei laus quaesita est.* Lege, *Siquidem tum maxima eloquentiae laus quaesita est,* id est, his verbis Caesaris, quod nempe *optima causa extorqueretur facundia Cottae, maxima eloquentiae laus quaesita est*, ut quae adeo valeat. PERIZON. *Maxima tunc eloquentia questa est*, invenio in MSS. novem. *Maxima tunc eloquentiae laus quaesita est*, in tribus. *Maxima tunc eloquentiae ei laus quaesita est*, in duobus. porro *ei* in uno est pro varia lectione. Quocumque modo ex his legas, parum commodus inde nasci videtur sensus. Quid si legamus. *Sic quidem maxima tunc eloquentia questa est.* i. e. Eo quidem modo. *Maxima eloquentia* maluit dicere, quam Caesar, qui perfectissimum erat ingenii humani columen, & in quo eloquentia erat maxima. Atque ita melius cohaerebit τὸ *cujus* cum verbis praecedentibus. Mire hic glossematis auctus est Ultraj. sec. unus etiam Duac. & Ed. Mog. exhibentes, *siquidem tunc ei maxima eloquentiae laus quaesita est, quando Julius ejus institit studio & actioni.* quod aliquando mihi suspicionem praebuit, ac si & prius membrum a glossatore esset: nunc malim legere ut proposui; vel, *siquidem tunc maxima eloquentia ejus questa est, cujus &c.*

11. *Pisistratus dicendo tantum valuisse traditus est*] Sic edidi, quod inveniebam in duodecim MSS. & omnibus Edd. antiquioribus Pighio, qui dedit, *valuisse traditur.*

12. *Felicissimis naturae incrementis*] Copes. *Felicissimus.* Idem paulo post. *Egit enim illam urbem & vexavit arbitrio suo. Illam* est quoque in duobus Paris. Barb. prim. & Antiquis

popularis ejus vox erat. Itaque [13] veteris comoediae maledica lingua, quamvis potentiam viri perstringere cupiebat, tamen *in labris ejus hominis melle dulciorem leporem* fatebatur *habitare: inque animis eorum, qui illum audierant, quasi aculeos quosdam relinqui* praedicabat. Fertur quidem, cum admodum senex primae concioni Periclis adolescentuli interesset, idemque juvenis Pisistratum jam decrepitum concionantem audisset, non temperasse sibi quo minus exclamaret, *caveri illum civem oportere, quod Pisistrati orationi* [14] *simillima ejus esset oratio.* Nec hominem aut aestimatio eloquii, aut morum augurium fefellit. Quid enim inter Pisistratum & Periclem interfuit, nisi quod ille armatus, hic sine armis tyrannidem gessit.

Eupolis ἐν δήμοις.

3. Quantum eloquentia valuisse Hegesiam, Cyrenaicum philosophum, arbitramur? [15] qui sic mala vitae repraesentabat, ut eorum miseranda imagine audientium pectoribus inserta, multis voluntariae mortis oppetendae cupiditatem ingeneraret? ideoque à rege Ptolemaeo ulterius hac de re disserere prohibitus est.

Cic. Tusc. 1. 34. Laert. Aristippo.

quis Edd. praeter Mog. Ven. Mediol. Asc.

13. *Veteris comoediae*] Augustin. lib. II. c. 9. de civ. Dei: *Periclem cum jam suae civitati maxima auctoritate plurimos annos domi & belli praefuisset, violari versibus & eos in scena agi non plus decuit, quam si Plautus inquit noster voluisset aut Naevius P. & Cn. Scipioni, aut Caecilius M. Catoni maledicere.* Quae verba eo lubentius subscripsi, quia mihi liquet M. Cic. esse ex li. de Rep. cujusmodi ego naufragas tabellas, longe Appellaeis antepofuerim. Versus porro Eupolidis partim ex Plinii epistolis, partim ex Suida converri possunt. COLER. *Veteris comoediae maledica lingua.* Eupolis vetus comicus, ἐν δήμοις, Periclem perstrinxit; cujus versus ex epistolis Plinii & ex Suida converri posse Colerus monet. Ceterum universe veteris comoediae acerbitatem describit Horatius in lib. I. Serm.

Eupolis atque Cratinus, Aristophanesque poëtae,
Atque alii, quorum comoedia prisca virorum est,
Siquis erat dignus describi, qui malus, aut fur,
Aut moechus foret, aut sicarius, aut alioqui
Famosus, multa cum libertate notabant.
VORST.

Veteris Comoediae. Vide Cic. in Bruto c. 15. in Orat. c. 9. L. XII. ad Att. 6. PERIZON.

14. *Simillima ejus esset Oratio*] Vulgo ante Pighium legebatur, *foret oratio*, sed *esset* habent MSS. & Edd. Mog. & Mediol. in fine pro *interfuit*, nonnulli *interest* praeferunt.

15. *Qui sic mala vitae repraesentabat*] Copes. *hujus vitae.* Postea plerique MSS. *Multis voluntariae mortis appetendae cupiditatem ingeneraret*, non *oppetendae*, quod est in Ultraj. sec. primus habet, *voluntarium mortis appetendae cupiditatem ingeneraret.*

CAPUT X.

DE PRONUNTIATIONE ET APTO MOTU CORPORIS.

IN ROMANIS.
1. *C. Graccho.*
2. *Q. Hortensio.*
3. *M. Tullio.*

EXTERNO UNO.
1. *Demosthene Atheniensi.*

Elo-

Eloquentiae autem ornamenta in pronuntiatione apta, [1] & convenienti motu corporis consistunt. [2] quibus cum se instruxit, tribus modis homines aggreditur, animos eorum ipsa invadendo, horum alteri aures, alteri oculos permulcendo tradendo.

Sed ut propositi fides in personis illustribus exhibeatur, C. Gracchus eloquentiae, quam propositi, felicioris adolescens, quoniam flagrantissimo ingenio, cum optime rempublicam tueri posset, perturbare impie maluit; quoties apud populum concionatus est, servum post se musicae artis peritum habuit, qui occulte eburnea fistula pronuntiationis ejus modos formabat; aut nimis remissos excitando, aut plus justo concitatos revocando: quia ipsum calor atque impetus actionis attentum hujusce temperamenti aestimatorem esse non patiebatur. 1. Ann. urb. 630. Cic. III. de Or. extr. Plut. in vita Gell. I. II Quintil. I. 10.

Q. autem Hortensius plurimum in corporis decoro motu repositum credens, pene plus studii [3] in eodem elaborando, quam in ipsa eloquentia affectanda impendit. Itaque nescires utrum cupidius ad audiendum eum, an ad aspectandum concurreretur: sic verbis oratoriis aspectus, & rursus aspectui verba serviebant. Itaque [4] constat Aesopum Rosciumque, ludicrae artis peritissimos viros, illo caussas agente, in corona frequenter astitisse; [5] ut foro petitos gestus in scenam referrent. 2. Gell. I. 5. Quint. XI. 3.

[6] Jam

1. *Et convenienti motu corporis*] Paris. quart. *Et convenienti in motu corporis.*

2. *Quibus qui se instruxit*] Sic uterque Ultraj. Cop. Bit. Ed. Mog. Sed reliqui fere cum Edd. ante Pighium, *Cum se instruxerit.* tum Bit. prim. *Eloquentiae quam propositi felicior adolescens.* Pro *hujusce temperamenti.* MSS. complures *hujuscemodi temperamenti.* Ultraj. sec. *Gracchum attentum.* Sed, quod pene oblitus eram monere, in principio hujus exempli addidit Pighius *ut*, cum antea legeretur vulgo, *Sed propositi fides*, & hoc factum ejus comprobant omnes scripti codices, cum antiquissimis Edd.

3. *In eodem elaborando*] Sic Ultraj. sec. Edd. Mog. Mediol. Ascens. sed Ven. Ald. & ceteri usque ad Pighium, *in eodem laborando*, quod reliquos etiam occupavit MStos. Deinde aliquot ex his *verbis oratoris.*

4. *Constat Aesopum Rosciumque ludicrae artis peritissimos*] In Cauchiano & Wincheliano, *Itaque constat Aesopum & Roscium ludicrae artis peritissimos viros.* Numerosiore periodo. PIGH. *Aesopum Rosciumque ludicrae artis peritissimos viros.* Unus cod. Brand. *viros* omittit; quomodo & Aldus omiserat. Aesopus tragoediarum, Roscius vero comoediarum actor praestantissimus fuit. Et Aesopi quidem mentionem noster & infra facit x. 1. 2. *tragicumque* eum vocat. De Roscio autem Cicero in Or. pro Arch. scribit, quod, cum senex esset mortuus, tamen propter excellentem artem ac venustatem visus fuerit omnino mori non debuisse. VORST. Τὸ *viros*, quod Pighius adjecit, sane abest a MSS. nostris decem. Ultraj. sec. *Aesopum Rosciumque viros ludicrae artis peritissimos. Aesopum Rosciumque* legitur in MSS. & Edd. mutavit Pighius propter numerum, credo, quem non sentio.

5. *Ut foro petitos gestus*] Leid. prim. *Foro positos gestus.* Videlicet ut supra L. VIII. 7. 6. de ipso Roscio. *Qui nullum unquam spectanti populo gestum, nisi quem domi meditatus erat, ponere ausus est.* Hic tamen *petitos* malim, quia melius opponitur τῷ *referre*, quod proculdubio spectavit auctor.

6. *Jam M. Cicero*] Plerique MSS. *Nam M. Cicero.*

7. Quam

3\. [6] Jam M. Cicero quantum in utraque re, de qua loquimur, momenti sit, oratione [7] quam pro Gallio habuit, significavit, M. Calidio accusatori exprobrando, quod *praeparatum sibi à reo venenum, testibus, chirographis, quaestionibus se probaturum* affirmans, remisso vultu, & languida voce, & soluto genere orationis usus esset: pariterque [8] & oratoris vitium detexit, & caussae periclitantis argumentum adjecit, totum hunc locum ita claudendo: [9] *Tu istud, M. Calidi, nisi fingeres, sic ageres?*

Ann. urb. 387. Cic. in Bruto 79. Paed. pro Cornel. Quintil. XI. 3. Euseb. n. 1960.

EXTERNA.

I. Consentaneum huic [10] Demosthenis judicium, qui cum interrogaretur, *quidnam esset in dicendo efficacissimum*, [11] respondit, ἡ ὑπόκρισις. [12] Iterum deinde & tertio interpellatus idem dixit, pene totum se illi debere confitenten-

Cic. Bruto, & de orat. III. Quintil. XI. 3. Plut. X. Rhet.

7\. *Quam pro Gallio habuit*] Cujus fragmenta adhuc supersunt, & ex Quinctiliano aliisque collecta sunt à viris doctis. VORST. MSS. fere *quam pro Gallo habuit*, & sic Edd. Pighio antiquiores. Sed Cicero etiam in Bruto c. 79. pro Q. *Gallio*. in *se probaturum*, plurimi MSS. omittunt pronomen.

8\. *Et oratoris vitium detexit, & causae periclitantis argumentum adjecit*] Ipse Cicero in Bruto eadem de re agens: *Memini me in respondendo, cum essem argumentatus, quantum res ferebat, hoc ipsum etiam posuisse pro argumento, quod ille*(Callidius) *tam solute egisset, tam leniter, tam oscitanter.* VORST. *Et causae periclitantis argumentum adjecit. Argumentum causae periclitantis* est, quo probari potest, & constat causam periclitari. verum non patebat hoc argumento, accusatoris causam periclitari, sed quia ea re colligi poterat falsis criminibus auccusatorem urgere reum, erat argumentum pro reo sive causa periclitante. malim igitur *& causae periclitanti argumentum adjecit. Causae periclitanti*, id est, rei. PERIZON. Edd. ante Pighium habent, *Et caussae periclitantis argumenta adjecit*; & sic fere MSS. Sed Bit. prim. & Leid. sec. *Et caussae periclitantis argumentis adjecit.* Vitium oratoris scilicet adjecit Cicero argumentis, quibus caussae periclitanti succurrebat; ut haec lectio videatur ipsius Valerii.

9\. *Tu istud, M. Callidi, nisi fingeres, sic ageres?*] Unus cod. Brand. habet *Tune.* Sed Cicero ipse in Bruto verba sua referens itidem sic habet: *Tu istuc, M. Callidi, nisi fingeres, sic ageres?* Sensus est, si vera essent, quae Callidius proferret, majore ipsum cum vehementia atque ardore ea prolaturum fuisse. Refert autem Cicero ibidem plura adhuc alia verba, quibus pro Gallio adversus Callidium usus sit; tandemque addit: *Sic nos summi oratoris vel sanitate vel vitio pro argumento ad diluendum crimen usi sumus.* VORST. Aliquot scripti, *Tune istud.* Sunt etiam qui, *sic non ageres*, exhibent. utrumque habet Ed. Mog.

10\. *Demosthenis judicium*] Cop. *Demosthenis consilium.*

11\. *Respondit* ὑπόκρισις] Campense exemplar circumlocutione Latina rem exprimit hoc modo, *Si nihil dixeris non optime scitum.* Forte legendum itaque; *Respondit*, ἡ ὑπόκρισις, *hoc est, si nihil dixeris non optime scitum.* PIGH. *Respondit*, ἡ ὑπόκρισις. Refert Pighius, in cod. Campensi rem circumlocutione Latina expressam esse hoc modo, *Si nihil dixeris non optime scitum*: indeque conjicit legendum forte sic esse, *Respondit* ἡ ὑπόκρισις, *hoc est, si nihil dixeris non optime scitum.* Sic & in uno cod Brandeb. supra vocem Graecam, quae tamen inepte scripta est, additum apparet; *Id est, si nihil dixeris nisi optime scitum.* VORST. Verba illa, *si nihil dixeris nisi optime scitum* exstant etiam in Leid. quart. sed Harl. & Leid. quint. habent *ypocrisis.* Leid. sec. *verba Graeca.* Ultraj. sec. cum Ed. Mog. omittit. Certe nihil minus ὑπόκρισις hic significat, quam verba illa, quae forte addenda putavit Pighius. Notum minus est ὑποκρίνειν apud Graecos de actione histrionum praecipue dici,

tendo. Recte itaque Aeschines, cum propter judicialem ignominiam, relictis Athenis, Rhodum petisset, atque ibi rogatu civitatis suam prius in Ctesiphontem, deinde Demosthenis pro eodem orationem clarissima & suavissima voce recitasset, admirantibus cunctis [13] utriusque voluminis eloquentiam, sed aliquanto magis Demosthenis, *Quid* [14] *si*, inquit, *ipsum audissetis?* Tantus orator, & modo tam infestus adversarius, sic inimici vim, ardoremque dicendi suspexit, ut *se scriptorum ejus parum idoneum* [15] *lectorem esse* praedicaret. [16] expertus acerrimum oculorum vigorem, terribile vultus pondus, accommodatum singulis verbis sonum vocis, efficacissimos corporis motus. Ergo etsi operi illius adjici nihil potest, tamen in Demosthene [17] magna pars Demosthenis abest; quod legitur potius, quam auditur.

Cic. de Orat. III. Plin. VII. 30. Plut. Rhet.

dici, & histriones ipsos ὑποκριτὰς, quod personam alienam in scena simulent; & hinc illud ad pronunciationem sive actionem oratorum etiam extendi, quam ut illustrari debeat.

12. *Iterum deinde & tertio interpellatus idem dixit*] Paris. tert. quart. Barb. prim. Cop. *Interrogatus deinde & tertio idem dixit.* Ultraj. prim. *Iterum deinde & tertio interrogatus.*

13. *Utriusque columinis eloquentiam*] Notat Pighius in margine, diversam lectionem esse *utriusque voluminis.* Barthius tamen in cap. I. libri VII. Advers. praefert *columinis.* Ut Demosthenes & Aeschines *columina eloquentiae* sint dicti; ut lib I. cap. 12. dixit *columen urbis.* VORST. *Voluminis* habet Ultraj. sec. Leid. quint. Ed. Mog. nec longe abit Leid. sec. exhibens *voliminis.* Sed Leid. & Barb. prim. cum Paris. quart. *culminis.* Equidem *voluminis* hic non improbaverim. *Columen urbis*, *columen eloquentiae*, *familiae*, optime dictum est; sed ut ita absolute noster *columinis eloquentiam*, pro *eloquentiam columinis eloquentiae* dixerit, vix mihi usque adhuc possum persuadere: *Utriusque voluminis*, i. e. orationis.

14. *Si ipsum audivissetis*] De hoc ipsius dicto videndus Olear. ad Philostr. de vitis Sophistarum p. 510.

15. *Lectorem esse diceret*] MSS. *Esse praedicaret*, nisi quod unus atque item alter *praediceret.* etiam vetustae Edd. *praedicaret.* cur mutavit Pighius?

16. *Expertus acerrimum oculorum vigorem*, *terribile vultus pondus*, *accommodatum singulis verbis sonum*, *efficacissimos corporis motus.* MS. *terribilem vultum*, *pondus accommodatum singulis verbis*, *vocis sonum.* vulgatam praefero. PERIZON.

17. *Magna pars Demosthenis abest*] Vox puta & motus corporis. VORST.

CAPUT XI.

DE EFFECTIBUS ARTIUM RARIS.

APUD ROMANOS, UT IN

1. *Astrologia C. Sulpicii Galli.*
2. *Aruspicina Spurinae.*

APUD EXTERNOS, UT IN

1. *Astrologia Periclis.*
2. *Pictura Apellis & Plastice Lysippi.*
3. *Vulcano Alcamenis.*
4. *Venere Praxitelis.*
5. *Neptuno Euphranoris.*
6. *Agamemnone Timantis.*
7. *Equo Nealcis.*

2 Ef-

[2] Effectus etiam artium recogniti possunt aliquid afferre voluptatis: protinusque & [3] quam utiliter excogitatae sint patebit, & memoratu dignae res lucido in loco reponentur, & labor in iis edendis suo fructu non carebit.

1. Ann. urb. 580. Livius XLIV. Plin. II. 12. Front. I. 12. Plut. Paullo. Cic. de Senec. Quint. I. 17.

[4] Sulpicii Galli maximum in omni genere literarum recipiendo studium plurimum reipublicae profuit. Nam cum [5] L. Paulli bellum adversum regem Persen gerentis, legatus esset, ac serena nocte subito luna defecisset; eoque veluti diro quodam monstro perterritus exercitus noster, manus cum hoste conserendi fiduciam amisisset, de coeli ratione, & siderum natura peritissime disputando, alacrem eum in aciem misit. Itaque illi inclytae Paullianae victoriae [6] liberales artes Galli aditum dederunt: quia nisi ille metum nostrorum militum vicisset, [7] imperator Romanus vincere hostes non potuisset.

2. Ann. urb. 709. Suet. Plut. in vita.

[8] Spurinae quoque in consectandis deorum monitis efficacior scientia apparuit, [9] quam urbs Romana voluit. [10] praedixerat enim C. Caesari, *ut proximos dies XXX quasi fatales caveret*, quorum ultimus erat Idus Martiae.

1. *De effectibus artium*] Plerique MSS. *quam magni sint effectus artium.* & sic vulgatae Edd. Paris. quart. *De magnitudine effectus artium.*

2. *Effectus etiam artium recogniti possunt aliquid afferre voluptatis*] MS. *recognosci posse aliquid.* Forte leg. *ef. et. art. recognosci, potest aliquid afferre voluptatis.* PERIZON. Quod est in Copesiano, illud invenio etiam in octo aliis MSS. & Ed. Mog. quae insuper habet *adfert* cum Leid. sec. & Ultraj. sec. Perizonii emendatio magis placet.

3. *Quam utiliter excogitatae sint, patebit*] *Excogitatae sint* legendum; non, ut Aldus, Pighius & alii edidere, *excog. sunt.* Habent ita codices Brand. & leges Grammaticae id requirunt. VORST. *Sint* firmant MSS. nostri, sed quorum undecim habent, *patebunt*, cum Edd. usque ad Pighium praeter Mogunt. quae cum Ultraj. sec. *patebit* exhibet, ut & Ascensius.

4. *Sulpicii Galli*] Qui primus rationem defectus lunaris docuit, postea edito volumine teste Plinio. Apud Graecos primus eclipsin praedixit Thales Milesius. COLER. *Sulpicii Galli.* Primus is rationem defectus lunaris docuit, edito postea volumine. Vide Plinium Hist. Nat. II. 12. VORST. Apud Romanos primus videlicet id fecit Sulpicius. Ceterum non post defectum rationem ejus edisseruit, sed pridie ante defectum praedixit, ut alii scriptores testantur. Porro admonuit Cl. Perizonius, hic incipere recentiorem in MSto Copesiano manum, differentem aliquantum a priore & multo vitiosiorem. Ultraj. prim. *Sulpicii Galbae.*

5. *L. Pauli*] Plutarchus in Paulo Aemilio multo aliter. CORRAD.

6. *Liberales artes Galli*] Quod Astronomiae operam dederat. VORST.

7. *Imperator Romanus*] *Romanus* abest a novem MSS. & Ed. Mog. & tanto commodius abest, qui praecessit *nostrorum militum*, ut necessario intelligi debeat *imperator noster.* Quare per me deleveris.

8. *Spurinae quoque in consectandis Deorum monitis efficacior scientia apparuit*] Ultraj. prim. & sec. *Spurinna*, ita ut primus deleat etiam *scientia.*

9. *Quam urbs Romana voluisset*] Sic Ultraj. sec. Copes. & Ed. Mog. ceteri fere cum reliquis Edd. *Quam urbs Romana voluit.* Quod cur minus placuerit Pighio, caussae parum fuit.

10. *Praedixerat enim*] τὸ *enim* addidit Pighius, & reperitur illud in quibusdam scriptis, sed abest a multo pluribus & Ed. Mog. ac ceteris. *quasi* omittitur in duobus Paris.

11. *Et cum forte mane uterque*] In veteribus libris, *Eo cum forte mane*; Melius, ut referatur

tiae. [11] Eo cum forte mane uterque in domum Calvini Domitii ad officium conveniſſet, Caeſar Spurinae, *Ecquid ſcis*, inquit, [12] *Idus Martias jam veniſſe?* & is, *Ecquid ſcis illas nondum praeteriiſſe?* Abjecerat alter timorem, tanquam exacto tempore ſuſpecto: alter ne extremam quidem ejus partem periculo vacuam eſſe arbitratus eſt. Utinam aruſpicem potius augurium, quam patriae parentem ſecuritas fefelliſſet.

Externa.

[13] Sed ut alienigena ſcrutemur, cum obſcurato repente ſole inuſitatis perfuſae tenebris [14] Athenae ſolicitudine agerentur, interitum ſibi coeleſti denuntiatione portendi credentes, Pericles proceſſit in medium, & quae à praeceptore ſuo Anaxagora pertinentia ad ſolis & lunae curſum acceperat, diſſeruit: nec ulterius [15] trepidare cives ſuos vano metu paſſus eſt.

Quantum porro dignitatis à rege Alexandro tributum arti exiſtimamus, [16] qui ſe & pingi ab uno Apelle, & fingi à Lyſippo tantummodo voluit.

Tenet [17] viſentes Athenas Vulcanus [18] Alcamenis manibus fabricatus. Praeter cetera enim perfectiſſimae artis in eo praecurrentia indicia, etiam il-

1. Plut. in vita. Front. I. 11. Quint. I. 17. extr.

2. Cic. fam. v. 12. Plin. VII. 37. Plut. de fort. Alexand.

3. Plin. XXXVI. 5. Pauſ. Atticis.

tur ad diem Iduum Martiarum. PIGH. *Eo cum forte mane.* Ita unus quoque cod. Brand. ut *eo* pertineat ad diem Id. Martiarum, de quo praedictum. Alter codex *Et cum forte mane*; ut Aldus edidit. VORST. Ultraj. ſec. Leid. quart. *Ergo cum forte mane.* tres alii *&* *cum forte.* *Eo* reliqui.

12. *Idus Martiae*] Unus atque idem alter *Martii*, & ſic mox. Deinde varie exhibent, *Ecquid ſcis*, *Et quid ſcis*, *quid ſcis.*

13. *Sed ut alienigena ſcrutemur*] Guyeto ſcribendum videbatur *alienigenas*, τὰ ἔθνη, alienigenas gentes. Habent hoc Ultraj. ſec. Leid. quint. & Ed. Mog. Sed nihil mutandum; reſpicit, *exempla alienigena.* Harl. *Aliena.*

14. *Athenae ſolicitudine agerentur*] Melius, *angerentur.* LIPS. *Athenae ſolicitudine agerentur.* Ita codices tam MSS quam typis expreſſi. Lipſius tamen legendum putat *ſolicitudine angerentur.* VORST. Lege cum Lipſio *angerentur.* PERIZON.

15. *Trepidare cives ſuos vacuo metu paſſus eſt*] In manuſcriptis correcte, *Vano metu.* PIGH. Sic omnes ſcripti cum Ed. Mog. & Mediol.

16. *Qui ſe pingi ab uno Apelle, & fingi a Lyſippo tantummodo voluit*] Horat. L. II. Epiſt. I. 239.

Edicto vetuit, ne quis ſe praeter Apellem
Pingeret, aut alius Lyſippo duceret aera
Fortis Alexandri vultum ſimulantia.

17. *Viſentes Athenas*] Copeſ. Leid. ſec. quint. *Athenis.* item Aſcenſ.

18. *Alcamenes*] Inter aemulos Phidiae refertur à Plinio Lib. XXXIV. Ejuſdem aliquoties meminit idem Lib. XXXVI. cap. 5. COLER. *Vulcanus Alcamenis manibus fabricatus.* Alcamenes inter aemulos Phidiae à Plinio in Lib. XXXIV. refertur. Sed & XXXVI. 5. mentionem ejus facit. VORST. MSS· *Achimenis*, *Alchimenis*, *Archimenis*, *Alcamenis.* *Alchimenis* Mog. *Acimenis* Ven. Rectum tamen *Alcamenis.* Meminit & Cic. de Nat. Deor. L. I. 30. hujus claudicantis Vulcani ab Alcamene fabricati.

19. *Quod ſtat diſſimulatae claudicationis ſub veſte leviter veſtigium repraeſentans, ut non tanquam exprobatum vitium &c. ſignificans*] Malim ut in MSto eſt. *Quod ſtans &c. repraeſentat*, ne duo participia tam propinquis in locis concurrant uni verbo annectenda. PERIZON. *Sub veſte leviter.* Omittit haec Barb. prim. cum Copeſiano conſentit Bit. ſec. Ultraj. prim.

illud mirantur, [19] quod ſtat diſſimulatae claudicationis ſub veſte leviter veſtigium repraeſentans, ut non tanquam exprobratum vitium, [20] ita tanquam certam propriamque dei notam decore ſignificans.

4. Plin. xxxvi. 5. Lucian. in Amorib. Schef. ad Aelian. ix. 39. Aelian. Var. Hiſt. 11.

Cujus conjugem [21] Praxiteles in marmore quaſi ſpirantem in templo Gnidiorum collocavit, propter pulchritudinem operis à [22] libidinoſo cujuſdam complexu parum tutam. [23] Quo excuſabilior eſt error equi, qui viſa pictura equae, hinnitum edere coactus eſt: [24] & canum latratus aſpectu pictae canis incitatus: taurusque ad amorem & concubitum aeneae vaccae Syracuſis nimiae ſimilitudinis irritamento compulſus. Quid enim [25] vacua rationis animalia [26] arte decepta miremur, cum hominis ſacrilegam cu-

prim. Leid. ſec. Sed iidem quoque pro *exprobratum exprobrans* exhibent, praeter Copeſ.

20. *Ita tamquam certam propriamque dei notam*] In Atrebàtenſi & Cauchiano; *Ita tamen certam.* PIGH. *Ita tamquam certam propriamque Dei notam.* Pighius ex duobus codd. legi mavult. *Ita tamen certam propriamque Dei notam.* Mihi magis probatur *ita tanquam:* quod & in utroque cod. Brand. reperio. Quoniam praecedit, *Ut non tanquam exprobratum vitium*, quid convenientius quam ut ſequatur *ita tanquam?* VORST. *Tamquam* invenio in MSS. omnibus & Edd. antiquis. in pleriſque ſcriptis hoc ordine, *ut non exprobratum tamquam vitium, ita tamquam*, & amat Valerius ſaepe tales repetitiones ejuſdem verbi. Sic h. c. Ex. 1. *Quia niſi ille metum noſtrorum militum viciſſet, imperator Romanus vincere hoſtes non potuiſſet.* & alibi ſaepe.

21. *Praxiteles*] Hoc loco non ex hujus auctoris codice quicquam, ſed ex Plinii libris duobus loci pugnantes emendandi ſunt. Praxitelem enim Lib. xxxiii. cap. penult. ait Plinius vixiſſe tempore Pompeji Magni: Libro vero ſequente cap. 8. Olympiade centeſima quarta. Pompejus autem triumphavit circa Olympiadem clxxx. ut ſit differentia annorum 320. Sed ego errorem exiſtimo in priore Plinii loco, unius conjunctionis additione, & legendum Plinii locum ad hunc modum. *Et Hecataeus circa Magni Pompeji aetatem.* Hinc diſtinguendum volo, deinde inferendum. *Praxiteles, Poſidonius Epheſius.* Qui hodie Plinii codices emendant, quod ad annos attinet, quorum obſervantiſſimus fuit Plinius, nihil curant, ut de aliis taceam GLAREAN. Error eſt Glareani. priore loco Plinius agit non de Praxitele ſtatuario, ſed de alio argentario, qui revera circa Pompeji aetatem floruit, & Roſcium ſpecie pueri dormientis circumplicati amplexu ſerpentis caelavit argento, teſte Cic. de Div. L. 1. cap. 36. ut bene ad Plinium monuit Harduinius.

22. *Libidinoſo cujuſdam*] Macarei Perinthii, teſte Luciano. Id vero non in Gnido, ſed Samo accidiſſe vult Athenaeus. COLER. *A libidinoſo cujuſdam complexu.* Macarei Perinthii puta; ut Lucianus in Amoribus eum vocat. Sed non in templo Gnidiorum, ſed in Samo id contigiſſe vult Athenaeus. VORST. De Venere Gnidia Praxitelis dicit tamen etiam Plin. L. xxxv. 8. *Ferunt amore captum quemdam, cum delituiſſet noctu, ſimulacro cohaeſiſſe, ejuſque cupiditatis eſſe indicem maculam.*

23. *Quo excuſabilior eſt error equi*] Pariſ. tert. Barb. prim. Leid. quint. *Eſſet error.* Ultraj. prim. *Sit error.*

24. *Et canum latratus aſpectu picti canis excitatus*] Leid. ſec. *Aſpectu picte canis.* pro *pictae*, ut ſolet ille pro *ae* habere *e* ſimplex. Itaque cum hic agatur de animalibus, quae aſpectu pictarum ſui generis faeminarum in venerem ſunt accenſa, hoc adeo verum arbitror, ut reſtituere non dubitem. Sen. Hippol. v. 1108.

Moeſtaeque domini membra veſtigant canes.

Horat. Epod. 2.

Aut trudit acris hinc & hinc multa cane
Apros in obſtantis plagas.

Ed. Mog. cum Ultraj. ſec. *pictae* omittit, ob ſimilitudinem ſcilicet vocis praecedentis. ut ſaepius notavi.

25. *Vacua rationis animalia*] Sic Pighius, &

cupiditatem muti lapidis lineamentis excitatam videamus?

[27] Ceterum natura quemadmodum saepenumero aemulam virium suarum artem esse patitur, ita aliquando irritum fesso labore dimittit: quod summi artificis [28] Euphranoris manus senserunt. Nam, cum Athenis XII. deos pingeret, Neptuni imaginem quam poterat excellentissimis majestatis coloribus complexus est, perinde ac Jovis, [29] aliquanto augustiorem repraesentaturus. Sed omni impetu cogitationis in superiori opere absumpto, posteriores ejus conatus assurgere, quo tendebant, nequiverunt. 5. Plin. xxxv. 11. Pauf. Attic.

[30] Quid ille alter aeque nobilis pictor, luctuosum [31] immolatae Iphigeniae 6.

& exstat in tribus MSS. ceteri cum antiquioribus Edd. *animantia.*

26. *Arte decepta*] De ovibus per picturam deceptis, imo ipso pictore, vide Plin. L. xxxv. 10. PERIZON.

27. *Ceterum*] Hic ante Pighium incipiebat cap. 12. cum hoc titulo. *Quaedam nulla arte effici posse.* Et sic MSS. Paris. quart. *De quibusdam, quae nulla arte effici possunt.*

28. *Euphranoris manus*] Plinius Lib. xxxv. cap. 21. Pausanias in Atticis Praxiteli tribuit. CORRAD. *Euphranoris.* Lege Plinium Lib. xxxv. cap. 11. COLER. *Euphranoris manus.* Observat Corradus, Pausaniam in Atticis tribuere hoc Praxiteli. VORST. At Plinius Lib. xxxv. 11. inter picturas Euphranoris etiam duodecim Deos refert. Et Pausanias dicit cap. 40. in Attic. Ἐνταῦθα καὶ τῶν δώδεκα ὀνομαζομένων θεῶν ἐστιν ἀγάλματα, ἔργα εἶναι λεγόμενα Πραξιτέλους. Hic vero cum sculptor fuerit, res ipsa jubet, ut hoc de signis duodecim deorum accipiamus ab illo sculptis, cum pinxerit eos Euphranor.

29. *Aliquanto augustiorem*] Haec addititia videntur. GUYET. Missi quoque hic locus suspectus est. Quae enim ratio movit Euphranorem, ut Neptuni imaginem aliquanto augustiorem repraesentare voluerit, quam Jovis? Certe Jovem Deorum regem summa majestas magis decebat, quam Neptunum. MSS. tamen nihil juvant. Copes. id scribendi compendium habet, quo significatur *aliquando.* Libet indulgere conjecturae. Quid si auctor scripserit? *Deinde & Jovis aliquanto augustiorem repraesentaturus.* Scilicet pinxerat jam & complexus erat Neptunum excellentissimis majestatis coloribus, sed eo consilio, ut Jovem redderet magis etiam augustum, & majestatis plenum, in quo ars illum defecit, cum in superiori opere i. e. Neptuno omnem impetum cogitationis absumpsisset. *Deinde* cum in *perinde* esset mutatum, pene necessario & in *ac* mutari debuit.

30. *Quid ille*] Timanthem intelligit. Is Ajacem Armorumque judicium pinxerat. Iphigeniam ejus Oratorum laudibus olim celebratam commemorat Plinius. quo alludit, nisi vehementer frustra sum, Ciceronis locus in Oratore. Eum illustrandi Valerii causa haud pigrabor subjicere: *Si denique pictor ille vidit, cum immolanda Iphigenia, tristis Calchas esset, moestior Ulysses, moereret Menelaus, obvolvendum caput Agamemnonis esse, quoniam summum illum luctum penicillo non posset imitari.* Sed quid illa Ciceronianae elegantiae habent: *moestior Ulysses, moereret Menelaus?* Dicat oportet Cicero *moestiorem Ulysse fuisse Menelaum.* Sine omni cunctatione incongruam purissimo scriptori maculam tollo: *Moestior Ulysse moereret Menelaus.* Nonne & Valerius dicit *Ulyssem moestum, Menelaum lamentantem?* Addo & calculum Plinianum: *cum moestos* inquit *pinxisset omnes, praecipue patruum.* COLER. *Quid ille alter aeque nobilis pictor.* Est is Timanthes. De quo Plinius xxxv. 10. ita *Timanthi vel plurimum affuit ingenii. Ejus enim est Iphigenia, oratorum laudibus celebrata, qua stante ad aras peritura, cum moestos pinxisset omnes, praecipue patruum, cum tristitiae omnem imaginem consumpsisset, patris ipsius vultum velavit, quem digne non poterat ostendere.* Mentionem ejus & Cicero facit in Oratore; sed ut nomen itidem non exprimat. VORST. Vide de Timanthe Aelian. L. IX. V. H. c. 11. ibique Schefferum. PERIZON.

31. *Immolatae Iphigeniae sacrificium*] Cum Graeci venissent ad Aulidem, Agamemnon imprudens cervam Dianae occidit. Unde irata Dea tempestatem excitavit, ut navigare Graeci non possent. Ad illam igitur placan-

Plin. xxxv. 10. Quint. 2. 13. niae sacrificium referens, cum [32] Calchanta tristem, [33] moestum Ulyssem, clamantem Ajacem, lamentantem Menelaum circa aram statuisset, caput Agamemnonis involvendo, nonne summi moeroris acerbitatem, arte exprimi non posse confessus est? [34] Itaque pictura ejus, aruspicis, amicorum, & fratris lacrymis madet: patris fletum spectantis affectui aestimandum reliquit.

7\. Plin. xxxv. 10. Plut. de fort. Alexand. Atque ut ejusdem studii adjiciam exemplum, [35] praecipuae artis pictor equum ab exercitatione venientem; [36] modo non vivum labore industriae suae comprehenderat. cujus naribus spumas adjicere cupiens, tantus artifex in tam parvula materia multum ac diu [37] frustra terebatur. Indignatione deinde accensus, spongiam omnibus imbutam coloribus forte juxta se positam apprehendit, [38] & veluti corrupturus opus suum, tabulae illisit. Quam fortuna ad ipsas equi nares directam [39] desiderium pictoris coëgit explere. [40] Itaque quod ars adumbrare non valuit, casus imitatus est.

dam Iphigenia, Agamemnonis regis filia, immolanda fuit. Vide Euripidis Iphigeniam in Aulide. VORST.

32\. *Calchanta tristem*] Calchas fuit sacerdos: quem paulo post & *aruspicem* vocat. VORST.

33\. *Moestum Ulyssem, clamantem Ajacem.* Badius *Orestem*, pro *Ajacem* legendum putat, quod mihi magis placet, quam *Ajacem*. Sed judicet lector. GLAREAN.

34\. *Itaque pictura ejus aruspicis, & amici, & fratris lachrymis madet*] In Cauchiano melius, *& amicorum*. Ulyssem namque & Ajacem intelligit. PIGH. *Pictura ejus aruspicis, amicorum & fratris lacrymis madet. Amicorum* rescripsit Pighius ex cod. Cauchiano; cum ante editum esset *amici*. Habet ita unus quoque cod. Brandeb. Intelliguntur autem Ulysses & Ajax. *Frater* porro est Menelaus; non Iphigeniae, sed hujus patris Agamemnonis. VORST. *Amicorum* habet etiam Ultraj. prim. ceteri *amici* retinent cum omnibus Editionibus. Deinde inter *aestimandum* & *existimandum* denuo fluctuant MSS.

35\. *Praecipuae artis pictor*] *Nealcem* vocat Plin. Lib. xxxv. 10. & simile quid Protogeni in cane anhelante pingendo accidisse refert.

36\. *Modo non vivum*] *Modo non* pro *fere, propemodum*; ut alibi pro eodem non raro *tantum non*. VORST. *Modo non* eodem modo usurpavit, quo alibi *tantum non*. GLAREAN.

37\. *Frustra tenebatur*] Rectissime Lib. Dan. *terebatur*. Sic Lib. 1. cap. 8. legendum: *Ubi conserti dubio certamine terebantur*. COLER. *In tam parvula materia multum ac diu terebatur.* Quod Pighius ut diversam lectionem in marg. posuerat, id Colerus recepit in textum; scribitque *terebatur*: id quod idem & in cod. P. Dan. observavit. Ipse quoque in utroque cod. Brand. id observo Habetque non aliter vetus editio Mart. Herbip. Pighius ediderat *tenebatur*. VORST. *Terebatur* habent Leid. quint. Ultraj. sec. Duac. & pro varia lectione Bit. prim. Ed. Mog. adscripsit Perizonius. sic. L. VIII. 14. init. *Quorum in contemplandis hujus modi rebus cura teritur.*

38\. *Et, veluti corrupturus opus suum, tabulae illisit*] Edd. ante Pigh. *Et eam veluti corrupturus* &c. quod pronomen tamen in paucissimis comparet MSS.

39\. *Desiderium pictoris coëgit explere*] Margines tui praeferunt, *coëgit exemplare*. quod & in meo est libro. Verbum ignotius fuit, in quo turbant: & me judice, *eximplere* quomodo & *Adimplere* dicimus, aliaque compositione gemina. LIPS. *Exemplare* Ultraj. sec. Duac. & Ed. Mog. ceteri *explere*. paulo ante est, qui omittit *tabulae*.

40\. *Itaque quod adumbrare non valuit*] Sic Pighius & eum secuti, ubi vitio typographi *ars* omissum notabat Gudius, habent enim hoc Edd. & MSS. praeter Mog. & Ultraj. sec. omisit primus Colerus. Itaque revocavi.

CA-

CAPUT XII.

OPTIMIS ARTIUM MAGISTRIS CONCEDENDUM ESSE.

UT FACTUM APUD ROMANOS.

1. *Furio & Cascellio in jure praediatorio.*

APUD EXTEROS.

1. *Euclidi in geometria.*
2. *Philoni in architectura.*
3. *Apelli in pictura.*

Suae autem artis unumquemque [1] & auctorem, & disputatorem optimum esse, ne dubitemus, paucis exemplis admoneamus.

[2] Q. Scaevola legum clarissimus & certissimus [3] vates, [4] quotiescunque de jure praediatorio consulebatur, ad Furium, & [5] Cascellium, [6] quia huic scientiae dediti erant, consultores rejiciebat. Quo quidem facto moderationem magis suam commendabat, quam auctoritatem [7] minuebat, ab his 1. Cic. pro Balb. 20.

1. *Et auctorem & disputatorem optimum esse*] In Wincheliano, *& actorem.* Cicero in Bruto. *Et actori summo causarum & magistro.* PIGH. *Et auctorem & disputatorem optimum esse.* Pighius in uno cod. pro *auctorem* reperit *actorem:* id quod & genuinum putat, inque textum recipit. Addit item quod Cicero similiter dixerit, *Summus causarum actor.* Verum parum simile hoc est alteri. Neque enim, quia *causam agere* dicitur, ideo & *artem agere*; dicendum videtur. VORST. *Et auctorem & disputatorem optimum esse ne dubitemus paucis exemplis admoneamus.* quam inepte, *admoneamus ne dubitemus.* Lege omnino *admoneamur*, id est discamus. PERIZON. *Admonemur* habet Leid. quart. *Admoneamur* Ultraj. prim. Unus, nescio quis, *admonemur*, al' *admoneamus*. Ceterum *auctorem* retinent omnes MSS. & Edd. ante Pighium, quod bene restituit Vorstius.

2. *Q. Scaevola clarissimus legum vates, & certissimus, quotiescunque de jure praetorio consulebatur*] Haec meliore ordine & correctius in manuscriptis, *Q. Scaevola legum certissimus, & clarissimus vates, quotiescumque de jure praediatorio consulebatur.* Sic etiam Cicero in Balbiana, *Cum de jure praediatorio consulebatur.* PIGH. *De jure praediatorio.* Ita recte Pighius ex MSS. restituit; cum ante editum esset *jure praetorio.* In codd. Brand. est quidem *praetorio:* sed vera lectio *praediatorio*, in uno tamen itidem adjecta est. Cicero in Orat. pro Balbo, ubi eadem de re agit, habet itidem sic, *Cum de jure praediatorio consuleretur.* Est autem *praediatorium jus* quod pertinet ad praedia. Quique juris hujus periti erant, à Cicerone in eadem oratione *praediatores* dicti. VORST. *Praediatorio* clare habet Leid. quint. reliqui cum antiquis Edd. *praetorio.* quod bene rejicit Pighius.

3. *Vates*] Vide Rupert. ad Pomp. de Orig. Jur. p. 385. PERIZON.

4. *Quotiescumque de jure praetorio consulebatur*] Hoc loco ingens mendum est, ubi perperam sic legitur, *quotiescumque de jure praetorio consulebatur*, pro quotiescumque de jure praediatorio consulebatur. Eruit hunc errorem Philippus Beroaldus super Suet. in Claudio tit. 9. quae quia paucis dici non possunt ibi videantur. Sabellicus professus est se non intelligere. Oliverius autem ne somniavit quidem, ut ex ejus interpretatione facile colligitur. GLAREAN.

5. *Cascellium*] Hujus & supra VI. 2. 12. mentio facta: vocaturque ibi *vir juris civilis scientia clarus.* Sed nomen ejus varie effertur; ut ad superiorem locum monuimus. VORST.

6. *Quia huic scientiae*] An legendum *Qui?* PERIZON. Sic Harl.

 7. *Mi-*

his id negotium aptius explicari posse confitendo, [8] qui quotidiano ejus usu callebant. Sapientissimi igitur artis suae professores sunt, à quibus & propria studia verecunde, & aliena callide aestimantur.

Externa.

1. Platonis quoque eruditissimum pectus haec cogitatio attigit: [9] qui conductores sacrae arae [10] de modo & forma ejus secum sermonem conferre conatos, [11] ad Euclidem Geometram ire jussit, scientiae ejus cedens, imo professioni.

2. Gloriantur Athenae armamentario suo: nec sine caussa. est enim illud opus & impensa & elegantia visendum. Cujus architectum Philonem ita facunde rationem institutionis suae in theatro reddidisse constat, ut disertis-

Cic. de Or. I. 14. Plin. VII. 37.

7. *Minuebat*] Lego ex Lib. Dan. *quam auctoritatem muniebat.* COLER. Frustra.

8. *Qui quotidiano ejus usu callebant*] *Callere* pro *callum contrahere:* sed per metaphoram; ut experientia & multus rerum usus significetur. Justinus XXIV. 4. *Augurandi studio Galli praeter ceteros callent.* Ubi non erat quod Bongarsius legendum conjiceret *clarent.* VORST. Liv. Lib. XXXV. 26. *Eo plus in ea, quorum usu calleret spei nactus, breve id tyranno gaudium se effecturum affirmabat.* Solin. I. 14. *callere arte sagittaria.* plura loca dat Doct. Munkerus ad Hygin. Fab. 126. ut frustra inter variantes Gudii notetur, *F. pollebant.*

9. *Qui conductores sacrae arae modum ac formam ejus secum sermone conferre conatos*] In Atrebatensi, Wincheliano & Pulmanniano; *De modo ac forma ejus secum sermonem conferre conatos.* Sed quaenam haec ara tanti moliminis ac operis, ut de ejus structura concipienda tot consiliis fuerit opus? Locus valde mihi suspectus est. In Wincheliano, *conductores viae sanctae* legitur, atque etiam mendose, ni fallor; nam puto legendum esse, *conductores sacrae arcis*, ut intelligamus auctorem loqui de arce Minervae, celeberrimo atque magnificentissimo Athenarum aedificio, cujus saepe meminit Pausanias in Attica, in ea omnium sanctissimum Minervae signum de coelo delapsum dedicatum fuisse scribens. Meminit ejus item noster Valerius Lib. V. cap. 3. & Lib. III. cap. I. PIGH. *Sacrae arcis.* Erasa vera lectio in Lib. Dan. & adscriptum orae: *viae sacrae.* Vulgata lectio à Pighio est. Sed quis dubitet sacram arcem., nobilissimum aedificium, jam ante Platonem fuisse exstructum? Manuscripti mei ceteri: *sacrae arae.* Doctissimus Mitallerius Aram Apollinis in Delo intelligit. quem vide. COLER. *Conductores sacrae arae.* Ita veteres codices, tam MSS. quam typis expressi; nisi quod in uno cod. Pighius scriptum reperit *viae sanctae.* Sed putat tamen Pighius legendum esse *sacrae arcis*; quod & in ipsum textum intulit: ut intelligatur, Valerium agere de arce Minervae, celeberrimo & magnificentissimo Athenarum aedificio. Verum quis dubitet arcem Minervae jam ante Platonem extitisse? Mitallerius *aram Apollinis* in Delo intelligit. *Conductores arae* sunt qui certo pretio eam exaedificandam susceperunt. VORST. MSS. retinent *arae*, nisi quod unus aut alter habet pro varia lectione *viae*. Nec dubitari potest, quin loquatur de ara Apollinis in Delo, ut Mitallerius explicuit, si inspiciatur Plutarch. De Genio Socratis p. 529. Ed. Franc.

10. *De modo & forma ejus secum sermonem conferre conatos*] Sic uterque Ultraj. Leid. quint. sept. Ed. Mog. Mediol Ascens. Sed scripti reliqui cum Ven. Ald. & ceteris, *Modum & formam ejus secum sermone conferre conatos.* Non dubium est, quin Pighius recte alterum praetulerit.

11. *Ad Euclidem Geometram ire jussit*] Sic omnes MSS. & Edd. Mitallerius emendavit *Eudoxum*, quoniam a Plutarcho appellatur *Eudoxus Gnidius*, ad quem Plato eos ablegaverit, idque video laudari in notis ad Gell. L. VI. 10. ut fieri quoque a Menagio ad Diog. Laërt. init. Euclidis notabat Perizonius. Sed

tissimus populus [12] non minorem laudem eloquentiae ejus, quam arti tribueret.

[13] Mirifice & ille artifex, qui [14] in opere suo moneri se à sutore de crepida, [15] & ansulis passus, [16] de crure etiam disputare incipientem, supra plantam ascendere vetuit. 3. Plin. xxxv. 10. de Apelle.

Sed vereor, ut hic Valerius de vero nomine Geometrae satis fuerit sollicitus, & celeberrimi Geometrae nomen satis circumspecte arripuerit.

12. *Non minorem laudem eloquentiae ejus quam arti tribuerit*] MSS. *Quam arti tribueret.* & sic Edd. Mog. Ven.

13. *Mirifice & ille artifex*] Est is Apelles, ut ex Plinii L. xxxv. c. 10. scire licet. VORST.

14. *In opere suo*] In MSS. novem *est in opere sui moneris a sutore suo.* in Ultraj. *in opere sui moneri*, & sic Mog. an *in opere sui muneris moneri se?* ut saepe talia ob vicinitatem scripturae omissa vidimus. Harl. *in opere sui numinis eas sutorem suum.*

15. *Et ansulis*] Vide Scheffer. ad Aelian. Lib. IX. 11. & Eustath. de voce ἀναγωγίδας. PERIZON. Quem & ipsum vide ad Aelian.

16. *De crure etiam*] Lib. Daniel. *Et quidam sutorem de sura disputare incipientem.* quasi hoc exemplum non ad Apellem pertineat. sed pro illa lectione stat Plinius. COLER.

CAPUT XIII.

[1] DE SENECTUTE MEMORABILI.

IN ROMANIS.

1. *M. Valerio Corvo sexies Cos.*
2. *L. Metello pont. max.*
3. *Q. Fabio Max. Verrucosso.*
4. *M. Perperna censorio.*
5. *App. Claudio Coeco.*
6. *Mulieribus, Livia, Terentia, & Clodia.*

IN EXTERNIS.

1. *Hierone Siciliae, & Masinissa Numidiae, regibus.*
2. *Gorgia Leontino.*
3. *Xenophilo Chalcidensi.*
4. *Argantonio Gaditanorum rege.*
5. *Aethiopibus, Indis, & Epimenide Cnosio.*
6. *Gente Epiorum Aetola.*
7. *Danthone quodam, & Latmiorum regibus duobus.*

Senectus quoque ad ultimum sui finem provecta, in hoc eodem opere, inter exempla industriae, in aliquot claris viris [2] conspecta est. separatum tamen & proprium titulum habeat; ne, cui deorum immortalium praecipua indulgentia adfuit, [3] nostra ornata mentio defuisse existimetur: [4] &

1. *De Senectute Memorabili*] MSS. fere omittunt *Memorabili.*

2. *Conspecta est*] Lege, *esto.* LIPS. Male. supra in capite de Industria multos valde senes, & in senectute etiam industrios retulit auctor, quo hic respicit. PERIZON.

3. *Et nostra ornata mentio*] *ei* legimus. CORRAD. *Et nostra ornata mentio defuisse existimetur*] In manuscriptis recte, *Ei nostra ornata, &c.* In Susiano & Pulmanniano, *Nostra ornata mentio, &c.* PIGH. *Ei nostra ornata mentio defuisse existimetur*] Ambigebam pridem de lo-

co:

[4] & simul spe diuturnioris vitae, quasi adminicula quaedam dentur, [5] quibus insistens alacriorem se respectu vetustae felicitatis facere possit: tranquillitatemque saeculi nostri, qua nulla unquam beatior fuit, subinde fiducia confirmet, salutaris principis incolumitatem [6] ad longissimos humanae conditionis terminos prorogando.

1. Cic. Catone. Plin. VII. 48. Plut. Mario.

[7] M. Valerius Corvus centesimum annum complevit. [8] cujus inter primum & sextum consulatum quadraginta septem anni intercesserunt: suffecitque integris viribus corporis [9] non solum speciosissimis reipublicae ministeriis, sed etiam exactissimae agrorum suorum culturae, & civis, & patrisfamilias optabile exemplum.

Cu-

co: quia superbe illud de se scriptum, *ornata nostra mentio.* Sambuci codex subvenit pulchre: *ei oratione nostra mentio defuisse.* LIPS. *Ei nostra ornata mentio defuisse videatur. Ornata* minus commodum visum est Lipsio: quod nimis superbe de se scripsisset Valerius. Commodum igitur ei subvenit codex Sambuci, in quo scriptum reperit, *Ei nostra oratione mentio def. vid.* Et sane pro *ornata* rescribendum esse *oratione* & nobis videtur. VORST. *Ornata mentio.* Qua eos ornare conamur cum laude & admiratione conjuncta. Sic *honoratus animus* L. VIII. 14. 2. L. VIII. 15. 9. PERIZON. *Ornata* tuentur MSS. omnes, nec aliud intelligit, quam mentionem quae ornet, laudet senectutem, ut recte Perizonius monuit. Sed omnes etiam omittunt pronomen *ei* cum Mog. & Mediol. Edd. pro quo Ven. Ald. & ceteri habent *&*. Ascens. tamen *ei*, quod millies omittitur. itaque MSS. secutus sum.

4. *Et simul spe diuturnioris vitae*] Lege, *spei.* LIPS. *Et simul spe diuturnioris vitae quasi adminicula quaedam dentur.* Ita sane magno consensu codices. Non dubito tamen quin recte se habeat conjectura Lipsii putantis pro *spe* legendum esse *spei.* VORST. Imo *spe* retinent recte MSS. omnes. *Senectuti dantur quasi adminicula quaedam, quibus insistens alacriorem se facere possit per spem vitae diuturnioris.* sive dum datur illi haec spes. Placet tamen, nequid dissimulem, Lipsii conjectura etiam Perizonio.

5. *Quibus insistens alacriorem se respectu vetustae felicitatis facere possit*] Ita Aldus ediderat. Habentque ita & codices Brand. Pighius, quod putaret orationi aliquid deesse, adjecit *quis*, ediditque *facere quis possit*; Verum orationi nihil quicquam deest. Loquitur enim rursus de ipsa spe diuturnioris vitae; vultque adminiculis, de quibus praedixit insistentem sese ipsam alacriorem facere posse. Et confirmatur eo conjectura Lipsii de verbis proximis superioribus: quod videlicet legendum sit *spei*, quodque ipsi spei diuturnioris vitae adminicula dari auctor velit. VORST. *Quis* cum ab omnibus abesset MSS. nec desideretur, si de senectute, uti debet, accipiatur, etiam hinc abesse jussi, nulla auctoritate a Pighio immissum.

6. *Ad longissimos humanae*] Adulatur Tiberio, more illorum temporum, longaevam ei vitam precando. quin & particulam vitae propriam, demptam sibi Caesaribus suis donabant de qua re multa multi. Sed, o vanas largitiones! Sapiens mihi Varro, Modio: *Non eos optime vixisse; qui diutissime vixerint, sed qui modestissime.* COLER.

7. *M. Valerius Corvinus*] Ita veteres typis expressi, & Brand. quoque MSS. Pighius nescio qua de causa maluit *M. Val. Corvus.* Plinius quoque VII. 48. *Corvinum* vocat. VORST. Vide quae notavi supra ad L. III. 2. 6. Tamen hic quoque MSS. *Corvinus* servant.

8. *Cujus inter primum & sextum consulatum quadraginta sex anni intercesserunt*] In Campensi & Cauchiano, *quadraginta & septem.* Bene ac numerate, tot enim annos ponunt inter primum & ultimum M. Corvi consulatum fasti Capitolini. PIGH. *Septem & quadraginta*, Ultraj. prim. reliqui *quadraginta & sex* cum Edd.

9. *Non solum speciosissimis Reip. ministeriis*] Nonnulli MSS. *Non solus publicis ministeriis.*

10. *Metellus*] Veterem querelam merito hic quoque moverim, cum tot fuerint Metelli, authorem ne uno quidem verbo dignatum indicare, de quonam loquatur Metello. Olive-

Cujus vitae spatium aequavit [10] Metellus: [11] quartoque anno post consularia imperia, senex admodum pontifex max. creatus, tutelam caerimoniarum per duos & viginti annos, neque ore in votis nuncupandis haesitante, [12] neque in sacrificiis faciendis tremula manu, gessit.

2. Ann. urb. 510. Cic. Catone. Plin. VII. 48.

Q. autem Fabius Max. [13] duobus & sexaginta annis auguratus sacerdotium sustinuit, robusta jam aetate id adeptus. quae utraque tempora si in unum conferantur, facile saeculi modum expleverint.

3. Usque ad ann. urb. 550. Livius XXX. 26. Plin. VII. 46.

Jam [14] de M. Perperna quid loquar? qui omnibus, [15] quos in senatum consul vocaverat, superstes fuit: [16] septem quoque tantummodo, quos censor collega L. Philippi legerat, è patribus conscriptis reliquos vidit; toto ordine amplissimo [17] diuturnior.

4. Ann. urb. 661. Ann. urb. 167. Plin. VII. 48. Dion. 41.

Ap-

verius de Q. Metello Pio intelligit, cum author de L. Metello loquatur ut ex Cicerone colligitur. L. quidem Metellus vixit primo bello Punico Cos. A. 502. & 506. Pius autem Cos. A. 674. distant igitur plus centum quinquaginta annis. Idem de proximis duobus exemplis dicimus, quorum prius de Fabio Verrucoso intelligendum. Et in Livii Lib. X. tertiae decados, de eodem Fabio, legendum, duos & sexaginta annos augurem fuisse, non duos & quadraginta. Error facilis est in XLII. & LXII. transpositione literae X & L. posterius autem exemplum, de Perpenna consule intelligendum. sicut Lib. III. cap. 4. non de praetorio viro a Pompejo caeso. de quo Lib. VI. cap. 2. talia multa male a commentatoribus exposita consulto transilimus. GLAREAN.

11. *Quartoque anno post consularia imperia*] Malim, *Quarto qui anno*. PERIZON.

12. *Neque in sacrificiis faciendis tremula manu gessit*] MSS. quinque *se gessit*, quasi esset *gessit se tutelam*. quod non probem. De tremula manu, & voce haesitante, quae utraque male ominata erant, confer quae refert de puero Macedone ministrante Alexandro sacrificanti. L. III. 3. Ext. 1.

13. *Duobus & sexaginta*] XLII. Livius Lib. XXX Plinius vero Libr. VII. cap. 48. scribit. CORRAD. *Duobus & sexaginta*. Plinius *sexaginta trib. annis* COLER. Leid. primo *Duobus & quadraginta annis*. & sic Ed. Mog. Liv. tamen loco in margine citato, *Augurem duos & sexaginta annos fuisse, a quibusdam traditum* narrat.

14. *De M. Perperna*] Plerique scripti *Perpenna*.

15. *Quos in senatu rogaverat*] Veteres libri sic, *Quos in senatum consul vocaverat*. Malim tamen ut Plinius, qui hoc exemplum à Valerio mutuasse videtur, *quos sententiam consul rogaverat*. vel *quos in senatu consul rogaverat*. PIGH. *Omnibus quos in senatu consul rogaverat*. Ita Aldus ediderat. Neque sustinuit mutare Pighius; quamvis in codd. MSS. reperiret, *Quos in senatum consul rogaverat*. Mallet tamen pro *in senatu* legere *sententiam*; quia Plinius, qui Valerium secutus videatur, lib. VII. c. 48. scribat, *M. Perpernam omnium, quos in consulatu sententiam rogaverat, superstitem fuisse*. Codicum Brand. unus sic habet, ut in codd. MSS. scriptum reperit Pighius: alter *quos in senatum convocaverat*. Quorum posterius & in Fanovictoriensibus membranis esse testatur Gronovius. Denique Chalcocondyles ex cod. Parrhasii edidit, *Quos in senatu vocaverat:* & Mart. Herbip. *Quos in senatum consul convocaverat*. Mihi propter tantum codicum consensum τὸ *in senatum* genuinum videtur. Si vero hoc genuinum sit, legendum porro fuerit *vocaverat*. Gronovio item vera lectio videtur, *Quos in senatum consul vocaverat*. Vide Notas ejus ad Livii II. 55. ubi phrases *in senatum*, *in concionem vocare* & in Livio demonstrat. VORST. MSS. *Quos in senatum vocaverat*, vel *quos in senatum convocaverat*, vel, *quos in senatum consul convocaverat*. sic Mog. pauculi *senatu*. Credidi verum esse, *quos in senatum consul vocaverat*, cum principe criticorum J. Fr. Gronovio. Itaque sic edidi.

16. *Septem quoque tantummodo*] MSS. complures *septemque tantummodo*.

17. *Diuturnior*] Vixisse annos XCVIII. Plinius ait. COLER.

18. *Ut*

5. Appii vero aevum clade metirer, quia infinitum numerum annorum orbatus luminibus exegit, nisi quatuor filios, & quinque filias, plurimas clientelas, rem denique publicam, hoc casu gravatus, fortissime rexisset. Quin etiam fessus jam vivendo, lectica se in curiam deferri jussit, [18] ut cum Pyrrho deformem pacem fieri prohiberet. [19] Hunc caecum aliquis nominet, à quo patria quod honestum erat, per se parum cernens, coacta est pervidere?

Ann. urb. 472. Cic. Catone, Livius XIII. & alii.

6. Muliebris etiam vitae spatium non minus longum in compluribus apparuit; quarum aliquas strictim retulisse me satis erit. Nam & Livia Rutilii septimum & nonagesimum, & Terentia Ciceronis [20] tertium & centesimum, [21] & Clodia Aufilii, [22] quindecim filiis ante amissis, quintum decimum & centesimum explevit annum.

Plin. VII. 48.

Externa.

1. Jungam his duos reges, quorum diuturnitas [23] populo Romano fuit utilis-

18. *Ut cum Pyrrho*] Huc pertinent illa prisci Poëtae:

Orator sine pace redit, Regique refert rem.

Citat Varro. Intelligit autem Cineam, quem Pyrrhus miserat de Pace. Ex Oratione Appii, Ennii illa sunt:

Quo vobis mentes, rectae quae stare solebant
Antehac dementi se se flexere via?

Citat Cicero. Vetus inscriptio: APPIVS. CLAVDIVS. C. F. CAECVS. CENSOR. CONSVL. BIS. DICTATOR. INTERREX. III. PR. II. AED. CVR. II. Q. TR. MIL. III. COMPLVRA. OPIDA. DE. SAMNITIBVS. CEPIT. SABINORVM. ET. TVSCORVM. EXERCITVM. FVDIT. PACEM. FIERI. CVM. PYRRHO. REGE. PROHIBVIT. IN. CENSVRA. APPIAM. STRAVIT. ET. AQVAM. IN. VRBEM. ADDVXIT. Ejusmodi breviaria solebant veteres de illustribus viris conficere, qualia in Italia & alibi de Catone, Fabio Maximo, Sicinio Dentato, C. Mario, Cn. Pompejo & aliis reperta. COLER.

19. *Hunc caecum aliquis nominet*] Tres *hunc caecum quis nominet*. duo delent *per se*. Sex *coacta est providere*, ut est in vulgatis Edd.

20. *Tertium & centesimum*] Praeter morem Latinorum authorum, atque adeo contra suum ipsius usum, hic minorem numerum ante *centum* praeponit, cum paulo post de Gorgia secundum Vallae praeceptum post centesimum minorem subnectat. Oliverius autem de Clodia hic posita, *quindecim filiis ante amissis*, legere mavult, ut significet illam XV. filiis exstinctis fuisse superstitem. Plin. tamen Lib. VII. etiam *enixis* legisse videtur. Verum cum hic non de multiplici partu, sed de iis, qui aliis supervixerunt, agatur, Oliverius non absque ratione motus videtur; & fieri potest, ut Plinii codex male habeat. GLAREAN. *Tertium & centesimum.* CXVII. scribit Plinius. CORRAD.

21. *Et Clodia Auli filia*] In Atrebatensi, Susiano, & Pulmanniano, *Clodia Aulisi* mendose, sed puto legendum *Aufilii*. Nam Plinius Clodiam Ofilii vocat, quod idem est. Formula loquendi antiqua est, qua mulieres adjunctis maritorum nominibus notabantur. Sic Livia Rutilii, supple uxor, Terentia Ciceronis, Julia Pompeji, Caecilia Crassi, Calpurnia Caesaris. PIGH. *Clodia Aufilii. Aufilii* rescripsit Pighius; cum ante editum esset *Auli filia:* quia in tribus codd. *Aulisi* reperit; & quia Plinius L. VII. c. 48. *Clodiam Ofilii* vocat Codices item Brand. non *Auli filia*; sed unus *Aulisi*, alter *Aulifili* habet. Locutio satis usitata est *Clodia Aufilii*; subaudito *uxor*. Ad hunc modum praedixit *Livia Rutilii*; & *Terentia Ciceronis*. VORST. Paris. quart. Barb. prim. *Aufili*. Leid. prim. *Alisi*. quint. *Aulisi*. Ultraj. prim. *Aulisili*. ceteri *Auli filia*, & sic etiam etiam Ed. Mog.

22. *Quindecim filiis ante enixis*] Plinius quoque enixam quindecies scribit, verum Campen-

lissima. Siciliae rector Hiero ad nonagesimum annum pervenit. Masinissa, Numidiae rex, hunc modum excessit, regni spatium sexaginta annis emensus, [24] vel ante omnes homines robore senectae admirabilis. Constat eum, quemadmodum Cicero refert libro quem de senectute scripsit, nullo unquam imbre, nullo frigore, ut caput suum veste tegeret, adduci potuisse. Eundem ferunt aliquot horis in eodem vestigio perstare solitum, non ante moto pede, quam consimili labore juvenes fatigasset: [25] at si quid agi a sedente oporteret, toto die saepenumero nullam in partem converso corpore in solio durasse. Ille vero etiam exercitus equo insidens, noctem dici plerumque jungendo duxit: nihilque omnino ex iis operibus, quae adolescens sustinere assueverat, [26] quo minus senectute ageret, omisit. Veneris etiam usu ita semper viguit, ut post sextum & octogesimum annum [27] filium generarit, [28] cui Methymnato nomen fuit. Terram quoque, quam vastam & desertam acceperat, [29] perpetuo culturae studio frugiferam reliquit.

Ad ann. urb. 53[illegible] Livius [illegible] xxiv. Lucian. Macr.

Ad ann. urb. 605. Livius L. Plin. vii. 14. & 48. Appian. Lib. p. 35. 49. Liv. xlviii. Eutr.

Gor-

pensis, Gemblacensis aliique veteres libri; *Quindecim filiis ante amissis* legunt. Quam lectionem probare malim, non enim hic foecunditatis exempla quaerimus. PIGH. *Quindecim filiis ante amissis*] *Amissis* rescripsit Pighius ex aliquot MSS. Estque idem & in codd. Brand. & in vetere typis expresso Martini Herbip. Aldus & Chalcoc. ediderant *ante enixis*. Quae lectio confirmatur fere eo quod Plinius vii. 48. scribit: *Clodia Ofilii CXV. haec quidem etiam enixa quindecies*. VORST. *Amissis* MSS. Ed. Mog. & Ven. *Enixis* Mediol. Ascens. Ald. & ceteri. Sed procul dubio recte Pighius amissis praetulit, quod vel τὸ *ante* additum satis indicat.

23. *Populo Rom.*] Paris. tert. Mog, *Reip. nostrae* cum vulgatis Edd. pro *Sexaginta annis*. Leid. prim. *quadraginta*.

24. *Vel ante omnes homines*] Vulgo ante Pighium, *Et ante omnes homines*, quod in quinque occurrit MSS. Ultraj. prim. conjunctionem omittit *vel*. cum Mog. *veste* est inter lineas Barb. prim.

25. *Ac si quid agi à sedente*] Veteres libri, *agere assidentem*. PIGH. *Siquid agere assidentem oporteret*. Ita Pighius se scribere ait è codd. MSS. Aldus ediderat, *Siquid agi à sedente oporteret*. Atque ita uterque etiam cod. Brand. habet. VORST. MSS. novem *at si quid agi a sedente*. Barb. prim. *agi a sed oporteret*. Ultraj. prim. *ac si quid agi assidentem oporteret*. Leid. quint. *Oportuisset*. *agi a sedente oporteret* omnes Edd. quod non opus fuit, ut Pighius mutaret. Non displicet etiam oppositio inter *sedentem* & *stantem* per *at*, quod in compluribus est scriptis.

26. *Quo minus senectute ageret*] In Susiano & Pulmanniano; *Cum senectutem ageret*. In Atrebatensi, *Quum illius senectutem ageret*. Sed legendum existimo, *Quum illam senectutem ageret*. Ita Cicero ad Atticum, *Agere quietam senectutem* dixit, libro xiv. PIGH. *Quo minus senectute ageret*. Ita veteres typis expressi, & MSS. item Brand. Pighius maluit, *quam illam senectutem ageret*; quod in duobus codd. repperisset, *cum senectutem ageret*; & in alio quodam *cum illius senectutem ag.* Mihi altera lectio magis placet; ut *senectute* sit pro *in senectute*. VORST. Cum Atrebat. convenit Ultraj. prim. c[illegible] *nullus senectutem ageret*, Leid. quint. ceteri cum Mog. & reliquis Edd. *quo minus senectute ageret*, quod mutatum a Pighio Vorstius restituit.

27. *Filium generarit*] MSS. complures *generaret*.

28. *Cui Methymnato nomen*] ὄνομα Θεμέων inquit Suidas. CORRAD. *Cui Methymnato nomen*. Valde in codicibus nomen hoc variat. In Brand. uno est *Methymno*, in altero *Mechimnio*. VORST. Sic nostri *Mechinio*, *Methymno*, *Mechinnio*, *Methynio*, *Methenno*, *Methinino*. Sic Mog. *Michnio*. Ven. *Mechino*, Mediol. *Methy-*

 mato

2. Cic. Catone. Plin. VII. 48. Quintil. III. I. Aelian. Var. H. II. 35. Lucianus μακροβ. Gorgias etiam Leontinus, Isocratis, & complurium magni ingenii virorum praeceptor, sua sententia felicissimus. Nam cum [30] centesimum & septimum ageret annum, interrogatus *quapropter tamdiu vellet in vita remanere: quia nihil*, inquit, *habeo*, [31] *quod senectutem meam accusem.* Quid isto tractu aetatis aut longius, aut beatius? Jam alterum saeculum ingressus, neque in hoc querelam ullam invenit, neque in illo reliquit.

3. Plin. VII. 50. Lucianus μακροβ. Biennio minor [32] Xenophilus Chalcidensis Pythagoricus, sed felicitate non inferior. Siquidem, ut ait Aristoxenus musicus, omnis humani incommodi expers, in summo perfectissimae splendore doctrinae extinctus est.

4. [33] Arganthonius autem Gaditanus tamdiu regnavit, quamdiu etiam ad sa-

mato Aldus & reliqui. Στέμβαν vocatur quidem a Suida; sed in Excerptis Polybii p. 174. unde sua Suidam hausisse bene monuit Kusterus, dicitur Στέμβαν⊛.

29. *Perpetuo culturae studio*] Barb. prim. Leid. sext. Ultraj. prim. *perpetuae*, sec. *perpetue*.

30. *Centesimum & septimum*] Vixit annos centum & octo, teste Plinio. De eo scribit Cincius Alimetus apud Fulgentium: *Qui dum jam silicernius sui finem temporis exspectaret, etsi mori non potuit, tamen infirmitatibus insultavit.* COLER.

31. *Quod senectutem meam accusem*] Harl. Barb. prim. Leid. prim. quint. Ultraj. prim. *quo senectutem meam accusem.* Harl. omittit *meam*. idem *seculum aggresso.* Ultraj. prim. *Quid isto gradu aetatis.*

32. *Xenophilus Chalcidensis*] Duo, *Zeno Philosophus Chalcidensis. Musicus* delet Ultraj. prim. Duo *in perfectissimo doctrinae splendore.*

33. *Arganthonius*] MSS. fere *Archatonius.* vel *Archatonus. Arganthonius* tamen Ultraj. sec. & Mog. Ed. Ven. *Archatonius.* Mediol. *Argathonius.*

34. *Sexaginta annos natus*] XL. sic etiam Plinius Lib. VII. cap. 8. CORRAD. *Cum ad imperium sexaginta annos natus accessisset*] Manuscripti codices, *quadraginta annos*, produnt; quemadmodum & Plinius, & Cicero in Catone. Lucianus ex Anacreonte, ni fallor, poëta centum quinquaginta annos vixisse Arganthonium tradit, sed puto Valerium sequi in his Ciceronem; & Plinium utrosque. PIGH. *Quadraginta annos natus.* Sic & codices Brand. Aldus ediderat *sexaginta.* Sed mutavit id Pighius. VORST. Ultraj. prim. *Sexaginta*, reliqui *quadraginta* anteferunt cum Mog. Mediol. & Ascens. Ultraj. prim. *natu* Bit. prim. *nactus quadragenarius.*

35. *Centum illum & triginta annos explevisse commemorat*] Lege, ut in Susiano & Pulmanniano, *Centum illum & viginti annos explesse.* Astipulantur enim huic numero Herodotus, & alii jam dicti auctores Cicero & Plinius. PIGH. *Centum illum & viginti.* Codex Danielis: CXXX. contra mutationem Pighii. quod magis placet. Supra Valerius expresserat numerum CXX annorum. jam ex Asinio aliquanto ampliorem adjungit. Quin & Plinius auctor est Anacreontem huic Argantonio CL. annos vitales tribuisse. Idem Lucianus scribit. Versus Anacreontis exstant apud Strabonem Libro III. Silius Italicus:

Argantoniacos armat Carteia nepotes.
Rex proavus fuit humani ditissimus aevi.
Ter denos decies emensus belliger annos. COLER.

Centum illum & triginta annos explesse. Hic quoque mutandum putavit Pighius, & quidem pro *triginta* scribendum *viginti.* Verum reputandum erat, Valerium non eundem plane numerum, quem jam expresserat, repetere, sed paulo majorem exprimere voluisse; qui quidem ab Asinio Pollione tributus Arganthonio fuerit. Numerum CXX. annorum jam expresserat, ejusque certos auctores esse scripserat. De Asinio autem Pollione peculiariter memorandum erat, quod ille decem annos amplius, atque ita CXXX. Arganthonio tribuisset. Habentque ita codices Brand. & cod. P. Dan. ut Colerus testatur. VORST. Appian. in Iber. p. 104. tribuit ei centum & quinquaginta annos. vide & Basil. Magn. de Graec. script. p. 31. Ed. Angl. PERIZON. *Et viginti*, solus habet Bit. prim. Perizonius notavit, legendum cum aliis, *centum & triginta annos.*

36. *Et ipse numerosae vivacitatis haud parvum exem-*

satietatem vixisse abunde foret. Octoginta enim annis patriam suam rexit, cum ad imperium [34] quadraginta annos natus accessisset: cujus rei certi sunt auctores. Asinius etiam Pollio non minima pars Romani styli, in tertio historiarum suarum libro, [35] *centum illum & triginta annos explesse* commemorat: [36] & ipse nervosae vivacitatis haud parvum exemplum.

Herod. III. Cic. Catone. Plin. VII. 48. Lucian. μακροβ.

Hujus regis consummationem annorum minus admirabilem faciunt Aethiopes: *quos* [37] Herodotus scribit *centesimum & vigesimum annum transgredi.* [38] Et Indi, de quibus [39] Ctesias idem tradit. Et Epimenides Cnosius; *quem* Theopompus dicit *septem & quinquaginta & centum annos vixisse.* 5.

Herodot. III. Plin. VII. 48. Laërt. in vita.

[40] Hellanicus vero ait, [41] *quosdam ex gente Epiorum*, quae pars est Aetoliae, 6.

exemplum] Inepte dictum *numerosa vivacitas*, cum proprie significet naturalem vivendi vigorem numeri non capacem, cum in singulis rebus una morte finiatur. Rectius itaque in Campensi, Cauchiano, Gemblacensi, & Atrebatensi, *Et ipse nervosae vivacitatis haud parvum exemplum.* PIGH. *Et ipse nervosae vivacitatis haud parvum ex. Nervosae* est & in codd. Brand. Aldus ediderat *numerosae.* Sed mutavit id Pighius. VORST. Plerique nostri cum Mog. etiam *nervosae*, Ultraj. tamen uterque & Copes. *numerosae.*

37. *Herodotus scribit*] Atqui L. III. scribit: ἔτεα μὲν εἴκοσι καὶ ἑκατόν. CORRAD. *Centesimum & trigesimum annum transgredi.* Lege, *centesimum & vigesimum*, ut in quinque vel sex manuscriptis exemplaribus, atque etiam Herodoto, qui ἔτεα μὲν εἴκοσι καὶ ἑκατὸν prodit. PIGH. *Centesimum & vigesimum.* Concessus hic vitae numerus, natura. Sic enim scribit Servius, doctissimus commentator: *Tribus humana vita continetur. Natura, cui ultra centum & viginti Solstitiales annos concessum non est. Fato cui, nonaginta anni hoc est tres Saturni cursus exitium creant: nisi forte altarum stellarum benignitas etiam tertium ejus superet cursum. Fortuna, id est, casu, qui ad omnia pertinet, quae extrinsecus sunt: ut ad ruinam, incendia, naufragia, venena.* Trebellius Pollio in vita Claudii: *Doctissimi Mathematicorum centum & viginti annos homini ad vivendum datos, judicant neque amplius cuiquam jactitant esse concessum: etiam illud addentes, Mosen solum Dei (ut illi loquuntur) familiarem* CXXV. *annos vixisse.* COLER. *Trigesimum*, habent Paris. tert. Barb. prim. Bit. prim. & Ultraj. prim. reliqui *vigesimum* cum Ed. Mog.

38. *Et Indi*] De Indis multo aliter Arrianus Lib. VIII. Plin. L. VII. cap. 48. & Laërt. CORRAD. Arrian. L. VIII. 9. ὅτι τεσσαρακοντούτεις ἀποθνήσκουσιν οἱ πρεσβύτατοι αὐτῶν. Longaevos porro esse etiam *Hyperboreos* tradit Fest. in *Hyperborei*, & *Numidas.* in *Numidae.* quae loca Perizon. adscripsit. item videndum Spanhem. in Jobo p. 375. & praecipue p. 382. nec non Usser. in Chron. Sacr. cap. 12. Ext.

39. *Ctesias quidem*] Edit. Venet. *Ctesias idem.* scilicet Ctesiam idem de Indis tradidisse, quod Herodotus de Aethiopibus. Scio alias multa de Aethiopibus scribi, quae eadem quoque de Indis. Et Ctesias ille Syriaca etiam & Persica scripserat, teste Strabone Lib. XIV. COLER. *De quibus Ctesias item tradit. Idem* Colerus se scribere ait ex editione Veneta. Estque ita & in editione Chalcoc. quae ex cod. Parrhasii est expressa. Alii tum MSS. tum typis expressi pro *idem* habent *quidem.* VORST. Lege cum Colero *Idem.* PERIZON. *Quidem* invasit Edd. omnes. & est in MSS. septem: e quibus aliquot *Esevas*, item *Eseias*, & *Oseias* habent. *Eseias* Mog. pro *Cnosius* aliquot *Gnosius* praeferunt. Barthius legebat, *quasi idem.*

40. *Hellanicus*] Duo *Tellanecus.* sex *Tellanicus.* unus *Telanicus*, unus *Thalinicus.* item *Tollanicus. Tellanicus.* Mog. Sed verum *Hellanicus* servat Copes.

41. *Quosdam ex gente Epiorum*] Winchelianus, *ex gente Eliorum.* Item recte. nam Stephanus de urbibus *Elios* vel *Eleos* olim à rege Epeo appellatos *Epios* fuisse, eosdem patronimica voce dictos *Endymioniadas*, quod Epeus Endymionis filius à quibusdam diceretur. PIGH. *Epiorum.* Lib. Dan. & quaedam editiones: *Epiporum.* Epii sane sive Epei Achajae pars sunt. non Aetoliae, teste Plinio, Strabone; aliis. An forte legendum *Epiriorum? Epirii* iidem dici potuere, qui & Acarnanes. adi Strabonem

Plin. VII. 48. liae, [42] *ducentos explere annos:* [43] eique subscribit Damastes hoc amplius adfirmans, [44] *Lictorium quendam ex his maximarum virium, staturaeque praecipuae, trecentesimum annum cumulasse.*

7. Plin. VII. 48. [45] Alexander vero in eo volumine, quod de Illyrico tractu composuit, affirmat [46] *Danthona quendam ad quingentesimum usque annum nulla ex parte se-*

nem Lib. x. COLER. *Quosdam ex gente Epiorum, quae pars est Aetoliae.* Plinius VII. 48. *Quosdam in Aetolia Epiorum gentis.* Sed notat Colerus, librum MS. P. Danielis, & quosdam typis expressos habere *Epiporum:* quod sane de codd. quoque Brand. testari licet. Conjicit ergo Colerus legendum esse *Epiriorum.* Sic enim dici potuisse, qui & Acarnanes, ex L. x. Strabonis sciri posse. Ceterum *Epios* sive *Epeos* non Aetoliae, sed Achajae partem esse, testibus Plinio, Strabone & aliis. Ad Plinium quoque notavit Dalechampius, diversam lectionem esse *Ephyrorum.* VORST. Multi etiam e nostris MSS. cum Mog. *Epiporum*, vel *Epypporum* exhibent, duo scribunt *Epirorum.* Profecto *Epiriorum*, quod Colerus putabat, vix quemquam, credo, inveniet, cui placeat. An *Epirii* dicentur *pars Aetoliae?* non persuadet. Praeterea, cur non *Epirotarum* potius dixisset? ut passim vocantur incolae Epiri. Sed *Epii* sunt pars Achajae. audio. Verum hi coloniam mittere in Aetoliam potuerunt, ut & eo illorum nomen transierit: & sane Strabo tradit Lib. x. p 463. Ed. Paris. Ἀφικομένου δὲ ἐξ Ἤλιδος Αἰτωλοῦ τοῦ Ἐνδυμίωνος, καὶ τοῖς πολέμοις κρατοῦντος αὐτῶν, τοὺς μὲν Κουρῆτας εἰς τὴν νῦν καλουμένην Ἀκαρνανίαν ὑποχωρῆσαι, τοὺς δὲ Αἰτωλοὺς συγκατελθόντας Ἐπειοῖς τὰς ἀρχαιοτάτας κτίσαι τῶν ἐν Αἰτωλίᾳ πόλεων δέκα. Vides decem antiquissimas Aetoliae urbes ab Epiis cum Aetolis conditas. & similiter tenuisse eos insulas quasdam Acarnaniae vicinas liquet ex eodem Strabone p. 459.

42. *Ducenos annos*] Sic Pighius edidit, ac illum secuti, & habet Mog. cum paucis MSS. reliqui cum ceteris Edd. *ducentos.* quod credo hic nihilo esse deterius.

43. *Eique subscribit Damiates*] *Damasthes*, in veteribus libris vocatur, item à Plinio. Fuit Hellespontiacus historiarum scriptor patria Sisiensis. Deinde quod sequitur, *Hoc amplius firmans Latorium quendam.* Lege ex manuscriptis, *Hoc amplius affirmans Lictorium quendam.* Plinius Pictorium vocat. PIGH. *Damasthes.* Scriptor is minus probatus & pene nullius classis Straboni L. I. Meminit ejusdem Steph. in ὑπερβόρεοι. COLER. Potius scribendum sine adspiratione. sic Dionys. Hal. in Hist. Ind. & Suidas in Δαμάστης. GUDIUS. Sic etiam apud Strabonem plus semel, & apud Agathemerim in Geographia p. 173. ubi de ipso omnino videndus Tennulius. ut frustra hic aliquot MSS. *Damasthes*; imo etiam *Damiates* exhibeant, ut Aldus, Ascensius & alii ediderunt, quum verum *Damastes* jam expressum esset Mediolani. Mog. *Dimastes.*

44. *Lictorium quemdam*] Harduinus testatur Plinii MSS. omnes Lib. VII. 48. habere *pictoreum.* unde ipse conjecit legendum *Pyctoraeum*, quasi egregium pugilem dicas πυκτωραῖον. Vox, opinor, erit illa composita est πύκτης & ὡραῖος. Sed nulla auctoritate illa est subnixa, & pro mero Harduini somnio habenda.

45. *Alexander vero*] Alexandrum Cornelium vocat Plinius. Existimo eum esse de quo haec scribit Strabo Lib. XIII. τῶν δὲ νεωτέρων, Ἀλέξανδρος Ῥήτωρ ὁ Λύχνος προσαγορευθεὶς, ὃς καὶ ἐπολιτεύσατο καὶ συνέγραψεν ἱστορίαν, καὶ ἔπη καταλέλοιπεν, ἐν οἷς τά τε οὐράνια διατίθεται, καὶ τὰς ἠπείρους γεωγραφεῖ, καθ' ἑκάστην ἐκδοὺς ποιήματα. COLER. *Alexander vero.* Plinius VII. 48. *Alexandrum Cornelium* vocat. VORST.

46. *Danthona*] Variant scripti hoc modo. *Dandonem, Dandona, Dadonam, Donidonem, Dedonam, Clancelonam, Clavonam, Latunonam. Dandonem* legitur apud Plinium. Sed Harduinus putat rectius legi posse utrobique *Datona.*

47. Xenophon *cujus* περὶ γήρως *legitur*] Corrige, ut in Campensi & Wincheliano περίπλους. Citatur item à Plinio Xenophon in Periplo. Mox quae sequuntur valde sunt depravata, *Is enim Latinorum regem octingentis vitae annis donavit.* Legendum enim, ut habent veteres libri fere omnes, *Insulae enim Lachmiorum regem, &c.* Corrigendus item ex hoc loco Plinius, ubi mendose *maritimorum* regem habet, pro *Lachmiorum.* PIGH. *Is enim Latmiorum regem.* Vera haec est lectio. Ad quam

senescentem processisse. Sed multo liberalius 47 Xenophon, cujus πεϱίπλυς legitur. is enim 48 Latmiorum regem octingentis vitae annis donavit. Ac ne pater ejus parum benigne acceptus videretur, ei quoque sexcentos assignavit annos.

quam proxime accesserant Aldus & Chalcocondyles, quod ediderant *Is enim Latinorum regem.* Sed Pighius scribendum putavit *Insulae enim Lathmiorum regem*; ut ipse in veteribus libb. scriptum repererit. Verum primo incommodum hic est *insulae:* at voculam *is* veteres typis expressi & Brandeb. MSS. habent. Deinde *Latmiorum* legendum esse docuit Salmasius in Exercitat. in Solin. pag. 17. *Latmus* urbs, vel insula. Unde *Latmii* dicti qui eam incolunt. Item *sinus Latmicus.* Strabo urbem cum portu à vicino monte sic appellatam prodidit. VORST.

48. *Latinorum Regem*] *Lamorum* alii libri. Sed in Plinio *maritimorum.* COLER. Salmasius legit, *Is enim Latmiorum Regem.* Et sane in MSto τὸ *insulae* recentiori manu erat repositum, priore lectione erasa, cujus spatium facile *is enim* poterat capere. Etiam Latin. Latinius πεϱίπλυς, vel πεϱίπλυ. Vide & Vossium de Hist. Graec. in Xenophonte. PERIZON. Barthius delet *annis.* quod retinent libri MSS.

CAPUT XIV.

DE CUPIDITATE GLORIAE.

IN ROMANIS.

1. *P. Africano majore.*
2. *D. Bruto Gallaico.*
3. *Cn. Pompejo Magno.*
4. *Sulla Felice.*
5. *Equite quodam.*
6. *C. Fabio Pictore.*

IN EXTERNIS.

1. *Themistocle Atheniensi.*
2. *Alexandro Magno.*
3. *Aristotele Stagirite.*
4. *Pausania Macedone.*
5. *Herostrato.*

1 Gloria vero, aut unde oriatur, aut cujus sit habitus, aut qua ratione debeat comparari, & an melius à virtute, veluti non necessaria, negligatur, viderint ii, 2 quorum in contemplandis 3 hujusmodi rebus cu-

1. *Gloria autem unde oriatur, aut cujus sit habitus, aut qua ratione debeat comparari, & an melius a virtute, ac veluti non necessaria, negligatur, viderint ii*] Sic haec primus constituit Pighius, cum legeretur in vetustioribus editionibus, *Gloria vero unde oriatur.* in MSS. propemodum omnibus & Mog. *Gloria vero aut unde oriatur.* & deinde, *Et an melius a virtute velut non necessaria negligatur*, omissa copula *ac* in Edd. & MSS. quod probabat Perizonius, addens sensum sic multo fore clariorem. Quare cum adeo frequens sit nostro etiam in priore membro conjunctiones tum copulativas, tum disjunctivas usurpare, mutationem Pighianam ultra sequi nolui.

2. *Quorum in contemplandis*] Pighius Cicer. libros de Gloria innui hariolatur, quos cum alii, tum Agellius citat Lib. xv. c. 6. Varronis etiam titulus est apud Nonium, Herculis Columna πεϱὶ δόξης. COLER. Apposuerat hoc Pighius in margine editionis suae.

3. *Hujusmodi rebus*] Aliquot MSS. *Ejusmodi.*

4. *Quibusque illa quae prudenter*] Vulgatae an-

cura teritur; [4] quibusque illa, quae prudenter animadverterunt, [5] facunde contigit eloqui. Ego in hoc opere factis auctores, & auctoribus facta sua reddere contentus, quanta cupiditas ejus esse soleat, propriis exemplis demonstrare conabor.

1. Cic. pro Arch. Livius XXXVIII. Plin. VII. 30. Euf. Chron. Solin. VII.

Superior Africanus Ennii poëtae effigiem in monumentis Corneliae gentis collocari voluit, quod ingenio ejus opera sua illustrata judicaret: non quidem ignarus, quamdiu Romanum imperium floreret, & Africa Italiae pedibus esset subjecta, totiusque terrarum orbis [6] summum columen arx Capitolina possideret, eorum extingui memoriam non posse: [7] si tamen literarum quoque lumen illis accessisset, magni aestimans. [8] Vir Homerico, quam rudi atque impolito praeconio dignior.

2. Ann. urb. 621. Cic. Bruto & pro Archia. 11.

Similiter [9] honoratus animus erga poëtam Accium [10] D. Bruti, suis temporibus clari ducis, extitit: cujus familiari cultu, & prompta laudatione delectatus, ejus versibus templorum aditus, quae ex manubiis consecraverat, adornavit.

Ne

ante Pighium. *Quibusque etiam quae prudenter.* Complures MSS. *Quibusque quae prudenter.* Aliquot tamen, *quibus illa quae prudenter.* & sic Mog. Leid. sext. *quibuscumque etiam quae.*

5. *Facunde contigit eloqui*] Ed. Mog. *Contingit* cum Ultraj. sec. Copes. *animadverterint.* Leid. quart. *adverterunt.*

6. *Summum columen*] Ven. Mediol. Aldus & ceteri, *culmen.* Mog. MSS. *columen*, quod Pighius restituit.

7. *Si tamen illis literarum quoque lumen accessisset, magni aestimans*] In Cauchiano, & Wincheliano, *Sed tamen literarum quoque lumen illis accessisse magni aestimans.* PIGH. Edidit Pighius *si* &c. *accessisse*, & margine habet, *sed.* Sed reposuit vulgatam lectionem Vorstius, convenienter ceteris MSS.

8. *Vir Homerico, quam rudi atque impolito praeconio dignior*] Barthius Lib. XIX. Adv. c. 15. scribit, in vetere cod. se reperisse *rudi eoque impolito:* suspicaturque à Valerio scriptum fuisse *Rudio eoque impolito:* ut ad Ennii patriam, quae Rudia, alludatur. Mihi lectio vulgaris magis placet. Ceterum non Valerius tantum, sed & alii Ennio *ruditatem* tribuunt. Notum illud Ovidii in Trist. *Ennius ingenio maximus, arte rudis.* Sic Statius L. II. Sylv. Musam Ennii *rudem* dicit. Et quomodo Auctores hi ad Ennii patriam, quae *Rudia* fuit, allusisse putantur: ita & Valerius ipso vocabulo *rudi* ad eandem allusisse putari sane potest. VORST. Frustra Barthium sic emendasse, monuit etiam Illust. Heinsius, ad Vell. L. II. 9. 3. & adversantur omnes MSS.

9. *Honoratus*] An, *Gratus?* GUYET.

10. *D. Bruti*] P. Scriverius in testimoniis de Accio ante Collectanea veterum Tragicorum citat *Decii Bruti*, ut est in vulgatis Edd. etiam apud Ciceronem, legit *Decius quidem Brutus*, quum fuerit *Decimus.* Deinde Leid. quart. *Ex suis manubiis.*

11. *Affectu Gloriae*] Harl. *Effectu.* ut est in vulgatis. Sed *affectu* MSS. fere cum Mog. & Mediol. retinent.

12. *Theophanem*] Male legitur apud Ciceronem *Theophaneus.* Hujus aliquoties Plutarchus meminit. Tacitus etiam & Paterculus, aliique qui res à Pompejo gestas adtingunt. COLER.

13. *Accurata etiam & testata oratione prosecutus beneficium*] Forte, *Accurata etiam recitata oratione prosecutus beneficium.* PERIZON. MSS. tres, *Et attestata.* Leid. quint. *accurata etiam testata.*

14. *Ad neminem scriptorem*] Sic Pighius MSS. in multis Edd. ante ipsum erat, *ad neminem scriptorum.*

15. *Animum direxit*] Harl. Leid. duo, *direxerit.* nonnulli *Ocho*, vel *Occo rege.*

19. *Jugurthae à Boccho rege ad Marium perducti*] Bocchum, regem Mauritaniae, Jugurthae

Ne Pompejus quidem Magnus ab hoc [11] affectu gloriae aversus: qui [12] Theophanem Mitylenaeum, scriptorem rerum suarum, in concione militum civitate donavit: beneficium per se amplum, [13] accurata etiam & testata oratione prosecutus. Quo effectum est, ut ne quis dubitaret quin referret potius gratiam, quam inchoaret. 3.

Ann. urb. 692. circiter. Strabo XIII. Cic. p. Arch. 10. Usser. Ann. 3942.

L. autem Sulla, etsi [14] ad neminem scriptorem [15] animum direxit, tamen [16] Jugurthae à Boccho rege ad Marium perducti totam sibi laudem [17] tam cupide asseruit, ut annulo, quo signatorio utebatur, [18] insculptam illam traditionem haberet. [19] Et quantus postea! [20] ne minimum quidem gloriae vestigium contempsit. 4.

Ann. urb. 647. Plin. XXXVII. 1. Plut. in vita & Mario.

Atque ut imperatoribus gloriosum militis spiritum subnectam, [21] Scipionem dona militaria iis, qui strenuam operam ediderant, dividentem, T. Labienus, *ut forti equiti aureas armillas tribueret*, admonuit: eoque negante *se id facturum*, *ne castrensis honos in eo*, *qui paullo ante servisset*, *violaretur*, [22] ipse ex praeda Gallica aurum equiti largitus est. Nec tacite id Scipio tulit. [23] nam equiti, [24] *Habebis*, inquit, *donum viri divitis*. Quod ubi ille accepit, 5.

Ann. urb. 707. bello Civili in Africa.

thae generum, induxit Sulla, ut Romanis gratum facere, Jugurthamque illis tradere animum induceret. Ut autem fieri id posset, Jugurtham Bocchus induxit, ut ad colloquium pacis causa cum Romanis habendum veniret. Ita Jugurtha Sullae vinctus traditus, atque ad Marium ductus est. VORST. *Jugurthae a Boccho rege ad Marium perducti.* MSS. duodecim, cum Edd. *Jugurtha a Boccho rege ad Marium perducto*, vel *producto*. Sed Ultraj. sec. Leid. sext. & Mog. *Jugurthae perducti*.

17. *Tam cupide asseruit*] Sic recte Pighius, quum ante omitteretur, *tam*, quod servant MSS. & Mog.

18. *Insculptam illa traditione*] De qua Plutarchus & Plinius. Similis gloriae studiosus fuit Darius, qui in sigillo sculptum habuit equum illum δι' ὃν χρεμετίσαντα ἐβασίλευσεν, ut notat Thucydidis scholiastes. COLER. *Insculptam* refinxit Pighius e suis credo MSS. certe est in meis plerisque. Aldus Colin. Gryph. *Scalptam*. Ven. Mediol. Ascens. Rob. Stephanus *sculptam*. Mog. *insculptam*.

19. *Et quantus postea*] Καὶ τοῖος ἦ ὢν μετὰ ταῦτα ἰδεῖν. GUYET. ubi delere ergo ipsum exclamationem adjiciebat Gudius. Perizonius vero conjiciebat, *Et quantus quantus postea*.

20. *Ne minimum quidem*] Vide Cic. pro Archia cap. 10. PERIZON.

21. *Scipionem*] Oliverius hic faede labitur, intelligens haec de Scipione Aemiliano; quum de Scipione Metello Cn. Pompeji socero Author loquatur: quod ex T. Labieno facile intellectu erat. Melius de Q. Fabio Pictore, qui Cos. fuit paullo ante primum bellum Punicum, anno 484. sequente exemplo sensit. Ceterum & Phidiae exemplum distinctione externorum incipit a *Videlicet* &c. cui mox secundum externum Themistoclis subnectitur. GLAREAN.

22. *Ipse ex praeda Gallica*] Cum Scipio imperator equiti armillas aureas dare nollet, fecit hoc Labienus de suo: & quidem ex praeda quam ante in Gallia adeptus fuerat. VORST.

23. *Nam equiti*] MSS. longe plures, *Namque equiti*, ut exstat quoque in Mog.

24. *Habebis donum viri divitis*] Non ab imperatore, sed à Labieno, homine divite, datum. VORST.

25. *Alacer gaudio abiit*] Harl. Bit. prim. Leid. sext. *alacri gaudio*. Sed recte omnino *alacer gaudio*. Phaedr. L. II. 5. 21.

—— ille enimvero adsilit
Donationis alacer certae gaudio.

 ad

pit, projecto ante pedes Labieni auro, vultum demisit. Idem ut audiit Scipionem dicentem, *Imperator te argenteis armillis donat:* 25 alacer gaudio abiit. Nulla est ergo tanta humilitas, quae dulcedine gloriae non tangatur.

6. Ann. urb. 451. Liv. xcv. Plin. xxxv. 4. Illa vero etiam à claris viris interdum ex humillimis rebus petita est. Nam quid sibi voluit C. Fabius nobilissimus civis? qui cum in aede Salutis, quam C. Junius Bubulcus dedicaverat, parietes pinxisset, 26 nomen his suum inscripsit. Id enim demum ornamenti familiae 27 consulatibus, & sacerdotiis, & triumphis 28 celeberrimae deerat. Ceterum 29 sordido studio deditum ingenium, qualemcumque illum laborem suum silentio obliterari noluit: videlicet Phidiae secutus exemplum, qui clypeo Minervae effigiem suam inclusit, qua convulsa, tota operis colligatio solveretur.

Cic Tusc. I. & de orat. I.

Ex-

ad quem locum vide quae adduxit Cl. Burmannus.

26. *Nomen his suum*] Quin & Pictor inde appellatus est. unde postea Fabii Pictores. Pinxit aedem Salutis A. V. CCCCL. COLER.

27. *Consulatibus & sacerdotiis*] Male in aliquot MSS. exstat, *consularibus & sacerdotibus.* ut etiam in Mog.

28. *Celeberrimae deerat*] Mog. *celeberrimum dederat.* ut est in utroque Parif. Ven. *celeberrimum deerat.* quod video esse in MSS. decem. Non sollicitanda videtur lectio vulgata.

29. *Sordido studio*] Contra veterum plerorumque sententiam, vocat *sordidum studium* artem pingendi. Sic etiam Clearchus Parrhasium reprehendit, quasi manu *sordidum opus* facientem & penicillum, cestrum & viriculum tractantem, ut ex eo refert Athenaeus Lib. XV. COLER. *Sordidum studium* vocat artem pingendi respectu Fabii hominis nobilissimi, quem Remp. tractare, non penicillum, decebat. nec adeo respicit, quod pictores manu sordidum opus faciant, sed ipsius operis humilitatem, qua ratione passim vilissima & contemptissima *sordida* vocantur. Liv. L. I. cap. 58. de Lucretia. *Cum mortua jugulatum servum nudum positurum ait, ut in sordido adulterio necata dicatur. Sordidum adulterium*, dicit, quippe cum servo commissum. Ovid. L. II. Amor. 7. 19.

Di melius, quam me, si sit peccasse libido,
Sordida contemptae sortis amica juvet.

Hinc addit noster, *qualemcumque illum laborem*, quasi dicat, quantumvis licet tenuem, vilem, contemnendum. Fateor tamen nimis ipsum ita pingendi artem deprimere.

30. *Capiebatur*] Unus atque item alter *captus.*

31. *Artemisium & Salamis*] Ita Aldus edidit. At alii *Salamina:* quomodo in utroque etiam MSS. Brand. scriptum reperio. Ex accusativo Graeco *Salamina*, qui à nominativo *Salamis* est, fit nominativus ejusdem terminationis *Salamina.* Justinus II. 7. 7. *De proprietate Salaminae insulae.* Neque aliter formata sunt *hebdomada*, *cratera*, *crepida*, *sporta.* VORST. *Marathon nimirum animum ejus & Artemisium & Salamis navalis gloriae fertilia nomina illustranda tacitis facibus incitabant.* Mihi his tropaea hominem incitabant, quo referendum quod auctor noster dicit de Marathone, quo loco Miltiades Persas vicit terrestri praelio. Quapropter non pertinet *Marathon* ad illa *navalis gloriae fertilia nomina.* Ceterum neque *Artemisium* & *Salamis* erant *tropaea Miltiadis*, neque tum ulla victoria erant insignes & celebres; imo ipse Themistocles iis locis hostes vicit. Nequaquam *Artemisium & Salamis* inter *Miltiadis tropaea*, & *Themistoclis incitamenta* ad virtutem poni possunt; ut taceam auctorem dicere illa nomina esse adhuc *illustranda*, non *illustrata*. Ex his, ni fallor, clarissime apparet corruptissimum hunc esse locum, quod non animadvertisse tot interpretes, poene dixerim magnum est flagitium. A MStis nihil auxilii, nisi quod pro *Salamis* habent *Salamina.* ita Copesian. ita Brandeb. uterque & antiquissimae editiones Chalcocond. & Herbip. primus Aldus edidit *Salamis*, eumque secutus est Pighius aliique; ipse

Vor-

EXTERNA.

Sed melius aliquanto, si imitatione aliena [30] capiebatur, Themistoclis ardorem esset aemulatus: quem ferunt stimulis virtutum agitatum, & ob id noctes inquietas exigentem, quaerentibus, *quid ita eo tempore in publico versaretur*, respondisse: *Quia me tropaea Miltiadis de somno excitant.* Marathon nimirum animum ejus ad [31] Artemisium, & Salamina, navalis gloriae fertilia nomina, illustranda tacitis facibus incitabat. Idem theatrum petens, cum interrogaretur, *cujus vox auditu illi futura esset gratissima*, dixit: *Ejus à quo artes meae canentur optime.* [32] Dulcedinem gloriae pene adjecit gloriosam.

I. Plut. in Vita, & Apophth.

Cic. pro Arch.

Aelian. XIII. 43.

[33] Jam

Vorstius quoque, qui tamen malle videtur *Salamina* propter Codd. consensum legere. Sed ita ut sit nominativus. sed omnino hic debet esse accusativus, legendumque ita levissima mutatione, *Marathon nimirum animum ejus ad Artemisium & Salamina, navalis gloriae fertilia nomina illustranda, tacitis facibus incitabat.* nempe *Marathon* incitabat hominem ad virtutem & gloriam, & ad tam fortiter rem gerendum, & sua fortitudine ac victoriis *illustranda locorum nomina Artemisium & Salamina. Marathon* fecit eum Themistoclem, fecit ut talis fieret, qui apparuit cum Persas apud Artemisium & Salamina vicit, eaque loca hac victoria illustravit. de *Artemisio* Herodotus, Diodorus Siculus, Plutarchus in reprehensione Herodoti, Cornelius Nepos in Themistocle. sic C. *Marii consulatus & triumphi* dicuntur *inhaerere voci Scipionis*. v. 15. 7. hoc est ea voce Marium excitatum ad consulatum. Salamina in Accus. supra L. v. 3. Ext. 3. sic *Salamis & Artemisium* Themistocli tribuuntur, & a *Marathone* separantur ibid. Orosius L. VII. c. 12. in Trajano. *Sane Salaminam urbem interfectis omnibus accolis deleverunt.* sic alibi *Babylonam. Salamina* & Ampel. cap. de orbe terrarum, ut & *Aegina* ibid. Sed non recte, nam Graece Αἴγιναν. sic *Crotona* Front. III. 6. 4. *Peleus Phthiam Telamon Salaminam* Hyg. f. 14. de *Salaminia Victoria Themistoclis* vide & Cic. de off. L. I. c. 22. de pugna ad *Artemisium* vide Diod. Sic. L. XI. de *Marathonia pugna* & navali proelio ad *Salamina*, etiam Gell. L. XVII. c. ult. Flor. II. 8. 13. *Aemilio Themistoclem aequavimus, Ephesiis Salamina pensavimus.* Vell. I. I. *Teucer Cyprum appulsus cognominem patriae suae Salamina constituit.* Vell. II. 93. de Agrippa. *Profectus in Asiam, ut fama loquitur ob tacitas cum Marcello offensiones.* nota *tacitas* dici, & tamen *famam loqui. est ergo non apertas. Tacitis facibus.* sic Virg. *Interea tacitum vivit sub pectore vulnus.* sic *consensus tacitus* non est qui ignoratur, sed qui non lege lata & publice indicatur. Gel. L. XII. c. 13. *Legum quoque ipsarum jussa consensu tacito obliterantur.* & L. II. c. 13. *Draconis leges non decreto jussoque, sed tacito illiteratoque Atheniensium, consensu obliteratae sunt.* Quint. L. IV. c. I. *Quaedam in his quoque commendatio tacita, si nos infirmos & impares contradicentium ingeniis dixerimus.* Lucan. L. IV. *Vultejus tacitas sensit sub gurgite fraudes.* Loquitur de insidiis Catenarum, quas jam experiebantur, & unde venirent ignorabant. Lucan. L. IX. v. 741. *Ecce subit virus tacitum carpitque medullas Ignis edax.* ubi virus tacitum dicitur, sed tamen effecta erant manifestissima, aeque ac faces Themistoclis. sic *Furtum tacitum* Ovid. I. Fast. de Cajo, Herculis bovem qui abstulerat. quum furtum utique factum satis appareret, sed clam erat factum, & ignorabatur, quis fecisset. *Auctoritas tacita Catonis* Liv. XXXIV. c. 5. de simplici suffragio, & opponitur longae orationi in eam rem dictae. *Natura propriis ac tacitis viribus charitatem parentum pectoribus liberorum infundit.* v. 4. 5. ext. sic Graeci λαθεῖν τῷ σαρκῶσαι, qui paulatim obesus fit. Aelian. V. H. IX. 15. PERIZON. Omnes MSS. item Edd Mog. Ven. Mediol. habent *Salamina*; quare palmaria mihi visa est Cl. Perizonii emendatio, adeoque certa ac manifesta, ut in textum eam recipere non dubitaverim, nec tu Lector, spero, improbaveris.

32. *Dulcedini gloriae pene adjecit gloriam*] Non minus placet lectio veterum codicum, *Dulcedi-*

2. [33] Jam Alexandri pectus insatiabile laudis, qui Anaxarcho comiti suo, ex auctoritate Democriti praeceptoris innumerabiles mundos esse referenti, *Heu me*, inquit, *miserum*, *quod ne uno quidem adhuc potitus sum!* [34] Angusta homini possessio gloriae fuit, quae deorum omnium domicilio sufficit.

Juv. Sat. x. Plut. de tranquil. animi. Aelian. iv. 29.

3. [35] Regis, & juvenis, flagrantissimae cupiditati similem Aristotelis in capessenda laude sitim subnectam. Is namque [36] Theodecti discipulo oratoriae artis libros, quos ederet, donaverat: molesteque postea ferens titulum eorum sic alii cessisse, proprio volumine quibusdam rebus insistens, [37] *planius sibi de his in Theodectis libris dictum esse* adjecit. Nisi me tantae & tam late patentis scientiae verecundia teneret, dicerem dignum philosophum, cujus stabiliendi mores altioris animi philosopho traderentur. Ceterum gloria ne ab his quidem, [38] qui contemptum ejus introducere conantur,

Extant verba ejus initio Rhet. ad Alexand.

dinem gloriae pene adjecit gloriosam; Pulchre atque argute dictum. PIGH. *Dulcedinem gloriae poene adjecit gloriosam.* Ita tu Pighi, ex omnibus manuscriptis. Nam antea legebatur, *Dulcedini gloriae p. a. gloriam.* At ego lectionem tuam ipsam jacentem erigo, *Dulcedinem gloriae*, *paene adjeci*, *gloriosam.* Velut exclamat, & *ô dulcedinem*, inquit, *gloriae*, *tantum non dixerim*, *gloriosam*! Acumina & sententiolas Valerii nostri. LIPS. *Dulcedinem gloriae.* Lips. ex conjectura legit, ut in libro Danielis scriptum reperi: *Dulcedinem gloriae*, *pene adjeci*, *gloriosam.* COLER. *Dulcedinem gloriae pene adjecit gloriosam.* Ita Pighius ex veteribus libris scribendum putavit; cum Aldus edidisset, *Dulcedini gloriae pene adjecit gloriam.* Emendationem Pighii probat Lipsius; sed ita ut pro *adjecit* legendum putet *adjeci*, & orationem distinguat sic, *Dulcedinem gloriae*, *pene adjeci*, *gloriosam*: ut exclamatio sit hoc sensu, *O dulcedinem gloriae*, *tantum non dixerim gloriosam.* Denique ut legendum conjecit Lipsius, in libro P. Danielis diserte scriptum reperit Colerus. Quatenus Pighius emendationem fecit, confirmat eam unus cod. Brand. & typis expressi Chalcoc. & Mart. Herbip. VORST. Fluctuant MSS. inter, *Dulcedini gloriae pene adjecit gloriam*, & *Dulcedinem gloriae pene adjecit gloriosam.* hoc tamen habent plures, etiam Ed. Mog. quod vero Colerus testatur scriptum se reperisse in libro Danielis, id utique nusquam invenio. Multi MSS. pro *canentur* habent *canerentur.*

33. *Jam Alexandri pectus*] Multi MSS. *Nam Alexandri*, ut saepe alibi, & legebatur ante Pighium. Sed omittit particulam uterque Ultraj. & unus Leid. cum Mog. Ed. propter similitudinem praecedentium credo literarum.

34. *Angusta homini possessio gloriae fuit*, *qui deorum omnium domicilio sufficit*] Non dubito τὸ *gloriae* esse a glossa, & sane in MSto Copes. lineola inductum apparet. nempe quia toto hoc capite, & proinde etiam in hoc exemplo de gloria agitur, non potuerunt librarii etiam hic intelligere *possessionem*, quam *gloriae*, cum non viderent quam inepte dicatur *angusta possessio gloriae*, eamque *possessionem gloriae omnium deorum domicilio sufficere.* ergo *gloria domicilium* jam factum est Sed ne dubitemus ineptam vocem circumscribere. nempe Alexander miserum se censebat, quod nondum unum mundum solum subjugasset. addit nunc Auctor *angustam* illi visam *possessionem*, intelligens, hunc orbem terrarum, qui deorum omnium domicilio *suffecit.* sic enim lego ex MSto. non *sufficit*, id est, qua omnes dii olim habitarunt, antequam in coelum assumerentur. vel si *sufficit* retinere velis per mundum intelliges etiam coelum, quia Alexander totum mundum desiderabat: malim tamen *suffecit.* PERIZON. Vera videtur Cl Perizonii ratiocinatio; MSS. tamen & omnes Edd. τὸ *gloriae* retinent. An exponi potest? Alexander putavit se nimis anguste, nec satis gloriose habitare in hoc orbe terrarum, qui sufficit omnium deorum domicilio, dum illum scilicet adhuc incolunt in templis suis. *Suffecit* est in Ultraj. prim. & Leid. sec. cum Ed. Mog. Unus & alter MSS. *hominis.* Potius cum Perizonio credo τὸ *gloriae* e glossa ortum esse.

35. *Regis & juvenis flagrantissimae cupiditatis simi-*

tur, negligitur: quoniam quidem ipsis voluminibus nomina sua diligenter adjiciunt; ut quod professione elevant, usurpatione memoriae assequantur. Sed qualiscunque horum dissimulatio proposito illorum longe tolerabilior est, 39 qui, dum aeternam memoriam assequerentur, etiam sceleribus innotescere non dubitarunt. Cic. pro Arch. & Tusc. 1.

Quorum è numero nescio an in primis Pausanias debeat referri. 40 Nam 41 dum Hermoclem percontatus esset, *quonam modo subito clarus posset evadere*, atque is respondisset, *si illustrem virum aliquem occidisset, futurum ut gloria ejus ad ipsum redundaret*: continuo Philippum interemit. Et quidem quod petierat, assecutus est. 42 tam enim se parricidio, quam Philippus virtute, notum posteris reddidit. 4. Diodor. & Plut. in Alex. Justin. IX.

Illa

similem Aristotelis in capessenda laude sitim subnectam] Lege ex MSto. *Cupiditati*, quod in construendo jungendum est *τῷ subnectam*. PERIZON. *Cupiditatis* est a Rob. Stephano, quem Pighius, & hunc ceteri sunt secuti. Itaque cum MSS. & Edd. aliae *cupiditati* exhiberent, sic emendandum curavi

36. *Theodecti*] MSS. fere *Theodoti*, vel *Theodoctis*, ut habet Joh. Sarisberiensis & Ed. Mog. Sarisberiensis locum, quia ex hoc nostro descriptus, in nonnullis variat, totum adjiciam. Est autem Lib. VII. cap. 6. *Eum laudis avidissimum fuisse vel ex eo constat, quod cum Theodocti discipulo libros artis oratoriae, ut eos ederet concessisset, moleste ferens postea, tantum laudis & gloriae titulum sese alii cessisse, proprio volumine quibusdam rebus insistens, planius sibi de his in Theodoctis libris dictum adjecit. Unde Valerius Maximus. Nisi me tam late & tam patentis scientiae verecundia teneret, dicerem dignum Philosophum, cujus stabiliendi mores altioris animi Philosopho traderentur. Ceterum gloria ne ab his quidem, qui contemptum ejus introducere conantur, negligitur. Nam & voluminibus nomina sua diligenter adjiciunt, ut quod professione levant, usurpatione memoriae assequantur.* Nonnulli MSS. *volumini.* in sequentibus, *Levant* Leid. quart. Ultraj. prim. *Assequantur.* MSS. omnes cum Ed. Mog. quorum consensum secutus sum, licet idem verbum paulo post repeti videam. Post *tolerabilior* in multis MSS. desideratur *est*.

37. *Planius sibi de his in Theodectis libris dictum esse*] Verba Aristotelis quibus hoc dicit extant in principio Rhetorices ad Alex. VORST.

38. *Qui contemptum ejus introducere conantur*] In Wincheliano & Cauchiano, *intrudere conantur*; vocabulo magis violento. Atqui difficulter gloriae contemptum homini quis inculcarit, cujus dulcedo tam amica naturae est. PIGH. *Qui contemptum ejus introducere conantur*. In uno cod. Brand. est *inducere*: quod est aeque commodum. Pighius in duobus codd. reperit *intrudere*. VORST. Non favent MSS. nostri, qui *introducere* satis constanter retinent.

39. *Qui dum aeternam memoriam assequerentur*] In veteribus libris, *Qui dummodo aeternam memoriam assequantur*. PIGH. *Dum aeternam memoriam assequerentur.* Sic Aldus ediderat. At Pighius pro *dum* scripsit *dummodo*; & pro *assequerentur*, *assequantur*: quae quidem nobis minus placent. *Assequerentur* uterque etiam cod. Brand. habet. Et consentaneum id est verbo praeteriti temporis quod sequitur, *dubitarunt*. Ceterum pro *dum* unus cod. Brand. voculam causalem *ut* habet. VORST. Bene revocavit hoc Vorstius. confirmant omnes MSS. & Edd. etiam Aldo vetustiores. *Ut* pro *dum* habet Ultraj. prim.

40. *Nam dum Hermoclem*] *Nam* addit Pighius convenienter cum MSS. nostris & Ed. Mog. ante omitti solitum. MSS. tamen fere *Nam cum Hermoclen*.

41. *Cum Hermoclem*] Restituit dudum ex Diodoro, eruditissimus Gallorum Brodaeus: *cum Hermocratem*. Brodaeus inquam, cujus scripta quae vidi, dixerim nata esse ad objurgandam temeritatem plerorumque hodie scriptitantium. Ita accurate & signata eruditione sunt facta. COLER. *Dum Hermoclem percontatus esset*. Sic & codices Brand. Brodaeus ex Diodoro Siculo scribendum putat *Hermocratem*: quod Colerus & in textum recepit. VORST. MSS. *Hermoden*, *Hermoclen*, *Hermoclem*. Cop. *Hermo-*

5. Strab. XIV. Usser. Ann. 3648. Illa vero gloriae cupiditas sacrilega: inventus est enim qui Dianae Ephesiae templum incendere vellet, ut opere pulcherrimo consumpto, 43 nomen ejus per totum terrarum orbem disjiceretur. Quem quidem mentis furorem eculeo impositus detexit. 44 At bene consuluerant Ephesii, decreto memoriam teterrimi hominis abolendo: nisi 45 Theopompi magnae facundiae ingenium 46 historiis eum suis comprehendisset.

modoclem. De Responso ipso vide Loccenium ad Curt. L. VIII. 6. 25.

42. *Tam enim se parricidio*] Ultraj. prim. *Tantum enim se parricidio, quantum Philippus virtute notum posteris reddidit.*

43. *Nomen ejus per totum terrarum orbem diffunderetur*] Cauchiano legimus, *differetur.* in aliis autem exemplaribus scriptis omnibus, *disceretur*; antiqua voce, pro dispergeretur. PIGH. *Disiceretur.* Lege: *Disjiceretur.* Inepte de hoc verbo sentit Pighius. COLER. *Per totum terrarum orbem disjiceretur.* Aldus & Chalcoc. ediderant *diffunderetur.* At Pighius in plurimis codd. reperit *disjiceretur:* ipsumque hoc pro altero illo subjecit. Notavit item in quibusdam codd. esse *differeretur:* quod sane & de codd. Brand. testari licet. VORST. *Ut nomen ejus per totum terrarum orbem disjiceretur* id est, spargeretur, diffunderetur. Sed tamen *disjici* fere dicitur quod destruitur. ideoque dubito an hoc sensu possit tolerari. MSS. plerique *disiceretur*, & sic a manu secunda Copesianus, cum antiquior manus scripserit *disceretur.* cum quo convenit Cauchiani cod. lectio *differetur.* sic *disceretur* esset cognosceretur, quo sensu saepe sumitur & hoc loco convenienter. PERIZON. Parif. tert. Barb. prim. Leid. sec. tert. sext. *diffunderetur.* Leid. sec. *diffunderetur al' disficeretur.* Bit. prim. *dissifferetur.* Leid. quint. *esset diffuderetur.* Leid. prim. *discurreret.* quart. cum Ultraj. prim. *disfereretur.* Ultraj. sec. cum Leid. sept. & Ed. Mog. *disjiceretur. Disjiceretur* fortasse dixerit de fama sceleris infandi quoquo versus sparsa, non enim tantum *destruere*, sed etiam *dissipare* notat. Virg. L. I. Aeneid. v. 74.

—— *& disjice corpora ponto.*

Et v. 47.

Disjecitque rates, evertitque aequora ventis.

& sic v 132.

Disjectam Aeneae toto videt aequore classem.

Liv. L. XXIV. 33. *Non diffidebant vastam, disjectamque spatio urbem, aliqua parte se invasuros.* jam vero *jacere rem sermone* quam sit usitatum, norunt vel paulum in his literis versati.

44. *At bene consuluerant Ephesii*] MSS. plures cum Ed. Mog. *Ac bene.* Adversativam tamen praeferunt Leid. sext. cum Copes. Paris. utroque & Bit. atque illud magis placet. Pro *Ephesii* vulgo ante Pighium legebatur *Ephesi:* sed illud restituere coactus fuit jubentibus, credo, suis MSS. certe in solo Leid. primo *Ephesi* invenio. *Ephesii* etiam Ed. Mog.

45. *Theopompi*] Citatur à Strabone, Plinio, Suida, Stephano. Ejus orationis vis à Cicerone laudatur in Oratore. Fidem aliquoties pulsat Strabo. COLER. Plus semel reprehenditur a Polybio. Vide imprimis Excerpta de Virtutibus ac Vitiis p. 1375. & seqq. Ed. Amst.

46. *In historiis eum suis comprehendisset*] Sic omnes Edd. jam inde usque a Venetis. Sed Mog. cum omnibus MSS. delent praepositionem *in.* recte omnino. Noster praefatione. *Quis enim omnis aevi gesta modico voluminum numero comprehenderit.* & sic saepius.

CAPUT XV.

QUAE CUIQUE MAGNIFICA CONTIGERUNT.

ROMANIS.

1. *P. Africano majori.*
2. *M. Catoni censorio.*
3. *P. Scipioni Nasicae.*
4. *P. Scipioni Aemiliano.*
5. *M. Valerio Corvino.*

6. *Q. Mu-*

6. *Q. Mucio Scaevola.*
7. *C. Mario.*
8. *Cn. Pompejo Magno.*
9. *Q. Lutatio Catulo.*
10. *M. Catoni Uticensi.*
11. *L. Marcio eq. Rom.*
12. *Sulpiciae Ser. F. Q. Flacci.*

EXTERIS.

1. *Pythagorae Samio.*
2. *Gorgiae Leontino.*
3. *Amphiarao vati.*
4. *Pherenicae mulieri Graecae.*

[1] Candidis autem animis voluptatem praebuerint in conspicuo posita, quae cuique magnifica merito contigerunt: quia [2] aeque praemiorum virtutis atque honorum contemplatio judicanda est; ipsa natura nobis alacritatem subministrante, [3] cum honorem industrie appeti, & exsolvi grate videmus. Verum etsi mens hoc loco protinus ad Augustam domum, beneficentissimum & honoratissimum templum, omni impetu fertur, melius cohibebitur: quoniam cui ascensus in coelum patet, quamvis maxima, debito tamen minora sunt, quae in terris tribuuntur.

[4] Superiori Africano consulatus citerior legitimo tempore datus est. Quod fieri

1. *Candidis autem animis*] Cop. *Candidis autem viris.* deinde plures MSS. *praebuerunt.* Sed rectius alterum, quod habet Ascensius cum Leid. quint. Loquitur enim non de voluptate ex modo dictis jam percepta, sed ex jam dicendis percipienda.

2. *Aeque praemiorum virtutis atque honorum contemplatio judicanda est*] Aldus ediderat, *Aeque praemiorum virtus*: idque Pighius & alii retinuerunt. Sed non dubito quin rectum sit, quod duae aliae editiones veteres, Chalcocondylae & Martini Herbip. habent, *Aeque praemiorum virtutis.* Et suffragatur fere unus cod. Brand. ut qui habet, *Aeque praemiorum virtutes.* VORST. *Quia aeque praemiorum virtus, atque honorum contemplatio jucunda est.* MS. plane habet, ut conjecit Vorstius *virtutis.* Sed neque sic sanus videtur locus. Quomodo enim judicanda est contemplatio? & quae ratio consequens esset, si cum superioribus conferantur? nisi aliquid exciderit, quod valde vereor, legendum erit *aequa*, ut sensus sit, judicandum esse, aequam esse praemiorum, & eandem fere contemplationem praemiorum virtutis atque honorum. *Honores* sunt ipsa praemia virtutis & in hoc capite de eximiis quibusdam honoribus agitur. item Ex. 3. *specimen honoris.* Ascens. edidit *aeque jucunda est.* PERIZON. MSS. quinque *praemiorum virtutes.* Paris. quart. pro varia lectione *virtutis*, quod mihi quoque bene restituisse videtur Vorstius. & habet ita Ascensii Ed. cum quo si legas, *Quia aeque praemiorum virtutis atque honorum contemplatio jucunda est.* i. e. quia aeque magnam voluptatem praebet contemplari, quae praemia virtuti sint persoluta, quam qui honores illi sint habiti. Licet enim *honores* praemia quoque virtutis merito habeantur, & hic de eximiis quibusdam honoribus agatur, distinguuntur tamen ea nonnunquam. Cic. III. in Catil. II. *Quibus pro tantis rebus, Quirites, nullum ego a vobis praemium virtutis, nullum insigne honoris, nullum monumentum laudis postulo.*

3. *Cum honorem industrie appeti & exsolvi grate videmus*] Nonnulli MSS. *cum honorem industria appeti* (vel *peti*) *& exsolvi gratia*, (vel *gratiae*) *videmus.* Mog. *Cum honorem industrie appeti, & exsolvi grate videmus.* Vulg. Edd. *Industriae.* Rectum est quod edidit Pighius. Egerat *de cupiditate gloriae*, sive *honorem industrie appeti* ostenderat; nunc ostendet, *quae praemia, qui honores virtutis singulis exsoluti sint.* pro *honoratissimum* Leid. prim. *ornatissimum.* deinde duo, *cujus ascensus in coelum patet.* neutrum bene.

4. *Superiori Africano consulatus citerior legitimo tempore datus est*] Haec Valerius, quasi praerogativam factam Africano intelligi velit, refert, quod legitimo tempore ei datus sit consulatus, cum potius ei honori fuit, quod ante legitimum tempus creatus sit Imperator, ut Livius L. VI. tertiae decados commemorat. Bis quidem consul fuit semper legitimo tem-

Ann. urb. 548. Livius XXVIII. fieri oportere, exercitus senatum literis admonuit. Ita nescias, utrum illi plus decoris Patrum conscriptorum auctoritas, an militum consilium adjecerit. Toga enim Scipionem ducem adversus Poenos creavit, arma poposcerunt. Cui quae in vita praecipua assignata sunt, & longum est referre, quia multa; & non necessarium, quia majore ex parte jam relata sunt.

5 Ita-

tempore Superior Africanus anno 549. iterum anno 560. ceterum de admonitione illa exercitus ad Senatum Romanum facta nihil Livius scribit, quod equidem sciam. Itaque valde vereor hic scribendum, *Inferiori Africano*, non *Superiori* Nam & in proxime sequente exemplo de Catone, *Scipionis Inferioris* fit mentio. Lector quid sequendum sit dispiciat. GLAREAN. *Superiori Africano consulatus citerior legitimo tempore datus est. Quod fieri oportere, exercitus senatum literis admonuit. Ita nescias utrum illi plus decoris patrum conscriptorum auctoritas an militum consilium adjecerit. Toga enim Scipionem ducem adversus Poenos creavit, arma poposcerunt.* In Campensi, *arma poposcerunt eundem.* Ex qua unica dictione hic adjecta colligo totam hanc historiam de literis ab exercitu ad senatum missis perperam à librariis hic insertam esse ab exemplo inferioris Aemiliani translatam, cum & ibi illa dictio reperiatur apte posita, hic superflua sit. Cui meae sententiae suffragatur historiae veritas, atque Appiani Alexandrini auctoritas, qui tale quid de Aemiliano refert, crebris quippe militum literis ex Africa scriptis ipsum Romae commendatum fuisse, quibus petebatur ut in Africam consul mitteretur. De superiore Africano Livius quidem scribit (cujus istic historiam integram habemus) eum ante tempus ingenti omnium favore consulem factum, sed de literis militum prorsus nihil. Quapropter omnia verba jam annotata ab exemplo hoc excludenda puto, atque postea suo loco, ubi de Aemiliani consulatu verba facit, inserenda esse, ut tunc dicemus. De superiore autem Africano hic ita legendum arbitror, *Superiori Africano consulatus citerior legitimo tempore datus est, cui quae in vita praecipua assignata sunt, &c.* PIGH. *Quod fieri oportere exercitum senatus literis admonuit.* Hic rursus audaculus fuit Pighius, quod haec & proxime sequentia verba expunxit, & ad tertium ab hoc exemplum, quod est Scipionis Aemiliani, rejecit. Ait ille, emendationi suae suffragari historiae veritatem. Verum quam nihili id sit quod Valerium ex historiae veritate emendare voluit, eundemque nusquam errasse credidit Pighius, id supra non semel apparuit. Respiciendum potius erat ad codd. MSS. & antiquiores typis expressos: qui quidem magno consensu sic ut nos edimus habent. VORST. Habet etiam omnia illa Copes. hoc loco. sed videntur sane commodius ad Aemilianum referri. Nam major Scipio jam ante consulatum dux fuerat per aliquot annos contra Poenos, Aemilianus vero nondum, ideoque & aedilitatem tunc petebat. Vide Appian. p. 68. Ed. Steph. qui locus male intellectus & versus ab interprete. Sed & hoc non observasse videtur Valerius. Vide Auct. ad Heren. L. III. 2. *Ut si deliberet Senatus bello Italico solvatne legibus Scipionem, ut eum liceat ante tempus consulem fieri.* Sed lege pro *Italico*, *Africo.* PERIZON. Servant eodem loco illa omnes omnino MSS. crediderim cum Vorstio & Perizonio falso hoc Valerium Scipioni superiori tribuere. Qui error tanto facilius potuit committi, quia & ille citra legitimum tempus consul factus est. Praeterea ex Valerii verbis omnes intellexerint exercitus nomine litteras ad ipsum senatum datas fuisse, ut Scipio consul crearetur, cum Appianus dicat illas scriptas fuisse ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν πρὸς τοὺς φίλους καὶ οἰκείους. Imo repugnarunt Patres Conscripti. Liv. Epit. 50. *P. Scipio Aemilianus, quum aedilitatem peteret, consul a populo dictus, quoniam per annos consulem fieri non licebat, cum maximo certamine suffragantibus plebejis, repugnantibus aliquamdiu patribus, legibus solutus & consul creatus est.*

5. *Itaque quod hodie quoque eximium ejus memoria capit adjiciam*] In Atrebatensi, *Quod hodieque eximium capita dicam.* Mendose. In Susiano, Wincheliano, & Pulmanniano, item, *Quod hodieque eximium capit adjiciam.* Legendum ergo, *Itaque quod hodieque eximium, capiti adjiciam.* Reliqua sunt adsuta ab iis, qui depravatam lectionem corrigere voluerunt, ac velut imperfectam supplere. PIGH. *Quod hodieque eximium capiti adjiciam.* Ita legendum putat Pighius. At Aldus ediderat, *Quod hodie quoque eximium ejus memoria capit, adjiciam.*

[5] Itaque, quod hodieque eximium capit adjiciam. Imaginem in cella Jovis opt. max. positam habet: [6] quae quotiescunque munus aliquod Corneliae genti celebrandum est, inde petitur; [7] unique illi instar atrii Capitolium est. Ann. urb. 552. Livius XXXVIII. Supra IV. 1. 6.

[8] Tam hercle, quam Curia superioris Catonis effigiei: unde ad ejusdem generis officia expromitur. Gratum ordinem, qui utilissimum reipublicae sena- 2.

ciam. Nec discrepant editiones veteres Chalcoc. & Mart. Herbip. nisi quod *quoque* omittunt. Codices Brandeb. habent *hodieque.* Deinde *memoria ejus* omittunt. In uno denique est quidem *capit*; sed ut appareat unam praeterea literam initio adjectam, scriptumque fuisse *capiti.* VORST. *Itaque quod hodieque eximium capiti adjiciam.* Omnes cod. *capit.* nonnulli addunt *memoria ejus.* sane τὸ *capiti* plane displicet. Est hoc initium capitis non extremum. Nec unquam, quod sciam, Valerius de *Capitibus* locutus est. Retinendam omnino puto codd. lectionem. Dixerat multa ei in vita esse tributa, quae omittere velit. jam sequitur, *Itaque quod hodieque eximium capit, adjiciam.* videtur turbasse editores *eximium*, in quo omnis est elegantia. significat enim honorem praeter ceteros insignem, qui nemini alii tribuitur. hinc *eximium aliquem* habere apud Comicos. *Capit* autem est, percipit: nempe Scipio, post mortem suam. ut hic *eximium* sic paullo ante *praecipua. cui quae in vita praecipua assignata sunt.* Imo Valerius *titulos* vocat, singulas distinctiones VIII. 13. init. vide & supra I. 6. 1. *Munera mitti legatis ex binis millibus aeris censuerunt, duobus fratribus Regibus haec praecipua* Liv. XLIII. 5. ut nonnulli addiderunt *memoria ejus*, per glossam ut arbitror. Sic alii ex *capit* fecerunt *capiti.* PERIZON. *Capit* cum tueantur MSS. nostri & Edd. ante Pighium, *ejus memoria* autem plerique omittant, bene monenti & explicanti Perizonio auscultavi.

6. *Quae quotiescunque munus aliquod Corneliae genti celebrandum est*] Lege *funus aliquod.* Paulo post enim dicit *Catonis* quoque *effigiem è Curia ad ejusdem generis officia expromi solere.* Atque auctor De Viris illustribus capite 47. scribit *M. Catonis imaginem funeris causa produci solere.* Sed unde non dicit: Quare locus ille imperfectus videtur. Omnium enim illustrium producebantur funebri pompa imagines; sed hoc rarum, quod Catonis imago *è Curia* non *ex atrio* domus privatae. Legendum itaque, *Imago ejus funeris causa produci è Curia solet.* Magnificum profecto, atque eximium utrique genti funus aliquod celebraturae, cum ex more pompam imaginum familiae totius producere deberent, Cornelios P. Africani majoris imaginem è Capitolio; Porcios M. Catonis majoris è Curia, non ex atriis suis petere posse. PIGH. *Quotiescunque munus aliquod Corneliae genti celebrandum.* *Munus* in omnibus codd. tam MSS. quam typis expressis est. Pighius tamen pro eo scripsit *funus:* eumque Colerus & Thysius sunt secuti. Sed non probat hoc Gifanius, & non obscure Pighium hoc nomine reprehendit in Observationibus in L. L. VORST. MSS. nostri omnes etiam habent *munus.* Vix dubitem tamen, quin praestet legere *funus.* Paullo post dicit *Catonis effigiem ad ejusdem generis officia è curia expromi solere?* Quid ergo? an etiam nobilium virorum imagines ad munera (quae vix alia intelligi possunt quam gladiatoria) celebranda a gentilibus suis portabantur, ut imagines Deorum vehebantur thensis ad ludos Circenses? unde hoc liquebit? Mihi sane nondum probatum est. de funeribus contra res est notissima. Interea tamen Scipio prohibuisse videtur, ne imago sua e Capitolio exiret, vide ad L. IV. 1. 6. Praeterea Pighius restituit *Corneliae genti*, ut habent etiam MSS. nostri & Ed. Mog. reliquae *Corneliae gentis.*

7. *Unique illi instar atrii Capitolium est*] Sensus est, cum aliorum imagines in aedium atriis asservari, indeque proferri soleant, Scipionis effigiem asservari in Capitolio, indeque proferri solere. VORST.

8. *Tam hercle, quam Curia superioris Catonis effigies ad ejus generis officia expromitur*] Novum hic incipit exemplum, ut Pulmanni codex demonstrat. Atque hic locus item mutilus atque mendosus. In scriptis codicibus restant vestigia verae lectionis; nam in Pulmanniano & Gemblacensi habemus, *Tam hercle, quam Curia superioris Catonis, in qua effigies illius ad cujus generis officia exprimitur.* In-

Ann. urb. 604 A Victor. Ann urb. 604 Cic. Catone. Livius XLIX. 3. Ann. urb. 549 Livius XXIX. Ovid Fast. IV. A. Victor 44. Solin. 7.

natorem 9 tantum non semper secum habitare voluit, 10 omnibus numeris virtutum divitem, magisque suo merito, quam fortunae beneficio magnum: cujus prius consilio, 11 quam Scipionis imperio est deleta Carthago.

12 Verum specimen honoris 13 à Scipione quoque Nasica oboritur. Ejus namque manibus, & penatibus 14 nondum quaestorii, senatus Pythii Apollinis monitu, Pessinunte arcessitam deam excipi voluit: quia eodem oraculo praeceptum erat, ut haec ministeria Matri Deûm 15 à sanctissimo viro

correcte. In Campensi autem, *Unde effigies illius, ad ejusdem generis officia expromitur*; vel, *ex qua effigies illius*, si Pulmanni librum sequi velimus. PIGH. *Tam hercle, quam curia superioris Catonis effigiei.* Subaudi, *instar atrii est.* Nimirum cum aliorum imagines, in atriis aedium asservarentur, Catonis imago asservata fuit in curia. Pighius legendum putat, *Tam hercle, quam curia superiori Catoni: unde effigies illius ad ejusdem generis officia expromitur.* Verum *superioris Catonis*, casu secundo, omnes codices, etiam quos Pighius vidit, habent. Deinde proximum his in uno cod. Brand. est *effigiei*: sequiturque in eodem, *Unde ad ejus generis officia expromitur.* Quae quidem lectio est verissima. Praedixerat, imagini Scipionis instar atrii esse Capitolium. Nunc autem addit, effigiei Catonis instar atrii esse curiam. In altero cod. Brand. etsi non *effigiei*, sed *effigies* est: vocibus tamen *superioris Catonis* vox *effigies* itidem proxima est, ut satis appareat, legendum esse *effigiei.* Consentiunt & antiquiores typis expressi; ut in quibus itidem *effigies* quidem est; verum vocibus *superioris Catonis* rursus proximum. Ceterum nec *superioris Catonis* legi posset, nisi *effigiei*, ut alterum substantivum nomen, ilico sequeretur. VORST. *Superioris Catonis* quantum video est in omnibus MSS. item *effigies*, sed *unde* nonnulli delent & pro eo habent hoc modo. *Tam Hercule quam curia superioris Catonis effigies illius, ad cujus generis officia expromitur.* Edd. habent *Tam Hercule, quam curia, superioris Catonis effigies, ad ejus generis officia expromitur.* ubi *Curia* accipiendum est in sexto casu. *quam expromitur. curia effigies Catonis*, i. e. ex curia. Quod etiam ferri potest.

9. *Tantum non semper*] In pauculis deest *tantum.* Leid. sec. *Tantum nt.* sext. *non semper secum habitare noluit.*

10. *Omnibus numeris virtutum divitem*] J. Wasse testatur MSS. Cantab. habere, *omnibus virtutis muneribus.* Sed mei vulgatum servant, ita tamen ut septem pro *virtutum*, ut primus edidit Pighius, habeant *virtutis.*

11. *Quam Scipionis imperio deleta est Carthago*] Lege, *Quam minoris Scipionis imperio.* Ad differentiam alterius. Quae vox item in Campensi libro glossae modo est annotata. PIGH. *Minoris* deest in omnibus fere MSS. de Barb. & Bit. primis nihil tamen adfirmaverim. Revera quidem intelligi debet Aemilianus Scipio, sed an ideo auctor *minoris* adjecerit, id non aeque certum videtur. Respicit ad id, quod *Cato inexpiabili odio* delendam esse Carthaginem, etiam quum de alio consuleretur pronunciabat. ut refert Flor. L. II. 15. 4.

12. *Verum specimen honoris à Scipione quoque Nasica oboritur*] Transit denuo à Porciis ad Scipiones. Caeterum Atrebatensis ac Pulmanni codicum lectio non minus placet, *Rarum specimen honoris.* Rarissimum enim atque unicum hoc decus, publico judicio vir optimus censeri. PIGH. *Rarum specimen honoris. Rarum* scripsit Pighius ex uno atque altero cod. Alii *verum spec. hon.* VORST. Tamen MSS. mei quatuordecim cum Mog. & omnibus Edd. *verum* retinent, quod ideo reposui. *Rara* erant & antecedentia specimina. hoc *verum* i. e. justum, solidum. Ter. Eun. IV. 5. 3. *Quantam & quam veram laudem capiet Parmeno.* Ut *verum est* saepe ponitur pro eo, quod decet, par est, aequum est. Vide J. Fr. Gron. ad Liv. L. II. 48. Graev. Lect. Hesiod. c. 6. Davis. ad Caes. B. Gal. L. IV. c. 8. Broukhus. ad Prop. L. III. 13. 11.

13. *A Scipione Nasica*] MSS. Harl. Bit. prim. Leid. quint. uterque Ultraj. cum Mog. *in Scipione Nasica.* tres alii Leid. praepositionem omittunt. Equidem *in Scipione* praetulerim; oboritur enim a Senatu in Scipione.

14. *Nondum quaestorii*] MSS. duodecim cum omnibus ante Pighium excusis *nondum quaestoris* habent. Perizonius ad vocem *Quaestorii* notavit. pro eo qui quaesturam gerit, non ges-

viro praestarentur. [16] Explica totos fastos, constitue omnes currus triumphales: nihil tamen [17] morum principatu speciosius reperies.

Tradunt subinde nobis ornamenta sua Scipiones commemoranda. [18] Aemilianum enim populus ex candidato aedilitatis, consulem fecit. Eundem, cum quaestoriis comitiis suffragator [19] Q. Fabii Maximi fratris filii, in campum descendisset, consulem iterum reduxit. [20] Eidem senatus bis sine sorte provinciam, prius Africam, deinde Hispaniam, dedit. [21] Atque haec neque civi, neque senatori ambitioso: quemadmodum non solum vitae ejus se-

4. Ann. urb. 606. Livius L. Appian. A. Victor. Ann. urb. 619. Cic. Laelio. Livius LVI. Ann. urb. 624 Livius LIX Vellejus. Plut. Gracch.

gessit hoc ponitur. ut supra *consularis*, pro eo, qui *consul est*.

15. *A sanctissimo viro*] Ab aliis *optimus vir* dicitur. vide & Augustinum Lib. II. cap. 5. de civit. Dei. COLER. *Ut haec mysteria matri deûm à sanctissimo viro praestarentur.* Non proprie dictum, *praestarentur mysteria.* Multo rectius in manuscriptis libris, *ut haec ministeria matri Deûm a sanctissimo viro praestarentur.* PIGH. *Mysteria* a Venetis Edd. in ceteras translatum videtur. Mog. Mediol. Ascens. *ministeria* servant, neque aliter est in MSS.

16 *Explica totos fastos*] Ultraj. prim. *totos fasces*, sec. *fastus* ut est etiam in Harl. Vide Cl. Drakenb. ad Silium. L. II. 10.

17. *Morum principatu*] Oliverius *morum* legit pro *eorum*, pudendo errore. Id, quamquam exiguum, tamen omittendum non est vitium. GLAREAN. *Nihil tamen in eorum principatu speciosius reperies*] Nec apte dicitur hic *fastorum currumve triumphalium principatus.* Sed optime in manuscriptis libris, *Nihil tamen morum principatu speciosius reperies.* Praefert enim vitae sanctitatem rebus gestis quibuscunque Valerius. PIGH. *In eorum* exstat tantum in tribus MSS. ceteri *morum* cum Mog & Ven Edd.

18. *Aemilianum enim populus ex candidato aedilitatis consulem fecit. Eundemque cum quaestoriis comitiis, &c.*] Hoc loco sunt reponenda verba quae diximus librarios perperam transtulisse ad exemplum Africani superioris. Quam culpam ignavis ludimagistris attribuo, qui aliquando exempla duo similia in compendium contrahere conati sunt, quae quidem alii postea disspararunt. Locum autem hunc ita rursus iisdem verbis interpositis supplendum, atque restaurandum esse existimo, *Aemilianum enim populus ex candidato aedilitatis consulem fecit. Quod fieri oportere exercitus senatum literis admonuit. Ita nescias, utrum illi plus decoris patrum conscriptorum auctoritas, an militum consilium adjecerit. Toga enim Scipionem ducem adversus Poenos creavit, arma poposcerunt. Eundemque cum quaestoriis comitiis, &c.* Haec omnia vere de *Aemiliano* dici, vel leviter in historia versato manifestum est. PIGH. *Consulem fecit.* Hic Pighius pluscula verba, quae supra in exemplo primo, uti diximus expunxerat, interseruit, Verum ut supra expungendi, ita hic interserendi causam nullam habuit. Vel voces *eundem* & *eidem*, quae sequuntur, argumento sunt, pluscula illa verba minime hic interserenda fuisse. VORST. Desunt hic etiam illa verba in omnibus MSS. nostris.

19. *Q. Fabii Marci fratris*] Q. *Fab. Maximi fratris* recte. nam frater Q. dicitur. in Laelio Livius Lib. LI. Hic supra Lib. V. cap. 3. CORRAD. *Maximi fratris filii.* Sic MSS. Mog. & Mediol. ut recte restituit Pighius, cum Venet. Aldus & ceteri haberent *Marci fratris filii.*

20 *Eidem senatus bis sine sorte prius Africam, deinde Hispaniam dedit*] Abrupta locutio, atque male secura. Posset enim intelligi *bis Africam*, & *bis Hispaniam sine sorte datam fuisse.* Multo igitur apertius, atque etiam elegantius in vet. libris, *Eidem senatus bis sine sorte provinciam, prius Africam, deinde Hispaniam dedit* PIGH. Recte. Sic MSS. Mog. & Mediol Denuo Venet. Aldus & ceteri negligenter omiserant.

21. *Atque haec neque civi cupido, neque senatori ambitioso*] Placet quatuor codicum lectio, *Atque haec neque civi, neque senatori ambitioso.* Nam vox alia, *cupido*, superflue adducta videtur; è dictatis alicujus ludimagistri. PIGH. In plerisque quidem deest *cupido.* Mog Ed. cum qua consentit Ultraj. sec. *Atque haec neque civi ambitioso, neque senatori cupido.* quasi respiceret *consulatus oblatos civi non ambitioso,* pro-

severissimus cursus, sed etiam mors clandestinis illata insidiis declaravit.

5. Ann. urb. 404 & 405. Livius VII. Gell. IX. 11, & alii. Amm. Marc. Quint. I. 4.

M. quoque Valerium duabus rebus insignibus dii pariter atque cives [22] speciosum reddiderunt: illi cum quodam Gallo cominus pugnanti [23] corvum propugnatorem subjicientes: hi tertium & vigesimum annum ingresso, consulatum largiti. [24] quorum alterum decus vetustae originis, optimi nominis [25] gens, Corvini amplexa cognomen usurpat: alterum summo subjungitur ornamento, tam celeritate, [26] quam principio consulatus gloriando.

[27] At

provincias datas senatori non cupido. Sed alii ut dixi omittentes *cupido* habent, *neque civi neque ambitioso senatori.*

22. *Speciosum reddiderunt*] Bit. prim. Leid. quint. sext. Copes. *Speciosissimum.* quod non spreverim.

23. *Corvum propugnatorem subjicientes*] i. e. ὑποβαλόντες. an *subjecti* scribendum ut *coenati?* GUYET. Vulgo ante Pighium legebatur *pugnatorem*; quod nescio an alibi exstet, quam in Leid. quarto: etiam Mog. *propugnatorem* exhibet.

24. *Quorum alterum decus vetustae originis optimi hominis*] Quamvis exemplaria sic habeant omnia, malim tamen dicere, *Quorum alterum decus vetustae originis ac optimi ominis.* PIGH. Guyeto scribendum videtur, pro *ac optimi ominis gens amplexa cognomen usurpat. vetustae originis ac optimi nominis gens Valeria. τὸ nostra* quod alias legitur non placet, Valerius enim de sua gente sic decentius loquitur. Haec Guyetus, cui in fine hujus paragraphi trajiciendae literae videntur ad hanc lectionem. *Tam celeritate consulatus quam principio gloriando.* GUDIUS.

25. *Gens Corvina amplexa cognomen usurpat*] Inepte ac improprie dictum, *gens Corvina*, cum gens Valeria dici debeat. Valde mihi suspectus est locus, quem sane more suo scioli contaminarunt. In Atrebatensi atque Campensi legitur, *gens Corvinia amplexa cognomen.* Corrigendum puto, *gens Corvini amplexa cognomen,* Et subintelligitur Valeria; quae profecto consulatus principio gloriatur, propter Poplicolam, atque etiam celeritate, propter hunc M. Valerium. In Campensi codice iisdem verbis supernotatum, *nostra.* Quae dictio si inseratur, minus hiulca atque obscura erit oratio: atque insuper demonstrabit auctorem Valerium à Messalla Corvino oratore originem ducere. PIGH. *Quorum alterum, decus vetustae originis, optimi hominis gens, Corvini amplexa cognomen, usurpat.* Amplector hic emendationem Pighii, pro *Corvina* & *Corvinia*, quod vulgo legitur, scribentis *Corvini*. Agnosco enim, gentem non *Corvinam* vel *Corviniam*, sed potius *Valeriam* dicendam fuisse. At rursus non probo quod Pighius scripsit, *decus vetustae originis ac optimi ominis.* Testatur ille, omnia exemplaria habere *optimi hominis*, voculamque *ac* omittere. Quidni ergo sic potius distinguatur oratio, quomodo nos distinximus; atque ea de qua hic agitur gens à nostro *opt. hominis gens* dicta putetur? *Optimi hominis gens* est ipsa M. Valerii, quem quidem optimum hominem dictum voluit, familia. Et nisi haec ita conjungantur, sciri nequit qua de gente hic agatur. *Corvini* enim quod sequitur, ut ipse Pighius agnoscit, ad *cognomen* pertinet. VORST. *Quorum alterum decus vetustae originis, ac optimi ominis gens Corvini amplexa cognomen usurpat, alterum summo subjungitur ornamento, tam celeritate, quam principio consulatus gloriando.* Vorstius ex MStis. *q. alterum decus vetustae originis optimi hominis gens &c.* Sed quis unquam audivit illum *optimum hominem* praecipue appellari. Dixisset auctor potius & huic ipsi loco convenientius *fortissimi hominis*, legendum omnino puto. *quorum alterum decus vetustae originis, & optimi nominis gens Corvini am. Co. usurpat, al. sum. subjungit ornamento.* Nempe gens ipsa jam erat *optimi nominis*, hoc est *popularis, illustris, clari, & speciosi nominis*; dicebantur enim *Valerii Publicolae*, nihilominus tamen *Corvini* cognomen assumendo, alterum decus quotidie usurpat, alterum summo subjungit ornamento, nempe ipsa gens, ut patet, cum sequitur, *gloriando*, quod etiam facit ipsa gens. *Summum* vero *ornamentum* est initium consulatus. Plane etiam copula omitti potest. sic IX. 2. Ext. 5. in MSto. *liberalis formae, optimae spei*

gus-

27 At ne Q. quidem Scaevolae, quem L. Crassus in consulatu collegam habuit, gloria parum illustris: qui Asiam tam sancte, & tam fortiter obtinuit, ut senatus deinceps in eam provinciam ituris magistratibus, exemplum atque formam officii Scaevolam decreto suo proponeret. 6. Ann. urb. 658. Cic. in Bruto, ad Attic. v. & vi. Verr. iv. Paed. in divin.

28 Inhaerent illi voci posterioris Africani septem C. Marii consulatus, ac duo amplissimi triumphi. 29 Ad rogum enim usque gaudio exultavit. Quod cum apud Numantiam sub eo duce stipendia equestria mereret, & for- 7. Ann. urb. 619 Plut. in vita.

puerum. & IX. 3. 2. IX. 11. 5. Notandum *Publicolae* cognomen desiisse, postquam coepit *Corvini*, licet mea sententia *Corvinus* non sit ortus a *Publicola*. PERIZON. Plerique *optimi hominis*, unus Paris. *Optimi honoris*, omnes fere *gens Corvina*, vel *Corvinia*. Credo bene legisse & explicuisse Perizonium, malim cum ipso & MSS. quoque copulam *&* omittere.

26. *Quam principio consulatus*] Quia primus ex ea gente consul fuit. PERIZON.

27. *At ne Q. quidem*] Aliquot MSS. *Ac ne Q.* ut & Mog.

28. *Inhaerent illi voci posterioris Africani*] Intelligit ipsam illam vocem Scipionis Aemiliani, quam paulo post commemorat; videlicet quod *Vel hunc* dixit. Quod autem consulatus & triumphos Marii voci ei inhaerere dicit, sensus est Marium per eam vocem excitatum fuisse, ut consulatus & triumphos promereretur. VORST. *Tò illi* insititium videtur & delendum. Imo etiam ista, quae brevi sequuntur. *Ad rogum enim usque gaudio exultavit.* GUYET. *Illi* omnino *retinendum*, significat vocem Scipionis, quam jam relaturus est. ut solet *tò ille* apud nostrum subinde spectare ad sequentia. Vide supra L. I. 8. Ext. 3.

29. *Ad rogum enim usque gaudio exultavit. Qui cum apud Numantiam sub eo duce mereret, & forte quidam Scipionem interrogasset, si quid illi accidisset, quemnam Resp. aeque magnum habitura esset, Imperator ipsum respiciens infra se cubantem hunc esse dixit*] Locus mirifice corruptus. Falsum enim est Marium *Ad rogum usque gaudio exsultasse.* nec enim tam constanter propitia illi fuit fortuna, ut hoc illi semper liberet. Certe cum in palude Minturnensi lateret, & exul Carthagine viveret, gaudio exultasse minime credibile est. certum igitur est non ita simpliciter hoc dixisse auctorem de ejus fortuna, sed quod gaudio semper apud animum exultaverit propter hoc Africani dictum. Tum extrema in MStis plane aliter habentur. ex quibus ita restituit Vorstius. *hab. esset Imperatorem. Respiciens se supra ipsum cubantem, vel hunc dixit* &c. In quibus tamen ineptus videtur esse sensus ut a Vorstio edita sunt. nec enim Scipio potest dici respexisse, sed Marius, nec Scipio supra Marium accubuit, sed infra. Erat enim imperatoris locus inferior in medio lecti. Scripsit omnino Valerius. *Ad rogum enim usque gaudio exsultavit* (Marius) *quia cum apud Numantiam sub eo duce* (Scipione) *mereret, & f. q. sc. in. siq. il. ac. q. R. aeque magnum habitura esset Imperatorem respiciens se supra ipsum cubantem, vel hunc dixit.* nempe *Scipio cujus voci inhaerent Mariis consulatus.* clarior erit sensus si contrahantur. *Marius gaudio exultavit quia Scipio interrogatus respiciens se* (Marium) *supra ipsum* (Scipionem) *cubantem* dixit. *se* enim omnino ad *Marium*, qui *gaudio exultavit* referendum est. quod si cui durius videtur, & longius remotum inde, quo referri debet, legere debebit. *Respiciens supra se, ipsum cubantem.* sic *se* erit Scipio, *ipsum* Marius. quod tamen non necessarium judico. Sic supra III. 7. 6. sic ext. I. *Crotoniatae petierunt a Pythagora, ut senatum ipsorum consiliis suis uti pateretur*, id est, Pythagorae. sic IX. I. 4. *Continuo Crassus, quanti ipse domum suam aestimaret*, id est, Crassi. sic IX. 3. 6. Cic. de Invent. L. II. c. 18. *Locus autem communis erit defensoris is, per quem indignabitur accusatorem sub periculi causa, non res solum convertere, verum etiam verba commutare conari.* PERIZON. Klokkius hic aliquas voces supplebat hoc modo. *si quid illi humanitus accidisset, quemnam Resp. aeque magnum habitura esset imperatorem, ipsum respiciens supra se cubantem, vel hunc dixit, vel neminem.* Schegkius damnat etiam Pighium *infra* hic scribentem pro eo quod est in vetustis Edd. & MSS. *supra.* MSS. nostri fere, *haberet imperatorem, respiciens se supra ipsum cubantem vel hunc dixit.* In quo recte omnia procedunt. Pro *qui*, quod Perizonius optime mutatum ibat in *quia.* MS. Ultraj. prim. & Mog. Ed. habent *quod*, eodem sensu. qui cum

forte inter cenam quidam Scipionem interrogasset, 30 *si quid illi accidisset*, 31 *quemnam resp. aeque magnum habitura esset imperatorem*, se supra ipsum respiciens cubantem, *Vel hunc*, dixit. Quo augurio perfectissima virtus, maximam orientem virtutem, videritne certius, 32 an efficacius accenderit, perpendi vix potest. Illa nimirum cena militaris 33 speciosissimas tota in urbe Mario futuras cenas ominata est. Postquam enim Cimbros ab eo deletos initio noctis nuntius pervenit, nemo fuit, qui non illi tanquam diis immortalibus, 34 apud sacra mensae suae libaverit.

Ann. urb. 651. Plut. in vita.

8. Jam quae 35 in Cn. Pompejum & ampla & nova congesta sunt, 36 hinc assensione favoris, illinc fremitu invidiae literarum monumentis obstrepuntur. Eques Romanus, 37 proconsule in Hispaniam adversus Sertorium, pari imperio cum Pio Metello principe civitatis missus est. Nondum

Ann urb. 676. & 672. & 682. & 683. & 701. & 692. Plin. VII. 26. Plut. in vita. Vell. Dion. Cic. & alii.

cum in vulgato nullus sit sincerus, restitui ordinem verborum ut MSS. codd. jubebant, & *quod* in textum admisi. Sagacissime enim vidit Perizonius *Marium* dici *gaudio exultasse ad rogum usque* propter hoc dictum. Nonnulli quoque habent *dixerit*, item *stipendia mereretur*.

30. *Si quid illi accidisset*] Simillimum de Pompejo & Q. Catulo refert Sallustius Lib. V. Hist. Paterculus Lib. II. Cicero pro leg. Manil. imo & ipse Valerius paulo post. COLER. Cic. de Inv. L. II. 21. *Si quid pupillo accidisset.* PERIZON.

31. *Quemnam resp. aeque magnum habitura esset imperatorem? respiciens se supra ipsum cubantem*] Minime sincera lectio est. Praefero Pulmannianam, ac Susianam, quae haec, *Quem nam respub aeque magnum habitura esset? Imperator ipsum respiciens infra se cubantem.* PIGH. *Quemnam resp. aeque magnum habitura esset imperatorem, respiciens se supra ipsum cubantem.* Ita codices MSS. Brand. & veteres typis expressi. Et rursus temere hic fecit Pighius, quod immutavit sic, *Imperator ipsum respiciens infra se cubantem.* VORST. Curt. L. VIII. *Polypercon, qui cubabat supra regem.* Sueton. Aug. c. 43. PERIZON.

32. *An efficacius acciderit*] In Cauchiano, *accenderit*. Recte, inflammavit enim virtutem Marii hac sua voce Scipio, ut etiam testatur Plutarchus, Τὸν δ᾽ οὖν Μάριον (inquit) ὑπὸ ταύτης λέγε͂) μάλιϛα τῆς φωνῆς, ὥσπερ ὑπὸ θείας κληδόνος ἐπαρθένλα ταῖς ἐλπίσιν ὁρμῆσαι πρὸς τὴν πολιτείαν. PIGH. *Efficacius accenderit* reperit Pighius in cod. Cauchiano. Deque eo & Juretus monuit in Notis ad ep. 82. Lib. I. Symmachi. Alii codices perperam habent *acciderit*. Virtus Scipionis virtutem Marii *accendit*, id est, inflammavit. VORST. *Accenderit* nullus meorum habet, qui omnes in *acciderit* conspirant, unde aeque facile feceris *acuerit*. quod idem significat, vide Cl. Burman. ad Val. Flac. L. II. 172. Flor. L. I. 8. 4. *ut acueret ratione virtutem.*

33. *Speciosissimas tota in urbe Mario futuras coenas ominata est*] MSS. plerique cum Edd. ante Pighium, *speciosissimas tanta in urbe* vel, pauci tamen, *tantas in urbe.* Copes. *tota tantas in urbe.* pauci tamen videntur habere *tota in urbe.* ut credo e suis refinxisse Pighium. Pro *initio noctis* nonnulli *in initio.* Leid. quart. *Cimbris ab eo deletis.* sunt qui *pervenerit*, item, *libavit* habeant.

34. *Apud sacra mensae suae libaverit*] Vide Cuper. L. II. obs. c. 3. PERIZON.

35. *In Cn Pompejum*] Breviarium rerum ab ipso gestarum, quod Romae in templo Minervae custodiri ajunt, adscribam: CN. POMPEIVS. MAGNVS. IMP. BELLO. XXX. ANNORVM. CONFECTO. FVSIS. FVGATIS. OCCISIS. IN. DEDITIONEM. ACCEPTIS. HOMINVM. VICIES. SEMEL. CENTENIS. LXXXIII. M. DEPRESSIS. AVT. CAPTIS. NAVIBVS. D. CCCXLVI. OPIDIS. CASTELLIS. M. D. XXXVIII. IN. FIDEM. RECEPTIS. TERRIS. A. MAEOTI. LACV. AD. RVBRVM. MARE. SVBACTIS. VOTVM. MERITO. MINERVAE. CVM. ORAM. MARITIMAM. A. PRAEDONIBVS. LIBERASSET. ET. IMPERIVM. MARIS. POPVLO. ROMANO. RESTITVISSET. EX. ASIA. PONTO. ARMENIA. PAPHLA-

dum ullum honorem auspicatus bis triumphavit: initia magistratuum à summo imperio cepit: tertium consulatum decreto senatus solus gessit: de Mithridate, & Tigrane, de multis praeterea regibus, gentibus, plurimisque civitatibus, & praedonibus unum duxit triumphum.

Q. etiam Catulum populus Rom. voce sua tantum non ad sidera usque evexit. Nam cum ab eo pro Rostris interrogaretur, *si in uno Pompejo Magno omnia reponere perseverasset, absumpto illo subiti casus incursu, in quo spem esset habiturus:* summo consensu acclamavit, *in te.* Vim honorati judicii admirabilem. [38] Siquidem Magnum Pompejum cum omnibus ornamentis, quae retuli, duarum syllabarum spatio inclusum Catulo aequavit. 9. Ann. urb. 687. Cic. pro lege Manil.

Po-

PHLAGONIA. CAPPADOCIA. CILICIA. SYRIA. SCYTHIS. IVDAEIS. ALBANIS. IBERIA. INSVLA. CRETA. BASTERNIS. ET. SVPER. HAEC. DE. REGIBVS. MITHRIDATE. ATQVE. TIGRANE. TRIVMPHAVIT. COLER. *Et ampla.* Desunt haec in Ultraj. primo.

36. *Hinc assensione favoris, illinc fremitu invidiae literarum monumentis obstrepuntur*] Sic edidit Pighius, cum antea legeretur. *Obstrepitur*, & sic omnes fere MSS. praeterquam Ultraj sec. item Ld. Mog. Sed in MSS. quatuor lego. *Et literarum monumentis.* Perizonius adscripsit, legendum omnino *obstrepuntur.* Quod facile acceperim. *Quae & ampla & nova in Pompeium congesta sunt obstrepuntur hinc assensione favoris, illinc fremitu invidiae literarum monumentis.* Multorum scriptis partim etiam magnopere faventium laudantiumque, partim frementium, carpentiumque ea prae invidia commemorantur. *Obstrepuntur* dixit, verbo conveniente cum *fremitu invidiae*, quem postremum posuerat, ut Val. Flac. L. I. 115.

—— *imbrem & tenebras, saevum tridentem*
Jam jam ego & inviti torsissem conjugis ignem.

ubi *torsissem* proprie refertur ad *ignem. Obstrepuntur* autem *ampla & nova*, eodem modo dictum, quo *res obstrepi clamore militum* apud Cic. Pro Marc. c. 3. quod antique dictum videtur Patricio, pro *obstrepi rebus.* Sic tamen etiam Claudian. 2. Cons. Stilichonis v. 37. apposite ad hunc locum.

—— *nulli pars aemula defuit unquam,*
Quae gravis obstreperet laudes; stimulisque malignis
Facta sequebatur, quamvis ingentia, livor.

vide ibi Nob. N. Heinsium. Si quis etiam malit legere, *In literarum monumentis*, me non valde habebit dissentientem.

37. *Proconsule*] Plerique MSS. *Proconsul.* Perperam etiam complures deinde. *Nondum illum honorem.* Plerique etiam, *Et gentibus, plurimisque civitatibus.* Copes. *Quartum duxit triumphum.* Leid. sext. *quantum duxit triumphum,* quasi per admirationem. Sed *unum*, credo, scripsit Auctor. Sic indicans tot tantasque res uno in imperio belloque ab eo confectas, & ideo de illis *unum* duntaxat *duxisse triumphum.* recte igitur more suo *τοῖς multis*, & *plurimis* opposuit *τὸ unum.*

38. *Siquidem Magno Pompejo &c. duarum syllabarum spatio inclusum Catulum aequavit*] Ita legendum arbitror ex editione Aldi & Theoph. Chalcocondylae. Alii codices habent, *Magnum Pompejum duarum syllabarum spatio inclusum Catulo aequavit:* quos Pighium, Colerum atque Thysium secutos esse miror. Populus non Pompejum Catulo, se Catulum Pompejo aequavit dum interroganti Catulo, in quo Pompejo absumpto spem habiturus esset, summo consensu respondit, *In te.* Suntque ipsae voculae *In te* duae illae syllabae quarum spatio inclusum Catulum Pompejo aequavit. VORST. *Siquidem magnum Pompejum cum omnibus ornamentis, quae retuli duarum syllabarum spatio inclusum Catulo aequavit.* sic etiam MSS. credo etiam ita Brandeb. habere, quandoquidem eos non adduxit Vorstius, qui haec male mutat ex ant. Edd. legendo, *Magno Pompejo &c. Catulum aequavit.* certum enim est *inclusum* referri debere ad *Pompejum.* Ille cum omnibus suis ornamentis duarum syllabarum spatio inclusus erat a popu-

10. *Ann. urb. 697. Plut. in vita. Dion. XXXIX.* Potest & M. Catonis ex Cypro cum regia pecunia revertentis [39] appulsus ad ripam Tiberis videri memorabilis: cui navi egredienti consules, & ceteri magistratus, & universus S. P. Q. R. officii gratia praesto fuit: non quod magnum pondus auri & argenti; sed quod M. Catonem classis illa incolumem advexerat, laetatus.

11. *Ann. urb. 541. Livius XXV. App. Iberica. Polyb. & alii.* Sed nescio an praecipuum sit [40] L. Marcii inusitati decoris exemplum, quem equitem Romanum duo exercitus P. & Cn. Scipionum interitu, [41] victoriaque Asdrubalis lacerati, [42] ducem legerunt: quo tempore salus eorum in ultimas angustias deducta, nullum ambitioni locum relinquebat.

12. *Ann. urb. 639. Plin. VII. 35. Ovid. Fast. V. Jul. Obseq. 97. Solin. 7.* Merito [43] virorum commemorationi Sulpicia, [44] Ser. Paterculi filia, Q. Fulvii Flacci uxor, adjicitur. Quae cum senatus libris Sibyllinis per decemviros inspectis censuisset, ut [45] Veneris Verticordiae simulacrum consecraretur, quo facilius virginum mulierumque [46] mens à libidine ad pudicitiam converteretur; & ex omnibus matronis centum, [47] ex centum au-

pulo. hoc est per duas syllabas Magnus ille Pompejus cum omnibus ornamentis aequatus erat Catulo, non major, vel praestantior, esse Catulo declaratur. Potest enim etiam res, quae major videtur, aequari alteri dici. PERIZON. Habent certe ita omnes nostri, item Mog. Edit. voces, *quae retuli* insititiae videbantur Guyeto. quem suo judicio patimur frui.

39. *Appulsus ad ripam Tiberis memorabilis videri*] In manuscriptis, *ad ripam urbis videri memorabilis.* Rara quidem locutione, sed tamen vera. Non enim consules, magistratusque ripam Tiberis Ostiae appellenti occurrerunt, sed cum navigio, ut ait Plutarchus, urbem intraret. Ut tamen ingenue fatear, neutra satisfacit lectio, illa enim mihi glossema videtur: haec autem licet non sincera, verae tamen lectionis notam prae se ferre puto, eamque fuisse, *Appulsus ad urbem videri memorabilis.* Qui cum navigio fiat, glossographi exposuere, *ad ripam urbis*, vel *ad ripam Tiberis.* PIGH. *Ad urbem.* Lib. Dan. *Ad ripam urbis.* An scripsit Valerius *ad ripam Tiberis?* COLER. *Appulsus ad ripam Tiberis.* Ita Aldus & Chalcoc. ediderunt. Habetque ita unus quoque cod. Brand. Sed apparet aliquid in hoc mutatum, initioque scriptum fuisse *ad ripam urbis*; ut in pluribus codd. Pighius & Colerus, inque altero cod. Brandeb. ipse scriptum reperi. Pighius quod τὸ *ad ripam urbis* non satis concinnum ei videretur, *ad urbem* rescribendum putavit. Mihi *ripam*, quod in omnibus MSS. est, minime expungendum videtur. Deinde & *Tiberis* alteri voci praefero. VORST. *Ad ripam Tiberis* clare exstat in utroque Paris. Barb. prim. Leid. quart. Cop. Ceteri fere *ad ripam urbis.* Profecto somnia sibi finxit Pighius. Quum disputat, *ripam Tiberis* ferri non posse, quia consules & magistratus ipsi Ostiam usque non occurrerunt. quasi ibi modo ripa Tiberis appellari posset, & non aeque, qua Tiberis urbem alluit. cum Ostiam venisset non appulit fortasse ad ripam Tiberis, sed ipsum flumen invectus est, ut Romae ad ripam Tiberis appelleret.

40. *L. Marcii inusitati decoris exemplum*] Ex concionantis ejus capite flamma eluxit. Cujus aspectu pavidi adhuc milites pristinam fortitudinem recuperare admoniti sunt, ipsumque ducem legerunt. Vide supra 1. 6. 2. & ad eum locum Notas. VORST. MSS. duo omittunt *sit* post *praecipuum.*

41. *Victoriaque Asdrubalis lacerati*] P. & Cn. Sciplones ab *Asdrubale* victos fuisse inter Historicos constat. MSS. tamen omnes habent *Annibalis*, cum Ed. Mog. Ven. & Mediol.

42. *Ducem legerunt*] Harl. Ultraj. prim. *elegerunt.* Dein. Cop. *nulli ambitioni locum.* Bit. prim. Leid. sec. *nullum ambitionis locum.*

43. *Virorum commemorationi*] Ultraj. prim. *Comparationi.* tum Harl. & Leid. tert. Ed. Mog.

44. *Ser-*

autem decem sorte ductae, [48] de sanctissima femina judicium facerent, cunctis castitate praelata est.

EXTERNA.

Ceterum quia sine ulla diminutione Romanae majestatis [49] extera quoque insignia respici possunt, [50] ad ea transgrediamur. Pythagorae tanta veneratio ab auditoribus tributa est, ut, quae ab eo acceperant, in disputationem deducere nefas existimarent. Quin etiam interpellati ad reddendam caussam, [51] hoc solum respondebant, *ipsum dixisse*. [52] Magnus honos; sed schola tenus: illa urbium [53] suffragiis tributa. Enixo Crotoniatae studio ab eo petierunt *ut senatum ipsorum*, qui mille hominum numero constabat, *consiliis suis uti pateretur.* Opulentissimaque civitas tam frequenter venerati [54] post mortem domum, Cereris sacrarium fecit: [55] quantumque illa

1. Aristoph. Interp. in Nub. Laërt. in vita. Justin. xx. 4. Quintil. xi. Aelian. iv. 17.

44. *Servii Patriculi*] Leid. quart. *Servi Patroli*. Leid. sext. *Q. Servilii Flacci*.

45. *Veneris Verticordiae*] De hac Ovidius IV. Fast. Lutatius ad illud Statii libro quinto.

—— *& Idalias procul ablegasse volucres.*

similis appellationis Venus apud Graecos fuit, sed non similis potestatis: nam *Ἀποστροφίαν* dixerunt. de qua Pausanias. COLER.

46. *Mentes a libidine ad pudicitiam converterentur*] Sic dederat Pighius, quum legeretur antea, *Mens a libidine ad pudicitiam converteretur.* quod quum in tredecim MSS. reperirem, licet parum intersit, revocavi tamen.

47. *Ex centum autem decem sorte ductae*] Copes. delet *autem*. Barb. prim. haec tria, *ex centum autem.*

48. *De sanctissima femina*] Sic solent mulieres *castas* Latini *sanctas* dicere. Vide Cl. Burman. ad Phaed. L. III. 10. 30.

Sanctamque uxorem dormientem cubiculo.

49. *Extera quoque insignia*] Sic Pighius, & plerique MSS. cum Ed. Mog. ceterae *externa* quod est in Bit. & Leid. primis, ut & in utroque Ultr.

50. *Ad ea transgrediamur*] MSS. decem cum Ed, Mog. *Transgrediemur*. Deinde Paris. tert. Leid. quint. & Cop. *ad reddendum caussam*. Bit. prim. *haec sola*.

51. *Hoc solum respondebant, αὐτὸς ἔφη*] Manuscripti libri Graeca verba non habent, sed Latine produnt ita, *Hoc solum respondebant, Ipsum dixisse.* Ea verba Graecissans sciolus immutare voluit. PIGH. *αὐτὸς ἔφα* scribit interpres Aristoph. Nubib. CORRAD. Latine exstant haec verba *ipsum dixisse* etiam in MSS. nostris, Ed. Mog. Ven. & Mediol. sed Aldus Ascens. & reliqui *αὐτὸς ἔφη*.

52. *Magnus honos sed schola tenus, illa*] Mediol. *Magnus honos schola tenus, sed illa.* Praestat alterum, & longe quidem, firmatur etiam MSS. auctoritate.

53. *Suffragiis tributa est*] MSS. duodecim cum Edd. Mog. Ven. Mediol. Ascens. delendum verbum substantivum, quod primus addiderat Aldus, admonent.

54. *Post mortem domum ejus Cereris sacrarium fecerunt; namque illa urbs viguit*] In Atrebatensi & Wincheliano, aliisque, *Post mortem domum Cereris sacrarium fecit, quantumque illa urbs viguit.* PIGH. *Opulentissimaque civitas tam frequenter venerati post mortem domum Cereris sacrarium fecit.* Sic Pighius edidit ex MSS. Aldus ediderat, *Tam frequenter venerati post mortem domum ejus Cereris sacrarium fecerunt.* Verbum pluralis num. profectum videtur ab iis, qui putarent *venerati* itidem pluralis num. esse. Iidem & pronomen *ejus* adjecerunt. A codd. Brandeb. *ejus* itidem abest. At hoc repudiato satis apparet, *venerati* casus secundi singularis numeri esse; ut referendum sit ad Pythagoram. Neque novum est talium verborum participia temporis praeteriti, significationem passivam habere. VORST. *Ejus* expungunt MSS. sed *fecerunt* constanter retinent, praeter Copes. pro *frequenter*, quatuor *frequentem* habent. Sed recte *domum frequenter*

illa urbs viguit, & dea in hominis memoria, & homo in deae religione cultus est.

2. Plato Gorg. Cic. de Or. III. & de fin. II. Plin. XXXIII 4. [56] Gorgiae vero Leontino studiis literarum aetatis suae cunctos praestanti, adeo ut primus in conventu poscere, qua de re quisque audire vellet, ausus sit, [57] universa Graecia in templo Delphici Apollinis statuam solido ex auro posuit; cum ceterorum ad id tempus auratas collocasset.

3. Strab. IX. & XVI. Pauf. Attic. Cic. de Div. I. Philost. Icon. [58] Eadem gens summo consensu ad Amphiaraum decorandum incubuit; locum, in quo humatus est, in formam conditionemque templi redigendo, atque inde oracula capi instituendo. [59] Cujus cineres idem honoris possident, quod Pythicae cortinae, [60] quod aheno Dodonae, quod Hammomonis fonti datur.

[61] Phe-

ter venerati, i. e. a mille senatoribus & tot discipulis, ut explicabat Perizonius.

55. *Quantumque illa urbs viguit*] *Quantumque* restituit Pighius ex codd. MSS. Estque & in uno cod. Brand. Aldus & Chalcoc. ediderant, *quamque illa urbs vig.* Quid si legatur *Quamdiuque illa urbs viguit?* VORST. *Quantumque illa urbs viguit* MS. *quamque.* Forte *quumque.* Sed non male Vorstius *quam diuque.* PERIZON. Harl. uterque Parif. Barb. prim. *quaque illa urbs viguit.* Bit. prim. Leid. quint. *quaque illi urbi.* Unus Ultraj. *quamquam*, alter *quantum. quamquam* Mog.

56. *Gorgiae vero Leontini, &c. praestantis*] Sic mutaverat Pighius, cum legeretur, *Gorgiae vero Leontino &c. praestanti.* Sic & MSS. bene. Posuerunt statuam *Gorgiae Leontino.* ut Phaed. Epil. Lib. II.

Aesopo ingentem statuam posuere Attici.

Et sic saepe apud Ciceronem *statua posita alicui in foro, in rostris*, dicitur. De *Gorgia* autem *Leontino*, vide quae notavit Perizonius ad Aelian. L. I. Var. Hist. 23. qui etiam hic ex Cop. probabat *Gorgiae Leontino*, & pro *primus* conjiciebat forte legendum, *protinus.* Sed non opus est ulla mutatione. *Primus* enim revera Gorgias hoc fecit. Cic. de Orat. L. I. 22. *Quod primum ferunt Leontinum fecisse Gorgiam: qui permagnum quiddam suscipere ac profiteri videbatur, cum se ad omnia de quibus quisque audire vellet, esse paratum denuntiaret.* & de L. II. de Fin. I. *Quorum e numero primus est ausus Leontinus Gorgias in conventu poscere quaestionem, id est, jubere dicere, qua de re quis vellet audire.* Quem locum Valerius ante oculos habuisse videtur.

57. *Universa Graecia*] Vide Olearium ad Philostrat. p. 493.

58. *Eadem gens*] Harl. uterque Parif. Barb. prim. *Eadem etiam gens.* Aliquot, MSS. cum Mog. *locum quo humatus est.* non male utrumque Ultraj. prim. & Mog. *Oraculo.*

59. *Cujus cineres*] Sic Pighius. alii *Ejus cineres.* Sed alterum firmant MSS. nostri, & Mog. Ed. cum Mediol.

60. *Quod aheno Dodonae, quod Hammonis fonti datur*] MSS. fere omnes vitiose, *quod Athenae Dodonae.* fec. Ultraj. quod *Athenis.* Itidem *quod Hammonis fronti datur.* Mog. *quod Athenis Dodone, quod Hammonis fronti datur.* Verum nihil commune est *Athenis* cum *Dodonaeo Oraculo.* quod in Epiro fuisse omnibus est notissimum. Et celeberrimum etiam proverbio *aes Dodonaeum.* Quamvis illud magis tinnitu suo, quem radiis solis ictum dabat, quam oraculis datis clarum fuit. Pertinebat tamen ad *Oraculum Jovis Dodonaei Fronti* vero *Hammonis*, placere multis possit, eo quod *Jupiter Hammon* imprimis notabilis erat *cornibus.* Unde etiam Min. Fel. Cap. 21. *Cum Hammon dicitur habet cornua.* ubi vide notas virorum Eruditorum. Interea in *nemore Hammonis* a quibusdam statuitur etiam *fons solis*, de quo Curt. L. IV. 7. 22. & Mela L. I. 8. ut incertus haeream, utrum debeat eligi. *Fonti* tamen praefero.

61. *Pherenices*] MSS. plerique *Berenices.* quod est in Edd. vel *Beronices*, praeter Ascens. *Pherenices* restituit Pighius. Harl. *Lerenetricis.* Ultraj. prim. *Benetricis.* vide notas virorum Eruditorum ad Aelian. L. X. I.

62. *Eulea*] MSS. *Eulea*, *Endea*, *Endia*, *Emolea*, *Erellea*, *Eudeam*, *Enclia.* A Pausania vo-

[61] Pherenices quoque non vulgaris honos, cui soli omnium feminarum gymnico spectaculo interesse permissum est; cum ad Olympia filium [62] Euclea [63] certamen ingressurum adduxisset, Olympionice patre genita, [64] fratribus eandem palmam assecutis latera ejus cingentibus. 4. Plin. VII, 41 Aelian. Var. hist. X. I. Pausan.

vocatur *Peisiredos*, vel potius, *Peisidoros.* vide Kuhn. ad Aelian. loco citato.

63. *Certamen ingressum*] Veteres libri, *ingressurum.* Multo correctius. PIGH. *Certamen ingressurum.* Sic denuo Pighius, cum antea excuderetur *ingressum.* Sed res ipsa & fere omnium MSS. & Ed. Mog. auctoritas *ingressurum* postulat. Pro *Olympionice* MSS. aliquot *Olympione.* Harl. *Olympionico.*

64. *Fratribus*] Tres fratres eandem palmam assecutos eam habuisse auctor est Aelianus. unde suspicari possis propter similitudinem Syllabarum, numerum excidisse apud nostrum, eumque scripsisse, *Fratribus tribus eamdem palmam assecutis latera ejus cingentibus.* Sed adfuisse istos fratres non memorat Aelianus, & vereor, ne amplificandi caussa Valerius adjecerit.

VALERII MAXIMI

FACTORUM DICTORUMQUE MEMORABILIUM

LIBER NONUS.

CAPUT I.

DE LUXURIA ET LIBIDINE.

EXEMPLA ROMANA SUNT.

1. *C. Sergius Orata.*
2. *Clodius Aesopi tragoedi F.*
3. *Mulieres legis Oppiae oppugnatrices.*
4. *Cn. Domitius & L. Crassus cens.*
5. *Q. Metellus Pius.*
6. *C. Scribonius Curio filius.*
7. *P. Clodii judicium.*
8. *Gemellus viator tribunicius.*
9. *L. Catilina.*

EXTERNA.

1. *Annibal Poenus Amilcaris F.*
2. *Vulsinienses.*
3. *Xerxes Persarum rex.*
4. *Antiochus Syriae rex.*
5. *Ptolemaeus Aegypti rex.*
6. *Aegyptii.*
7. *Cyprii.*

BLANDUM etiam malum luxuria, quam [1] accusare aliquanto facilius est, quam vitare, operi nostro inseratur: non quidem ut ullum honorem recipiat, sed ut seipsam recognoscens ad poenitentiam impelli possit. Jungatur illi libido: quoniam ex iisdem vitio-

1. *Accusare facilius*] Cicero Libro VI. De Republica: *Graves enim dominae cogitationum libidines, infinita quaedam cogunt atque imperant: quae quia nec expleri, nec saturari ullo mo-*

tiorum principiis oritur: neque aut à reprehensione, aut ab emendatione separentur gemino mentis errore connexae.

1\. Ann. urb. 656. circiter. Plin. IX. 54. Macrob. III, 15.

[2] C. Sergius Orata [3] pensilia balnea primus facere instituit. Quae impensa levibus initiis coepta [4] ad suspensa calidae aquae tantum non aequora penetravit.

Idem videlicet, ne gulam Neptuni arbitrio subjectam haberet, peculiaria sibi maria excogitavit, [5] aestuariis intercipiendo fluctus, [6] pisciumque diversos greges separatis molibus includendo, ut nulla tam saeva tempestas incideret, [7] qua non Oratae mensae varietate ferculorum abundarent. Aedificiis etiam spatiosis & excelsis [8] deserta ad id tempus ora Lucrini lacus pressit; quo recentiore usu conchyliorum frueretur. Ubi [9] dum se publicae aquae cupidius immergit, cum [10] Considio publicano judicium na-

modo possunt, ad omne facinus impellunt eos, qui illecebris suis incenduntur. COLER.

2\. C. *Sergius Orata*] De hoc vide Anton. Augustinum ad Fest. in v. *Orata*. PERIZON. Vide ad exempli hujus illustrationem etiam J. Fr. Gronovii Diatriben ad Statium cap. 39.

3\. *Pensilia balnea*] Seneca Epist. 91. *Quaedam nostra demum prodisse memoria scimus; ut speculariorum usum perlucente testa, clarum transmittentia lumen, ut suspensuras balneorum & impressos parietib. tubos per quos circumfunderetur calor, qui ima simul & summa foveret aequaliter.* COLER. *Pensilia balnea.* Seneca ep. 91. *suspensuras balneorum* vocat; easdemque, & nonnulla alia, sua demum memoria prodiisse scribit. Pari ratione noster paulo post, *suspensa calidae aquae tantum non aequora* appellat. VORST.

4\. *Ad suspensa calidae aquae*] MSS. sex, *Ad suspensae calidae aquae.*

5\. *Aestuariis*] Lib. Msc. Lavernii *claustris*. Et ita Patavianus in ora. COLER. *Aestuariis intercipiendo fluctus. Aestuarium* est locus aquis marinis oppletus ex inundationibus Plinius Hist. nat. v. 1. *Effunditur huc aestuarium e mari flexuoso meatu.* Et alter L. IX. ep. 33. *Ex stagno in modum fluminis aestuarium emergit, quod vice alterna, prout aestus aut repressit aut impulit, nunc infertur mari, nunc redditur stagno.* Sed pro *aestuariis* Colerus in libro Lavernii testatur esse *claustris:* idemque & in cod. Patavino in margine apparere. Quae lectio si vera sit, ipsae illae moles de quibus paulo post dicit, *claustra* hic dicta fuerint. VORST. *Claustris* solus habet Paris. tert. *Extuariis*, *Escuariis*, vel *Estuariis* reliqui.

6\. *Pisciumque diversos greges separatos molibus includendo*] MS. *separatis*, non inepte: nisi forte *separatos* intelligere velis, a ceteris piscibus in mari. Paulo post tam hic quam in Flori loco, ineptissime *ora* exponit *litora* Vorstius, cum pro *Ostio* ponatur. ut jam Ascensius vidit. PERIZON. *Pisciumque diversos greges separatos molibus includendo.* MSS. octo *separatis molibus*, quomodo legebatur ante Pighium. Ultraj. sec. *inducendo*. Malim *separatis molibus*, ut Valerii stilo convenientius, *diversos greges separatis molibus*, ita utrumque substantivum suo adjectivo jungitur.

7\. *Qua non oneratae mensae varietate pisciculorum abundarent*] In Pulmanniano, Susiano, Atrebatensi, aliisque, *Qua non Oratae mensae varietate ferculorum abundarent.* Melius. PIGH. *Ferculorum.* Lib. Danielis *periculorum*. Edit. Venet. *pisciculorum*. COLER *Pisciculorum* sic MSS. novem cum Mog. Pro *Oratae* plerique *ornatae*. verum tamen *Oratae* servant uterque Ultraj. & Mog.

8\. *Deserta ad id tempus ora Lucrini lacus*] *Lacus Lucrinus* in Campania fuit inter Bajas & Cumas: isque publicus, & publicanis locari solitus. Sed cum proximus esset mari, & hoc in illum aestuaret, magna subinde damna piscatores, ipsique publicani faciebant. Quo pertinere videtur, quod noster dicit *deserta ad id tempus ora Lucrini.* Porro *ora* dictum videtur pro *littora*. Florus II. 17. *Primus Romanorum ducum victor ad Gades & Oceani ora pervenit.* VORST. Vide Sall. B. Cat. c. 13. & ibi. Rupert. & c. 20. *in exstruendo.*

nactus est. In quo L. Crassus adversus illum caussam agens, *errare amicum suum Considium* dixit, *quod putaret Oratam remotum à lacu, cariturum ostreis. namque ea, si inde petere non licuisset,* [11] *in tegulis reperturum.*

Huic nimirum magis [12] Aesopus tragoedus in adoptionem dare filium suum, quam bonorum suorum heredem relinquere debuit, non solum perditae, sed etiam furiosae luxuriae juvenem. Quem constat cantu commendabiles aviculas immanibus emptas pretiis, [13] pro ficedulis ponere; acetoque [14] liquatos magnae summae uniones potionibus aspergere solitum; amplissimum patrimonium, tanquam amaram aliquam sarcinam, quam celerrime abjicere cupientem. Quorum alterius senis, alterius adolescentis [15] sectam secuti longius manus porrexerunt. Neque enim ullum finitur [16] vitium

2. Ann. urb. 690. circiter. Plin. x. 51. & ix. 35. Horat. ii. s. 3.

do mari divitias profundere. PERIZON.

9. *Dum se publicae aquae cupidius immergit*] Dum spatiosis & excelsis aedificiis suis paulo plus Lucrini lacus occupat, & suis solius usibus vindicare conatur, quod usus publici erat, publicanoque Considio locatum. Antea dixit, ora lacus Lucrini aedificiis spatiosis atque excelsis aedificiis ipsum *pressisse.* VORST. Hoc indicat dum *aquam publicam* vocat, unde & *Publicano* locatam fuisse intelligas. unus atque item alter MS. *immersit.*

10. *Considii publicani judicium nactus est*] Veteres libri omnes, *Cum Considio publicano judicium nactus est.* Recte. *Judicium* enim *cum aliquo nancisci*, est in controversiam vel contentionem venire. PIGH. Etiam nostri omnes, *Cum Considio publicano.* postea duo, *qui putaret.*

11. *In tegulis*] Cicero Hortensio: *Sollertiaque ea, qua posset vel in tegulis proseminare ostreas.* Seneca v. Controvers. *Alunt in summis culminibus mentita nemora & navigabilium piscinarum freta.* COLER.

12. *Aesopus tragoedus*] *Tragoedum* appellat Valerius, qui tragoediarum actor fuit, sicut & Plin. Lib. ix. Deinde patris Aesopi cum filii factis miscet Valerius, quae apud Plinium ac Horatium sunt divisa. Patina enim patris fuit, ut scribit Plin. Lib. x. cap. 51. devorator margaritarum filius, ut idem Plin. Lib. ix. cap. 35. & Horat. Lib. ii. serm. sat. iii. In Oliverii commentario Phrygii fabulatoris mentio est, quasi ille unquam fuerit Romae: sed assutum puto. GLAREAN. *Filium suum.* Hoc de patre Aesopo refert Plinius Lib. x. cap. 51. & Lib. xxxv. cap. 12. CORRAD. *Aesopus tragoedus.* Exemplar Atrebatense & Gemblacense, *Aesopus tragicus.* Plinio, *tragicus*, dicitur histrio. Sic Livius Aristonem *tragicum actorem* vocat Lib. xxiv. PIGH. MSS. nostri omnes tamen servant *Tragoedus*, quod de actore multo usitatius est, nisi *actor*, *histrio* vel simile addatur. Sic Ciceronis oratio pro *Q. Roscio Comoedo*, non *Comico* inscribitur. Simpliciter *Tragici* quum dicuntur ipsi intelliguntur poëtae. Imo sic ipse noster apud Plinium L. ix. 39. dicitur *Tragoedi Aesopi filius*, qui *Tragici Histrionis* L. x. c. 51. Supino autem errore hunc *Aesopum* cum celeberrimo fabularum auctore confundit, & ab Aesopo histrione, qui tempore Ciceronis fuit, distinguit Oliverius. Sed hunc errorem jam animadvertit Ascensius ante Glareanum.

13. *In coena pro ficedulis ponere*] *In coena* haec verba desunt in MSS. undecim cum Mog. Ed. additum videtur a sciolis ignorantibus. τὸ *ponere* simpliciter pro *in coena ponere* sumi solitum. Vide quae notavi supra L. ii. 6. 1. Itaque verba haec eradenda putavi.

14. *Liquatos magnae summae uniones*] MSS. Sex *liquatas.*

15. *Sectam secuti, longius manus porrexerunt*] Deest vox una, quae in Susiano est, *Sectam secuti plurimi longius manus porrexerunt.* PIGH. *Sectam secuti plurimi longius manus porrexerunt neque enim ullum finitur vitium ibi, ubi oritur.* MS. non agnoscit τὸ *plurimi.* quod Pighius ex uno tantum Cod. recepit, in quo eum sequitur Vorstius male. Sensus enim est per se clarus. *eos, qui eorum sectam sunt secuti, longius esse progressos.* Reliqua ita praefert MS. *Neque enim ullum malum finitur, ubi oritur.* certe τὸ *ibi* haud dubie est ejiciendum & ejecit Ascensius ut & τὸ *plurimi.* PERIZON. At ego τὸ *plurimi* scio non exstare in

tium ibi, ubi oritur. Inde ab Oceani littoribus attracti pisces: [17] inde infusae culinis arcae: censibusque edendi atque bibendi voluptas reperta est.

3. Ann. urb. 558. Livius XXXIV. Zonaras & alii. Urbi autem nostrae secundi belli Punici finis, & Philippus rex Macedoniae devictus, licentioris vitae fiduciam dedit. Quo tempore matronae Brutorum domum ausae sunt obsidere, [18] qui abrogationi legis Oppiae intercedere parati erant, quam feminae tolli cupiebant: quia his nec veste varii coloris uti, [19] nec auri plus semiuncia habere, nec juncto vehiculo [20] propius Urbem mille passus, nisi sacrificii gratia, vehi permittebat. Et quidem obtinuerunt, ut [21] jus per continuos viginti annos servatum aboleretur. Non enim providerunt saeculi illius viri, [22] ad quem cultum tenderet insoliti coetus pertinax studium; aut quo se usque effusura esset legum

in MSS. undecim, nec ulla ante Pighium Editione. *Ibi* tamen fere omnes retinent. Leid. sext. *Malum ibi finitur.*

16 *Vitium finitur*] Seneca Epist. 96. *Nullum intra se manet vitium.* COLER.

17. *Inde infusae culinis, arcae, censibusque edendi atque bibendi voluptas reperta est*] Magis placet Wincheliana lectio, *Inde infusae culinis ostreae. Arte censibusque edendi atque bibendi, &c.* PIGH. *Inde infusa culinis ostreae. Arte censibusque edendi atque bibendi voluptas reperta est.* Abest τὸ *ostreae*, a plerisque omnibus libris & tollo sane ego, ac rescribo: *inde infusae culinis artes, censibusque,* &c. Sententiam egregiam elicio: & hinc, inquit, repertae culinariae illae artes, & patrimoniorum pretiis empti coqui. LIPS. *Culinis ostreae.* Ita Pighius, Lib. Dan. *culinis arcae.* Rectissime, meo animo. Infusas culinis arcas ait, hoc est, arcas exhaustas in preciosissimis piscibus coëmendis. Huic lectioni firmandae est Lucillius Libro IX. I. *His itidem in coena dabis ostrea milibus numum Empta.* COLER. *Inde infusae culinis arcae: censibusque edendi atque bibendi voluptas reperta est.* Haec Veterum codicum tum MSS. tum typis expressorum est lectio. Quam mutandam putavit Pighius, quod in uno cod. Wincheliano reperisset, *Inde infusae culinis ostreae. Arte censibusque edendi* &c. Contra vero nihil mutandum censent Salmasius & Gronovius; ille in Exercitationibus in Solinum, pag. 107. hic in libro de pecunia vetere, pag. 624. Testatur quoque Gronovius in tribus bonae notae MSS. se ita scriptum invenisse. Habetque ita uterque etiam cod. Brand. *Arcae* receptacula sunt nummorum. Juvenalis: *Posita sed luditur arca.* Et ab arca is, qui pecuniam dispensat, *arcarius* dicitur Quod ergo *infusas culinis arcas* noster ait, significat arcas in luxuriosis coenis parandis exhaustas fuisse. Et vocabulo *arcae* consentaneum est quod sequitur *censibus*: quod & ipsum pecuniam significat. Notum illud Poëtae. *Dat census honores.* VORST. Klokkius legebat. *Inde infusae culinis arcae, inde censibus edendi atque bibendi voluptas reperta est.* vel, *inde infusae culinis censibus arcae, inde edendi atque bibendi.* in Bas. MSS. est. *inde infusae culinis arche censibus edendi.* inter Excerpta Duacensia haec notata invenio. Lips. *Infusae culinis artes cens.* at. Chart. *Inde infusae culinis arcae.* Sen. Epist. 81. Plin. L. XXIX. I. Sen. Ep. 115. Mart. L. V. 71.

Infusum nuper sibi a Patrono
Plenum Maxime centies Syriscus.

Ceterum Pignorius ex suis libris praefert, *Inde infusae culinis artes.* p. 44. Ed. Pat. de Ser. Joh. Fred. Gronovius tuetur, *Inde infusae culinis arcae*, iisdem fere locis prolatis, quae in Exc. Duac. erant notata. Lib IV. de Pec. Vet. c. 4. MSS. nostri fere habent, *arcae, arche, aree.* Unus Ultraj. prim. *artes. Ostreae* nescio an usquam exstet. *Arche* Mog. Recte explicuit Oliverius, consumptae & exhaustae sunt arcae in parandis luxuriosis coenis.

18. *Qui abrogationi legis Oppiae intercedere parati erant*] Aliquot scripti codd. *abrogationem.* Harl. Cop. *in abrogatione.* Ultraj. prim. *pro abrogatione.*

19. *Nec auri plus semiuncia habere*] MSS. septem cum Mog. Ed. *Nec auri plus semiunciam habere*, id est *quam semiunciam.* Quam loquendi for-

gum victrix audacia. Quod si animi muliebris apparatus intueri potuissent, quibus quotidie aliquid novitatis sumptuosius adjectum est, in ipso introitu ruenti luxuriae obstitissent.

Sed quid ego de feminis ulterius loquor? quas & imbecillitas mentis, & graviorum operum [23] negata affectatio omne studium ad curiosiorem sui cultum hortatur conferre; cum temporum superiorum & nominis & animi excellentes viros, in hoc priscae continentiae ignotum diverticulum prolapsos videam. Idque jurgio ipsorum pateat.

[24] Cn. Domitius L. Crasso collegae suo altercatione orta objecit, quod 4.
[25] columnas Hymettias in porticu domus haberet. [26] Quem continuo Ann. urb. 661. Plin.
Crassus, *quanti ipse domum suam aestimaret*, interrogavit. Atque ut respon- xvii. 1. &
dit [27] *sexagies sestertio*: [28] *Quanto ergo eam*, inquit, *minoris fore existimas*, xxxvi. 3.
si

formam sat multis exemplis comprobarunt viri Nob. N. Heinsius, & P. Burmannus ad Vell. L. II. I. 4. postea Harl. *apparatus intueri potuisset.* idem, *sed quid de feminis ulterius loquar?*

20. *Propius urbem mille passus*] Sic MSS. & Edd. Mog. Mediol. Sed Ven. Ald. & cum secuti usque ad Pighium, *mille passibus*. Pro *Et quidem* plerique MSS. *Equidem*

21. *Jus per continuos viginti annos servatum*] Cop. Leid. sec. sext. *observatum*. Vide supra L. I. I. I.

22. *Ad quem cultum tenderet*] Cop. *Redderet*. Ultraj. prim. *Intenderet*. Idem. *Quo se effusura*, deleto *usque*.

23. *Negata affectatio*] Barb. prim. Leid. sec. *Negata affectio*. Pro *curiosiorem*. Paris. prim. *studiosiorem*.

24. *Cn. Domitius L. Crasso*] De iisdem censoribus Plin. Lib. XVII. cap I. scribens in tribus a Valerio dissentit. Plinius quatuor columnas, arbusculas sex. Valerius utraque X. numerant. Plinius Cn. Domitium promisisse ut licitatorem pecuniam: Valerius duntaxat rogasse, quanti suam aestimaret. Denique Plinius Domitium ne uno quidem nummo emptam voluisse, si sex istae arbusculae tollerentur. Valerius autem dimidio minoris. In Plinio utrimque corrupti sunt numeri. In Valerio autem, unde Plinius desumere potuit bene habent. Porro in contextu hic τὸ *suam* referendum est ad Crassi domum, ut ex Plinio facile colligitur, non ad Domitii, ut non recte Badius extulit. Admonuit nos ejus rei D. Erasmus Roterodamus praeceptor noster. GLAREAN. *Cn. Domitius L. Crasso collegae suo.* Censuram hi post consulatum gessere: increpuitque hunc ille, quod censor tanti habitaret, proque domo ejus ingentem pecuniae summam promisit. Vide Plinium Hist. nat. XVII. I.

25. *Columnas Hymettias*]. Vide Torrentium ad Horat. L. II. Ode 18. 3. unde marmoreas intelligi videbis. Adde Strabonem L. IX. p. 399. Ed. Paris. Μαρμάρα δ' ἐστὶ τό τε Ὑμεττίας καὶ τὸ Πεντελικῆς κάλλιστα μέ αὐτα πλησίον τῆς πόλεως.

26. *Quem continuo Crassus, quanti ipse domum suam aestimaret, interrogavit*] MSS. quinque *Quem cum continuo Crassus &c. interrogaret.* Quomodo legebatur ante Pighium in omnibus editionibus. Bit. prim. *Atque ubi respondit.*

27. *Sexagies sestertio*] Meursius in cap. 12. libri de luxu Rom. conjicit legendum esse *sexcenties sestertio.* alioqui enim nullam fore proportionem. & Plinium XVII. I. pretium adhuc majus posuisse, deque sestertio millies narrasse. Deinde pro. *Ipso tricies sestertio ait Domitius. tunc Crassus uter igitur.* MS. omittit τὸ *ait.* & *inquit* ponit post *Crassus.* Forte utrumque melius abest. Porro in. *Qui decem arbuscularum umbram tricies sestertium summa compensas.* MS. *contra tricies sestertium summam.* certe vulgata lectio nullius est pretii, & manifesto corrupta. Nempe *sestertium* ponitur quasi esset genitivus, cum hoc modo legendum. ut multis hanc locutionem asseruit Gronovius. Sed tamen omnes codd. & MSS. habent *sestertium* quod profecto mihi videtur caussam dedisse, ut librarii adderent *summam*, quod ex glossa or-

si decem arbusculas inde succidero? Ipso tricies sestertio, ait Domitius. Tunc Crassus: *Uter igitur luxuriosior est? Egone, qui decem columnas centum millibus nummûm emi: an tu qui decem arbuscularum umbram tricies sestertiûm summa compensas.* [29] Sermonem oblitum Pyrrhi, immemorem Annibalis, jamque transmarinorum stipendiorum abundantia oscitantem: [30] aliquanto tamen insequentium saeculorum aedificiis & nemoribus angustiorem: quoniam inchoatam a se lautitiam posteris relinquere, quam a majoribus acceptam continentiam retinere maluerunt.

5. Ann. urb. 673. Macrobius Sat. III. 13. Plut. Pomp. Sall. L. II. Hist.

[31] Quid enim sibi voluit princeps suorum temporum Metellus Pius, tunc cum in Hispania adventus suos ab hospitibus aris & ture excipi patiebatur? cum [32] Attalicis aulaeis contectos parietes laeto animo intuebatur? cum immanibus epulis [33] apparatissimos interponi ludos sinebat? cum [34] palmata veste convivia celebrabat, [35] demissasque lacunaribus aureas coro-

ortum esse credo, legendumque, *Contra tricies serstertium compensas. Sestertium* eo magis crediderunt esse genitivum, quoniam praecessit *nummûm* in genitivo. PERIZON. Leid. prim. *circa tricies sestertium summam.* cum Copes. facit Leid. sext. Ultraj. prim. *Tricies sestertio summa*, sec. *Tricies sestertium summam.* Reliqui vulgatum servant. Consule J. Fr. Gronovium L. II. de Pec. Vet. cap. 3.

28. *Quo ergo eam (inquit) minoris fore aestimas?*] In Cauchiano melius, *Quanto ergo eam (inquit) minoris fore existimas.* PIGH. *Quanto ergo eam, inquit, minoris fore existimas?* *Quanto* rescripsit Pighius ex cod. Cauchiano. Alii habent, *Quo ergo eam, inquit, minoris fore exist.* VORST. *Quo minoris* exstat in nostris novem, & omnibus Edd. Inter *exstimas* & *existimas* more solito fluctuant MSS.

29. *Sermonem oblitum Pyrrhi*] Ita per exclamationem in utroque etiam cod. Brandeb. haec efferuntur. Sensus autem est, sermonem istum Domitii & Crassi indicio esse, quod eorum temporum, quibus Pyrrhus cum Romanis bellum gessit, obliti tum fuerint. VORST. Et efferuntur ita in scriptis & Edd. omnibus.

30 *Et quanto tamen insequentium saeculorum aedificiis & nemoribus angustiorem ritum introduxerunt. Atque inchoatam à se lautitiam posteris relinquere, quam à majoribus acceptam continentiam retinere maluerunt*] Locus varie corruptus pro cujusque ingenio, quot enim sunt exemplaria, tot fere reperiuntur diversitates, quas omnes hic comparare prolixum ac taediosum foret. Annotabimus itaque verba dumtaxat, è quibus veram lectionem elicere poterimus, *Et quanto tamen*, melius in Cauchiano, *Aliquanto tamen. Ritum introduxerunt* Verba haec perperam à sciolis interposita, in Susiano libro penitus omittuntur: in aliis, *quem* vel *quam introduxerunt*, legimus, *Atque inchoatam.* In Cauchiano. *Itaque inchoatam.* In Susiano correcte, *Quoniam inchoatam.* Vera itaque lectio ex duobus jam dictis codicibus haec colligitur; *Sermonem oblitum Pyrrhi, immemorem Annibalis, jamque transmarinorum stipendiorum abundantia oscitantem, aliquanto tamen insequentium saeculorum aedificiis & nemoribus angustiorem. Quoniam inchoatam à se lautitiam, &c.* PIGH. *Aliquanto tamen insequentium seculorum aedificiis ac nemoribus angustiorem. Quoniam inch. a se lautit. posteris relinquere, quam a majoribus acceptam continentiam retinere maluerunt.* Ita Pigh. & qui eum sequitur Vorstius. Sed ut taceam ineptam consequentiae rationem. Ideo ne enim sermo illorum erat angustior insequentium temporum luxu, quia malum erat recedere a majorum continentia? Omnes fere codd. excepto uno, duas inserunt voces, quas ejecit Pighius. *Ritum introduxerunt.* & pro *quoniam* habent *atque.* His restitutis lego levissima mutatione. *Et quanto tum* (sic enim habet MS. Cop.) *insf. sc. aed. & nem. angustiorem ritum introduxerunt*, qui inch. *a se laut.* &c. Aliquantulum adhuc molesta mihi sunt *seculorum* & *ritum* nam ab illis censoribus, qui fuere A. 658. ad Valerii tempora vix dum intercesserit seculum, nisi etiam

ronas velut [36] coelesti capite recipiebat? Et ubi ista? non in Graecia, [37] neque in Asia; quarum luxuria severitas ipsa corrumpi poterat: sed in horrida & bellicosa provincia, cum praesertim acerrimus hostis Sertorius, Romanorum exercituum oculos Lusitanis telis perstringeret. Adeo illi patris sui Numidica castra exciderant. Patet igitur, quam celeri transitu luxuria affluxerit. Nam cujus adolescentia priscos mores vidit, senectus novos 6.
orsa est.

Consimilis mutatio in domo Curionum extitit. Siquidem forum nostrum & patris gravissimum supercilium, & filii sexcenties sestertium aeris alieni aspexit, contractum famosa injuria nobilium juvenum. Itaque eodem tempore, & in iisdem penatibus diversa saecula habitarunt, frugalissimum alterum, alterum nequissimum.

Cic. in Brut. Vatin. fam. II. & alibi saepe. Plut. Caesare App. Civil. II. Dion. XL. Vellejus. Ann. urb. 700. circiter.

[38] P. autem Clodii judicium quanta luxuria & libidine abundavit? in quo
ut evidenter [39] incesti crimine nocens reus absolveretur, [40] noctes matro- 7.
na-

etiam posteriora intellexerit tempora. tum *ritus* de his rebus ignoro an usurpetur. Quid si pro *ritum* legas *habitum*, qua voce saepe utitur Valerius Vell. *Vetus disciplina deserta, nova inducta.* Cic. pro Caelio. *Nulla persona introducta ipse loquor. Introducere ritum.* sic *introducere leges.* infra IX. 5. 1. sic Graecis εἰσάγειν Aelian. V. H. L. XIII. c. 24. sic tamen & Ex. 6. *In iisdem penatibus diversa secula habitarunt.* PERIZON. Plerique MSS. cum Ed. Mog. habent. *Et quanto tamen insequentium seculorum aedificiis & nemoribus angustiorem. Quam introduxerunt atque inchoatam a se lautitiam posteris relinquere.* Solus Leid. quart. *ritum introduxerunt.* Pro *Atque* nonnulli *Itaque.* Ultraj. prim. *Aliquanto tamen.*

31. *Quid enim sibi voluit*] MS. *voluit sibi.* F. *quid etiam voluit sibi.* Mox, *capite recipiebat* malim ex MS. non *capiti.* & sic Ascensii editio. PERIZON. *Voluit sibi* habet. etiam Leid. sext.

32 *Attalicis aulaeis contectos parietes*] Cop. *contextos*, & sic Leid. sext. sec. vero *contentos.*

33. *Apparatissimos*] Cop. Harl. Leid. sext. *Aptissimos.*

34. *Palmata veste*] Quae, ut Budaeus conjicit, palmam haberet intextam, insigne triumphantium. Livius Lib. X. *Quos vos sellis curulibus, tunica palmata, & toga picta, & corona triumphali laureaque honoratis.* Martialis VII. I. *Palmataeque ducem sed cito redde togae.* Ergo non tantum *tunicae palmatae*, sed & *togae palmatae* fuerunt: quod contra Freinshemium Notis in Flori I. 5. notandum. VORST. Sall. Lib. II Hist. p. 449. *Toga picta* dicitur. Vide ibi notas in Ed. Thysii. PERIZON. Vide & Ferrarium de Re Vestiaria Lib. II. cap. 8. *Togam* non *tunicam* intelligit etiam Aldus Manutius Tom. IV. Thes. Crit. p 280.

35. *Demissasque lacunaribus*] Sallustius Lib. II. Hist. *Praeterea cum sedenti transenna demissum victoriae simulacrum cum machinato strepitu, tonitruum coronam capiti imponebat.* COLER.

36. *Coelesti capiti recipiebat*] Probabat supra Perizonius ex Copes. *Capite recipiebat.* Habentque ita ante Pighium typis expressi & MSS. minimum decem. itaque sic reposui.

37. *Neque in Asia*] Copes. & Leid. sext. *Non in Asia.*

38. *P. autem Clodii judicium*] Quo scilicet à Milone accusatus fuit., quod sacra Bonae Deae violasset. Vide & supra VIII. 1. 4. & VIII. 5. 5. VORST.

39. *Incesti crimine*] Harl. *Incesti criminis.* Cic. pro domo cap. 40. de eodem P. Clodio. *Sed etiam incesto flagitio & stupro polluit cerimonias.*

40. *Noctes matronarum*] Horat. Epod. 15. *Non feret assiduas potiori te dare noctes.* Ter. Heaut. II. 3. 125.
——— *nam quemdam misere offendi militem*
Ejus noctem orantem.

41. *Primum quem detestere*] Multi MSS. *quem*

Cic. Attic. I. Senec. ep. xcviii. Dion. xxxvii. narum, & adolescentium nobilium, magna summa emptae, mercedis loco judicibus erogatae sunt. Quo in flagitio tam tetro, tamque multiplici, nescias [41] primum quem detestere; [42] an qui istud corruptelae genus excogitavit, an [43] qui suam pudicitiam sequestrem perjurii fieri passi sunt, an qui religionem stupro permutarunt.

8. Ann. urb. 701. Aeque flagitiosum illud convivium, quod Gemellus tribunicius viator, ingenui sanguinis, sed officii intra servilem habitum deformis, [44] Metello Scipioni consuli, ac tribunis plebis magno cum rubore civitatis comparavit. Lupanari enim domi suae instituto, Muciam, & Fulviam, [45] tum à patre, tum à viro utramque inclytam, & nobilem puerum Saturninum in eo prostituit. [46] Probrosa patientiae corpora, ludibrio temulentae libidini futura! epulas consulibus & tribunis non celebrandas, sed vindicandas!

[47] Prae-

quem primum detestere. & sic Ed. Mog.

42. *An qui istud corruptelae genus*] Quod judices se corrumpi passi sunt noctibus matronarum, & adolescentium nobilium, quas ingenti pretio Clodius conduxerat, ut judicio illo absolveretur. Pro priore *an*, quod Aldus & Chalcoc. habent, unus codex Brand. *utrum*, alter, & vetus editio Martini Herbip. neutrum habent. VORST.

43. *Qui suam pudicitiam sequestrem perjurii fieri passi sunt*] Quia, dum pudicitiam suam prostituerunt, fecerunt ut judices pejerarent, nihil se gratiae daturos in judicio Clodii. Jurati enim sententias dicebant. Vide Brisson. L. v. de form. p. 481. VORST.

44. *Metello & Scipioni consulibus*] Collegium hoc consulum in fastis non reperitur. In Wincheliano & Atrebatensi habemus, *Metello & Scipioni cos.* Auferenda est copula, scribendumque; *Metello Scipioni consuli ac tribunis plebis.* Fuit autem *Q. Metellus Scipio* consul cum Cn. Pompejo Magno genero suo non diu ante bellum civile; quo maxime tempore Roma luxu atque opibus diffluebat. Scioli bina cognomina haec unius esse ignorantes, interposita copula duos fecerunt consules, moti praeterea verbis subsequentibus, ubi dicit auctor: *Epulas consulibus & tribunis non celebrandas, sed vindicandas.* Et sane fuit convivium hoc à viatore datum non uni consuli, sed omnibus etiam magistratibus puniendum. PIGH. *Metello Scipioni consuli.* Omnes codd. *Metello & Scipioni* coss. unde Εὐσόχως videntur fecisse *Metello Scipioni Cos.* Sed tamen Valerius nunquam illum aliter appellat, quam simpliciter *Scipionem*, nunquam addidit *Metellum*; etiam ubi aeque requiri credas, quam hic. quid si legas *Atilio & Scipioni*, qui Coss. fuerunt anno 644. MS. habet *Matellum.* imo adeo nunquam illo adoptionis cognomine & etiam *P. Scipionem* vocet IX. 5. 3. Librarii tamen saepe ex uno fecerunt duos Plin. X. 22. *Scipio Metellus.* ubi MS. *Scipio an Metellus.* IX. 6. Ext. I. PERIZON. Omnes etiam nostri MSS. *Metello & Scipioni*, vel plures *Scipione*, item nonnulli *Metello & Scipione Coss. tribunis plebis.* unus *a tribunis plebis.*

45. *Tum a patre, tum a viro utranque inclytam*] In Campensi, Susiano, & Pulmanniano legimus, *Utramque deductam*, forte *abductam.* Atrebatensis codex & Gemblacensis habent; *utramque victoriam.* Winchelianus; *victicam utramque*; Locus non sine mendo est. PIGH. *Utramque abductam.* Deleta nescio quae vox in lib. Danielis & pro ea substituta, quae & in Atrebatensi & Gemblacensi fuerat. *utramque victoriam.* In Wincheliano Pighii: *Utramque victicam.* Editio Veneta: *atramque victam.* Usque adeo late dedit ista lues libraria. COLER. *Tum a patre, tum a viro utramque inclytam.* Ita antiquiores typis expressi. Pighius tamen pro *inclytam* scripsit *abductam*; quia in quibusdam codd. reperit *deductam.* Unus quoque cod. Brand. habet *inclitam:* alter vero *victicam*; quod tamen ex *inclitam* corruptum apparet. VORST. Barb. prim. *victutam utramque deductam.* Leid. sec. *victicam al' seductam inclitam & nobilem.* Leid quint. Bit prim. *utramque enim victoriam & nobilem.* Ultraj. sec. *utram-*

[47] Praecipue vero Catilinae libido scelesta. Nam vesano amore Aureliae Orestillae [48] correptus, cum unum impedimentum videret, quo minus nuptiis inter se jungerentur, filium suum, [49] quem & solum, & aetate jam puberem habebat, veneno sustulit: protinusque [50] ex rogo ejus maritalem facem accendit, [51] ac novae maritae orbitatem suam loco muneris erogavit. [52] Eodem deinde animo civem gerens, quo patrem egerat, filii pariter manibus, & nefarie attentatae patriae poenas dedit. 9. Ann. urb. 690. Sal lust. Catil. 15. & alii.

EXTERNA.

At Campana luxuria perquam utilis civitati nostrae fuit. Invictum enim armis Annibalem illecebris suis complexa, [53] vincendum Romano militi tradidit. Illa vigilantissimum ducem, illa exercitum acerrimum dapibus largis, abundanti vino, unguentorum fragrantia, [54] Veneris usu lascivio- 1. Ann. urb. 537. Livius XXIII. Cic. Rull. II. Zonaras.

utramque deductam & nobilem. cum quo consentit Ed. Mog. Ultraj. prim. & Leid. prim. *utramque inclitam feminam & nobilem*, Leid. quart. *inclitam utramque feminam vi tractam.* Pro *Muciam* Mog. *Mutinam.* pro *Fulviam* Leid. quart. *Flaviam.* Ceteri habent, quod restitutum vides a Vorstio. Oliverius *Muciam* Pompeji uxorem, & *Fulviam* Clodii atque Antonii intelligit. Dubito an recte, vel potius vix credo.

46. *Probrosa prosapiae*] Legendum, ut nonnulli Codices habent *patientiae. Patientiam ἐν ἐρωτικοῖς* esse quis nescit? PIGH. *Probrosa patientiae corpora. Patientiae*, quod Pighius ut diversam lectionem in margine notaverat, recte Colerus in textum recepit; cum Pighius edidisset *prosapiae corpora*; Aldus autem & Chalcoc. *sapientiae corpora.* Codices quoque Brand. *sapientiae* habent. Sed facile intelligitur, legendum esse *patientiae.* VORST. Plerique MSS. nostri etiam *sapientiae* praeferunt cum Edd. Mog. Ven. & Mediol. *prosapiae* tamen legisse videtur & Oliverius. Sed rectius alterum, & multo quidem.

47. *Praecipue vero Catilinae libido*] Complures MSS. *Verum praecipue Catilinae libido scelesta.* ut legebatur ante Pighium. Sed *praecipue vero* habent habent tamen Ultraj. prim. Leid. quatuor, & Bit. prim. cum primo Paris.

48. *Correptus*] MSS. tres *corruptus*] Sed vide quae notavi ad L. VIII. 1. Damnat. 8.

49. *Quem & solum & aetate jam puberem habebat*] Harl. *Quem solum aetate jam puberem.* Leid. sext. *aetate jam pubere.*

50. *Ex rogo ejus maritalem facem accendit*] Ilico post necem filii uxorem duxit Orestillam, ut ex rogo quasi filii taedam, quae nubentibus praeferri solita, accendisse videretur. VORST.

51. *Ac novae maritae*] MSS. quatuor *novae maritatae.*

52. *Eodem animo civem se gerens, quo patrem egerat*] Gronovius Lib. IV. Obs. c. 14. testatur, *se* à duobus codd. MSS. Andinis abesse; putatque *civem gerens* dixisse Valerium pro *civem agens:* quomodo VII. 7. 7. scripsit *praetorem urb. severiorem agens, quam Orestes gesserat.* VORST. Abest pronomen *se* a tredecim nostris MSS. & omnibus Pighio antiquioribus Edd. itaque delevi. Copes. Leid. sext. *civem agens.* supra L. IV. 1. 6.

53. *Vincendum Romano militi tribuit*] Ed. Mog. Mediol. & MSS. undecim *vincendum Romano militi tradidit*, quod praetuli.

54. *Veneris usu lasciviore*] Copes. cum Harl. & Leid. quint. *Et Veneris usu lasciviorem.* Sed praestat nil mutare.

55. *Cum Seplasia ei & Albana castra esse coeperunt*] Inquit Author. Asconius Paedianus in Orationem Ciceronis in Pisonem ait: Plateam esse Capuae, quae Seplasia nominatur, in qua unguentarii negociari sint soliti. Addit Nonius Marcellus etiam neutro genere *Seplasium* dici. At *Albana* non temere reperias quid sit. Oliverius conjungit *Albana castra*, exponitque

viore, ad somnum & delicias evocavit. Ac tum demum fracta & contusa Punica feritas est, [55] cum Seplasia ei & Albana castra esse coeperunt. Quid ergo his vitiis foedius, quid etiam damnosius, quibus virtus atteritur, [56] victoriae languescunt, sopita gloria in infamiam convertitur, animique pariter & corporis vires expugnantur? Adeo ut nescias, ab hostibusne, an ab illis capi perniciosius habendum sit.

Paedian. in Pisonianam. Non. Marcel.

2\. Quae etiam Volsiniensium urbem gravibus & erubescendis cladibus implicarunt. Erat opulenta, erat moribus & [57] legibus ornata; Etruriae caput habebatur: sed postquam [58] luxuria prolapsa est, [59] in profundum injuriarum & turpitudinis decidit, ut servorum se insolentissimae dominationi subjiceret. [60] Qui primum admodum pauci senatorium ordinem intrare ausi, mox universam rempublicam occupaverunt. Testamenta ad arbitrium

Ann. urb. 428. Flor. I. 21. A. Victor. Oros. IV. 5. Zonaras.

mque mollia & effeminata. Constat enim, inquit, Albanos fuisse molliores, & Albae magnus usus fuit unguentorum: erga *castra Poenorum* facta sunt *Albana*. Sed ubi hoc legit Oliverius? Rectius Badius distinguit post *Albana*, ac construit: *Castra Hannibalis coeperunt esse Seplasia ac Albana*, hoc est, unguentata & meretricio veneno imbuta in Seplasia & Albana regionibus urbis Capuae. GLAREAN. *Seplasia & Albana*. Scribo cum Lib. Danielis: *Seplasia ei Albana castra*. Seplasiae meminit Cicero in Pisoniana, & pro Sestio. Festus, Asconius. Dicitur & Seplasium. Varro: *Doti dato Insulam Chium, agrum Caecubum, Seplasia Capuae, Macellum Romuli*. Idem apud Nonium *Seplasiae narium* dixit, ut Horatius *copia narium* pro unguentis aut odoribus. Hinc *Seplasiarius* Μυροπώλης in Glossario. De corruptela illa morum Annibalis opportune Strabo scribit Lib. v. Καμπανοῖς δὲ συνέβη διὰ τὴν τῆς χώρας εὐδαιμονίαν, ἐπ' ἴσον ἀγαθῶν ἀπολαῦσαι καὶ κακῶν. ἐπὶ τοσοῦτον γὰρ ἐνετρύφησαν, ὥστ' ἐπὶ δεῖπνον ἐκάλουν πρὸς ζεύγη μονομάχων ὁρίζοντες ἀριθμὸν κατὰ τὴν τῶν δείπνων ἀξίαν. Ἀννίβαν δὲ ἐξ ἐνδόσεως λαβόντες αὐτοὺς δεξάμενοι χειμαδίοις τὴν στρατείαν, οὕτως ἐξεθήλυναν ταῖς ἡδοναῖς, ὥσθ' ὁ Ἀννίβας ἔφη, νικῶν κινδυνεύειν ὑπὸ τοῖς ἐχθροῖς γενέσθαι, γυναῖκας ἀντ' ἀνδρῶν τοὺς στρατιώτας ἀπολαβών. COLER. *Cum Seplasia ei & Albana castra esse coeperunt*. Festus: *Seplasia forum Capuae, in quo plurimi unguentarii erant*. Inde *Seplasiarius*, qui unguenta venalia habet. Ceterum *Seplasia* hic ut nomen adjectivum ponitur: & *Seplasia castra* dicitur ut *Albana castra*. *Ei* restituit Colerus ex cod. P. Danielis. Habetque illud unus quoque cod. Brand. *Albae* quoque magnus numerus unguentariorum fuit. Unde castra Annibalis & *Albana* dicuntur. VORST. Livius memorat *aedem Albam Capuae*, Lib. XL. 45. ubi vide Sigonium. Cic. II. in Rullum, 34. De Capua, *Et in Albana & Seplasia quae concursatio percontantium, quid Praetor edixisset? ubi coenaret. Seplasiarius*. Lamprid. Heliog. c. 30. PERIZON. Tres MSS. *Seplasiana castra ei Albana esse*.

56\. *Victoriae languescunt*] MSS. undecim, Ed. Mog. Ven. Mediol. *Victoriae relanguescunt*. Ascens. *Elanguescunt*. Caes. Lib. II. de Bel. Gal. 15. *Nihil pati vini, reliquarumque rerum ad luxuriam pertinentium inferri, quod his rebus relanguescere animos, eorumque remitti virtutem existimarent*.

57\. *Legibus ornata*] Liber Danielis: *ordinata*. quod probo. Sic libro tertio, capite octavo: *Plebiscita ordinarentur*. Male Lipsius Curis Secundis ad Tacitum Arnobii locum interpolavit *Si quando conspexeram lubricatum lapidem & ex olivi unguine ornatum*. legendum enim, ut vulgo: *unguine ordinatum*. COLER. *Legibus ornata*. Testatur Colerus, librum P. Danielis habere *legibus ordinata*. Quod idem & de utroque cod. Brand. testari licet. Sed & duo antiquiores typis expressi Aldi & Chalcoc. sic habent. VORST. *Ordinata* etiam Copes. uterque Ultraj. Leid. duo. Harl. Barb. & Paris. primi. Ed. Mog. Ven. Mediol. *Ordinare* est componere, dirigere, & saepe cum *ornare* confusum. vide Torrent. ad Suet. Caes. cap. 18. pro *implicarunt*, multi MSS. *Implicaverunt*.

58\. *Luxuria prolapsa est*] Copes. Leid. sext. In-

trium suum scribi jubebant: convivia, coetusque ingenuorum fieri vetabant: filias dominorum in matrimonium ducebant. Postremo lege sanxerunt, ut stupra sua in viduis pariter ac nuptis impunita essent; ac nequa virgo ingenuo nuberet, cujus castitatem non ante ex numero ipsorum aliquis delibasset.

Age, [61] Xerxes opum regiarum ostentatione eximia, eo usque luxuria gaudens, ut edicto praemium ei proponeret, qui novum voluptatis genus reperisset, quanta, dum [62] deliciis nimiis capitur, amplissimi imperii ruina evasit? 3. Cic. Tusc. v.

[63] Antiochus quoque Syriae rex nihilo continentioris exempli: cujus caecam & amentem luxuriam exercitus imitatus, magna ex parte [64] aureos clavos crepidis subjectos habuit: argenteaque vasa ad usum culinae compara- 4. Ann. urb. 625. circiter. Livius LIX. Justin. XXXVIII.

In luxuriam prolapsa est. Liv. Lib. II. 63. *Prolapsam rem negligentia ducis virtus militum restituit.*

59. *In profundum injuriarum*] Bit. prim. Leid. quint. *In profundum miseriarum.*

60. *Qui primum admodum pauci*] MSS. decem & Ed. Mog. *Qui primi admodum pauci.* Videntur hi fuisse liberti, cum senatum intrarent, ut satis liquido intelligitur ex Floro Lib. I. 21. Porro unus & alter, *dominarum*; item *virgo ingenua.* Sed significantius est *ingenuo*, ut subintelligas, ejus castitatem non fuisse delibatam, si nuberet uni ex servorum numero.

61. *Xerxes*] Omnes de Xerxe Darii filio haec intelligunt, de cujus superbia, arrogantia ac tyrannide cum multa Herodotus scribat, nihil tamen de hac luxuria, Valde vereor Valerium de Xerxe altero loqui, qui fuit octavus Persarum rex post Cyrum. Sed Romani scriptores non dignantur vel uno verbo indicare, de quonam rege loquantur. unde ingentes commentariorum contentiones; ut proximo exemplo de Ptolemaeo Aegypti septimo post Alexandrum rege, qui & secundus Euergetes & Physcon, mortalium nequissimus. Oliverius Justinum citat in XXX. libro, cum Justinus ibi de *Ptolemaeo Philopatore* loquatur, non de *Physcone.* Lib. autem XXXVIII. de *Physcone* eadem, quae hic Valerius, recitat. GLAREAN. *Age Xerxes opum regiarum ostentatione eximia, eousque luxuria gaudebat, ut edicto praemium ei proponeret, qui novum voluptatis genus reperisset: Quanta dum deliciis capitur amplissimi Imperii ruina evasit.* Vix alibi puto in hoc auctore reperies sine interrogatione. Quinimo etiam hic interrogationi adhibitam videremus, si per librarios vel editores licuisset, qui haec distinguere maluerunt, quam omnia uno periodi ambitu efferri videre. recte proinde hic MS. Copes. *gaudens.* quo pacto omnia conjunctim legenda erunt. *Age X. o. r. o. e. eo usque luxuria gaudens ut &c. reperisset, quanta d. &c. ruina evasit.* Sic IX. 5. 6. & VII. 2. Ext. 8. & IX. 8. 3. sic & Ascensii editio. PERIZON. Nec Ascensii modo, sed & Mediol. Ven. Ald. Col. Steph. Gryph. & MSS. undecim. Quare optime ita emendandum censuisse Perizonium judicavi.

62. *Delitiis nimiis capitur*] Liber Colmariensis: *Carpitur.* Rectius. COLER. *Deliciis nimiis capitur.* Sic codices Brand. Colerus ex cod. Colmariensi malit legere *carpitur.* VORST. *Capitur* quantum video omnes habent scripti codices. quod bonum verumque est.

63. *Antiochus quoque Syriae rex nihilo contemptioris exempli*] In Campensi, Winchelianо, & Atrebatensi, *contentioris exempli.* Puto tamen legendum, *continentioris.* Plautus Asinaria: *Siccum, frugi, continentem.* Cicero Paradox. *In quo equidem continentissimorum hominum majorum nostrorum saepe requiro prudentiam.* Plinius epist. L. V. *Est enim tam parcus & continens, ut non solum delicias, verum etiam necessitates valetudinis frugalitate restinguat.* PIGH. Plerique MSS. *contemptioris*, vel *contentioris.* Bit. prim. *continentioris al' contemptioris.* Ultraj. prim. *incontinentioris.* Leid sext. *continentioris.* Et hoc procul dubio bene restitutum est a Pighio.

64. *Aureos clavos crepidis subjectos*] Plutar-

 chus

ravit: & tabernacula textilibus sigillis adornata statuit. Avaro potius hosti praeda optabilis, quam ulla ad vincendum [65] strenuo mora.

5\. Ann. urb. 625. circiter. Livius LIX. Strab. XVII. Justin. XXXVIII. Joseph. Antiq. II.

[66] Jam Ptolemaeus rex [67] accessio vitiorum suorum vixit: ideoque *Physcon* appellatus est. Cujus nequitia quid nequius? sororem natu majorem communi fratri nuptam sibi nubere coëgit. Postea deinde filia ejus per vim stuprata, ipsam dimisit, ut vacuum locum nuptiis puellae faceret.

6\. Ann. urb. 698. Livius CV. Dion. XXXIX.

Consentaneus igitur regibus suis gentis Aegyptiae populus: qui [68] ductu Archelai adversus A. Gabinium moenibus urbis egressus, cum *castra vallo atque fossa cingere* juberetur, universus succlamavit, *ut id opus publica pecunia faciendum locaretur*. Quapropter delitiis tam enerves animi spiritum exercitus nostri sustinere [69] non potuerunt.

7\. Sed tamen effeminatior multitudo Cypriorum, qui [70] reginas suas mulierum corporibus velut gradibus constructis, quo mollius vestigia pedum ponerent, currus conscendere aequo animo sustinebant. Viris enim, si modo viri erant, vita carere, quam tam delicato imperio obtemperare satius fuit.

chus in Alex. & Athenaeus Dipnos. XII. mentionem faciunt Agnonis cujusdam Teji, qui & ipse χρυσᾶς ἢ ἀργυρᾶς ἥλους ἐν ταῖς κρηπῖσι *aureos* aut *argenteos clavos in crepidis* gestaverit. Mentionem facit & Plinius XXXIII. 3. Ceterum & clavos ferreos calceis & crepidis subjectos habere olim vulgare fuit. Vide Brodaei Miscell. VIII. 16. VORST. Vide etiam notas Perizonii ad Aelian. Lib. IX. Var. Hist. cap. 3.

65\. *Strenuo mora*] Auctior hic est Paris. prim. hoc modo. *Unde pulchre Hannibal apud Antiochum exulans ipsi interroganti, an hic exercitus sufficeret, dixit, puto etsi avarissimi sint. nihil dicacius; interrogaverat rex de victoria, respondit ille de praeda.* Et haec ita leguntur in Bit. primo, sed adscripta erant in margine, ita tamen, ut asterisco inter quartum & quintum hujus capitis exemplum inserenda textui esse indicaretur. GUDIUS. Pro glossa habendum.

66\. *Jam Ptolemaeus*] Plerique MSS. *Nam Ptolemaeus.*

67\. *Accessione*] Lib. Danielis: *Accessio vitiorum.* PIGH. *Jam Ptolemaeus rex accessione vitiorum suorum vixit.* Notat Colerus, in cod. P. Dan. esse casu recto *accessio vitiorum*. Quod idem in uno quoque cod. Brand. observo. Et probat lectionem hanc Gronovius, eamque in omnibus scriptis alicujus numeri esse dicit in Notis ad Liv. XLV. 7. Exponit autem sic: Quasi diceret, praecipuum in Ptolemaeo non fuisse ipsum, sed vitia; quorum eum jure accessionem vel partem diceres. VORST. Certe *accessio* invenio in scriptis novem. unus *accessu*. Pro *Physcon* plerique MSS. *Phiton*. Bit. prim. *Phitrio.*

68\. *Ductu Archelai adversus A. Gabinium*] Ejecto Ptolemaeo Aegyptii Archelaum sibi regem adsciverant. Romae autem cum multum disputatum esset, quo modo & à quo Ptolemaeus in regnum reducendus esset, reductus tandem est auctoritate Pompeji ab A. Gabinio, Syriae tum proconsule. VORST.

69\. *Non potuerunt*] Cop. Leid. sext. *non valuerunt.*

70\. *Reginas suas mulierum corporibus velut gradibus constructis*] Mulieres istae κλιμακίδες dictae. Mentionem earum facit & Athenaeus. l. V. VORST. Ex Brodaeo Lib. IX. Misc. c. 23.

CA-

Caput II.

DE CRUDELITATE.

[1] Haec societas vitiorum lascivi vultus, & novae cupiditati inhaerentium oculorum, [2] ac delicato cultu affluentis, perque varios illecebrarum motus volitantis animi. Crudelitatis vero horridus habitus, [3] truculenta species, violenti spiritus, vox terribilis, [4] omnia minis & cruentis imperiis referta: cui silentium donare, incrementum est adjicere. Etenim quem modum sibi ipsa statuet, si ne sugillationis quidem frenis fuerit revocata? Ad summam, cum penes illam sit timeri, penes nos sit odisse.

L. Sulla, quem [5] neque laudare, neque vituperare quisquam satis digne po- 1.

1. *Haec societas vitiorum &c. volitantis*] Tota haec periodus in MSS. cohaeret capiti praecedenti ut edebatur ante Pighium; qui etiam post *societas* delevit *est*, jubentibus hoc etiam nostris MSS. & Ed. Mog.

2. *Ac delicato vultu affluentis perque varios illecebrarum motus volitantis animi*] In manuscriptis haec correctius ita, *Ac delicato cultu affluente, per varios illecebrarum motus volitantis animi.* PIGH. *Delicato cultu affluentis.* Pighius *cultu* rescripsit pro *vultu.* Verum cur pro *affluentis* scriberet *affluente*, causa non erat. Non ipse delicatus cultus *affluens*; sed animus *delicato cultu affluens* dicitur Valerio. In uno cod. Brand. legitur manifeste *delicato cultu affluentis*; & sequitur *perque:* ut vel ex copulativa syllaba *que* appareat, *affluentis* cum sequente *volitantis* casu congruere debere. VORST. *Cultu* MSS. omnes, item Mog.

3. *Truculenta species, violenti spiritus vox terribilis, omnia minis & cruentis imperiis referta*] Prosopographia est crudelitatis. praefero itaque Campensis libri lectionem, *Truculenta facies violenti spiritus, vox terribilis, ora minis & cruentis imperiis referta.* PIGH. *Truculenta species.* Pighius ex cod. Camp. mavult legere *truc. facies.* Sed alterum & veteres typis expressi & Brand. MSS. habent. Et vocem *speciei* ad ipsum quoque habitum faciei referri quid vetat? VORST. *Species*, quantum video, omnes MSS. praeferunt; de Parisiensibus tamen nihil adfirmo.

4. *Omnia minis & cruentis imperiis referta*] Malo legere *omnia*, ut veteres typis expressi & Brandeb. MSS. habent, quam ut ex uno Camp. Pighius scripsit, *ora.* VORST. *Omnia* habent etiam e nostris longe plurimi. Tres paulo ante *violentus spiritus:* pro *etenim* unus Ultraj. & Leid. duo. *Enimvero.* duo alii *quem enim.*

5. *Neque laudare*] Paterculus libro secundo. *L. Cornelius Sulla, vir, qui neque ad finem victoriae satis laudari, neque post victoriam abunde vituperari potest.* COLER.

6. *Dum quaerit victorias, Scipionem se pop. Rom. dum exercet, Annibalem repraesentavit*] In Cam-

Ann. urb. 671. Livius LXXXVIII. Plut. in vita. App. Civil. I. Vellejus, Oros. & alii.

potest, quia [6] dum quaerit victorias, Scipionem se populo Romano; dum exercet, Annibalem repraesentavit. Egregie namque auctoritate nobilitatis defensa, crudeliter totam Urbem, atque omnes Italiae partes civilis sanguinis fluminibus inundavit. [7] Quatuor legiones contrariae partis, fidem suam secutas, [8] in Publica Villa, quae in Martio campo erat, nequicquam fallacis dexterae misericordiam implorantes, obtruncari jussit. [9] Quarum lamentabiles quiritatus trepidae civitatis aures receperunt: lacerata ferro corpora Tiberis impatiens tanti oneris cruentatis aquis vehere coactus est. Quinque millia Praenestinorum spe salutis per P. Cethegum data, [10] extra moenia municipii evocata, cum abjectis armis humi corpora prostravissent, interficienda, protinusque per agros dispergenda curavit. [11] Quatuor millia & septingentos dirae proscriptionis edicto jugulatos in tabulas publicas retulit: videlicet [12] ne memoria tam praeclarae rei dilueretur. Nec conten-

Campensi & Wincheliano, *Dum saevitiam exercet.* Recte, nam simul tacite suggillat Annibalem, quod victoria uti nescierit. Sulla autem victorias suas exercuit crudeliter, urbem cepit, imperium occupavit, proscriptionem fecit, faciem omnem reip. pro arbitrio immutavit. Non immerito igitur *nobilium saevissimus* appellatur à Tacito Lib. XVII. PIGH. *Dum saevitiam exercet.* Lego, quidquid Pighius supponat: *Dum victoriam exercet.* Latinissime dictum *exercere victoriam.* COLER. *Dum exercet.* Pighius in duobus codd. reperit *dum saevitiam exercet:* ipsamque vocem *saevitiam* in textum recepit. At Colerus rursus expunxit: contenditque rectissime dici *victoriam exercere.* Sed & Gronovius Lib. IV. Obs. c. 5. judicat, pessime Pighium *saevitiam* ex duobus corruptis codd. adjecisse. Abest sane & ab uno cod. Brand. itemque ab antiquioribus typis expressis Aldi & Chalcoc. *Victoriam exercere* nota phrasis. Livius Lib. II. *Incerti quatenus Volero exerceret victoriam.* Aurelius Victor Octaviano: *Mox procerum consulto ob victoriam patriam placide exercitam Augusti cognomento dictus est.* VORST. *Dum quaerit victorias Scipionem, dum saevitiam exercet Annibalem repraesentavit.* Queruntur docti male a Pighio inculcatum esse *τὸ saevitiam.* Et sane sensum verborum esse adulteratum & ego fateor: habet tamen cod. Copes. *dum exercet saevitatem.* Forte. *Dum exercet* (victorias) *saevitia* vel *saevitate Annibalem repraesentat.* PERIZON. *saevitiam.* Leid. sec. tert. quart. Ultraj. prim. Sed ex Barb. sec. colligas illud ex margine in contextum irrepsisse. Habet & illud Editio Mog. Nonnulli *repraesentat.*

7. *Quatuor legiones*] *Octo millia* Livius. Varro Libr. III. de re rust. Plutarchus in vita. Appianus numerum non ponit. CORRAD.

8. *In publica villa quae in campo Martio erat*] Vide ne totum hoc glossematium sit. nisi forte docendus aliquis Valerii aevo, ubi Publica villa esset. LIPS. *In campo Martio.* Haec ex margine irrepsisse adsentior Cl. Lipsio. In numero interfectorum admodum dissentiunt Livius, Plutarchus, Valerius, Florus, Cornelius Nepos. COLER. Recte Lipsius pro glossa habet haec, *quae in campo Martio erat.* PERIZON. Licet omnes servent MSS. assentior tamen viris Eruditis, illa pro glossa habentibus. De *Villa Publica* vide quae in praeclara de Columna Antonini Pii Dissertatione scripsit Joannes Vignolius cap. 2.

9 *Quorum lamentabiles quiritatus trepidae civitatis aures receperunt, lacerata ferro corpora Tiberis vehere coactus est*] Forte *recipere*, ut ostendatur invitos hoc audisse Romanos. Et forte mutatum primo in *recepere*, inde factum, *receperunt.* PERIZON. Non favent MSS. & invitos audivisse Romanos satis liquet, ex eo, quod additur *Trepidae civitatis aures.*

10. *Extra moenia municipii evocata*] Sic Pighius. & firmant hoc MSS. plerique, Mog. & Asc. Sed Venet. Mediol. Aldus & reliqui *evocatos.* quod est in Harl. Barb. Bit. & Ultraj. primis.

11. *Quatuor millia & septingentos*] De hoc nu-

tentus in eos saevire, qui armis à se dissenserant, etiam quieti animi cives, propter pecuniae magnitudinem, per [13] nomenclatorem conquisitos, proscriptorum numero adjecit. Adversus mulieres quoque gladios destrinxit; quasi parum caedibus virorum satiatus. Id quoque [14] inexplebilis feritatis indicium est. [15] Abscisa miserorum capita, modo non vultum ac spiritum retinentia, in conspectum suum afferri voluit: ut oculis illa, quia ore nefas erat, manderet. Quam porro crudeliter se [16] in M. Mario praetore gessit! quem per ora vulgi [17] ad sepulcrum Lutatiae gentis pertractum, non prius vita privavit, [18] quam oculos infelicis erueret, & singulas corporis partes confringeret. Vix mihi verisimilia narrare videor. At ille etiam M. Plaetorium, [19] quod ad ejus supplicium exanimis ceciderat, continuo ibi mactavit: novus punitor misericordiae; [20] apud quem iniquo animo scelus intueri, scelus admittere fuit. Sed mortuorum umbris saltem pepercit? Minime. nam C. Marii, cujus, etsi postea hostis, quaestor tamen aliquando fuerat, erutos cineres [21] in Cic. de Leg. II.

numero vel dissentiunt, vel nihil scribunt alii. CORRAD.

12. *Ne memoria tam praeclarae rei dilueretur*] Bit. prim. *Deleretur.* Perizonius adscripsit, an? *Dilateretur.* Quod mihi satis arridet.

13. *Nomenclatorem*] Liber Danielis: *Nomenculatorem*, Ita apud Suetonium in libris veteribus. COLER. Varie hoc nomen corruptum est in MSS. *Nomenculatorem* diserte Leid. quint. *Novimculatorem* Bit. prim. Nonnulli *Nomenclarum*, item *nomina clariorum*: est etiam qui *Numunculariot*, & *Nomen delatorum* habet.

14. *Inexplebilis feritatis indicium est*] Paris. sec. Leid. prim. sext. Copes. *Inexplicabilis.* Leid. sec. *Inexplebilis* al' *inexplicabilis.* Forte, *Inexpiabilis.* Quomodo *implacabilis* & *inexpiabilis* jungitur apud Cic. in Pison. cap. 33.

15. *Abscissa* (MS. *absixa* idest *abcisa*) *miserorum capita modo non vultum & spiritum retinentia*] Quid mirum, *vultum ea retinuisse*, sed vultum, quem viventia non retinuerunt. Non multum hic ausim contra codd. Timide igitur conjicio, vel *vocem* vel *vitam.* Flor. Lib. I. 18. 17. *Relictae in vultibus minae, & in ipsa morte ira vivebat.* PERIZON. *Vultum* nulla mutatione omnes retinent.

16. *In M. Mario Praetore*] Sen. L. III. de Ira c. 18. Lucan. L. II. 125. Orosius. L. III. 21. PERIZON.

17. *Ad sepulcrum Lutatiae gentis pertractum*] Suet. Aug. cap. 15. *Scribunt quidam trecentos ex dedititiis electos utriusque ordinis ad aram divo Julio exstructam, Idibus Martiis hostiarum more mactatos.* ubi vide omnino Casaubonum. PERIZON.

18. *Quam oculos infelicis erueret*] Cop. *Infelices.* sic infra Ext. II. *Cibo & potione infelicem spiritum prorogare.* & Lib. VII. 3. 10. *Infelicis animi impetum.* ut habet Copes. PERIZON. *Infelices* habet etiam Ultraj. sec. Harl. Paris. sec. & Leid. duo.

19. *Quod ad ejus supplicium exanimis ceciderat*] Liber Cauchianus habet. *Quod ad Marii supplicium.* Bene ac magis expresse. PIGH. MS. Copes. *Ejus.* quod haud dubie rectum est. PERIZON. Et sic omnes nostri, tam MSS. quam typis expressi. Duo aut tres. *quia ad.* Barb. prim. *qui ad.*

20. *Apud quem iniquo animo scelus intueri, scelus admittere fuit*] Multo elegantius posteriore loco τὸ *scelus* intelligitur, quare vix dubito ejiciendum esse cum & MS. omittat. vide omnino Gron. ad Sen. Tom. I. PERIZON.

21. *In Anienis alveum*] Nonnulli *in amnis alveum sparsit.*

22. *En quibus actis felicitatis nomen asserendum putavit*] In libris scriptis, *En quibus actis Felicis cognomen assequendum putavit.* Recte. L. Sulla *Felix* enim appellatus cum devictis jam partibus dictaturam reip. constituendae accepisset, atque omnia ex arbitrio suo gereret; sibi quidem felix inimicis oppressis, sed ob ni-

[21] in Anienis alveum sparsit. [22] En quibus actis *Felicitatis* cognomen assequendum putavit!

2. Ann. urb. 666. Livius LXXX. Cic. de Or. III. App. Civil. Lucan. I. 100. — [23] Cujus tamen crudelitatis C. Marius invidiam levat. nam & ille nimia cupiditate persequendi inimicos, iram suam nefarie destrinxit, [24] L. Caesaris consularis & censorii nobilissimum corpus ignobili saevitia trucidando, & quidem [25] apud seditiosissimi [26] & abjectissimi hominis bustum. [27] Id enim malorum miserrimae tunc reipublicae deerat, [28] ut Vario Caesar piaculum caderet. [29] Pene tanti victoriae ejus non fuerunt: quarum oblitus plus criminis domi, quam laudis [30] in militia meruit. [31] Idem caput M. Antonii abscisum laetis manibus inter epulas per summam animi ac verborum

Florus III. 2. Plutarchus. Mario.

nimiam crudelitatem reip. infelix, ut habet versiculus.

Aspice felicem sibi, non tibi Romule Sullam.

Quo huic etiam Tiberius Caesar propter crudelitatem comparatur. PIGH. *En quibus actis Felicis cognomen assequendum putavit.* Ita Pigh. & qui eum sequitur Vorstius. Anteriores Editt. *En quibus actis Felicitatis nomen asserendum putavit.* quod nequaquam mutari debuerat. *Nomen felicitatis* est, a Felicitate sumptum. Sal. III. Hist. p. 424. in Ep. Pompeji. *Quippe qui nomine modo Imperii a vobis accepto, diebus quadraginta exercitum paravi.* id est. *nomine imperatoris.* Plin. VII. 47. *Felicis sibi cognomen asseruit L. Sylla.* PERIZON. Pluribus hoc jam illustravit Vir Celeberrimus ad Lib. VI. 4. 4. vide etiam Animad. Hist. cap. 2. p. 67. Adde nostrum Lib. IX. II. 2. *Sed ipsum etiam vicum cognomine sceleris maculavit.* *Felicitatis* certe hic retinent omnes MSS.

23. *Cujus tamen crudelitates C. Marii invidia levat*] Melior lectio est veterum codicum, *cujus tamen crudelitatis C. Marius invidiam levat.* PIGH. *Crudelitates invidia* est, quantum video in solo Harl. cum Pighianis codicibus faciunt nostri & Ed. Mog. vulgo *crudelitatem invidia levat* ante Pighium legebatur.

24. *C. Caesaris consularis*] C. Caesar Aedilitius tantum fuit. Asconius pro Scauro. quare lego *L. Caesaris* Lib. V. cap. 3. Lib. VIII. cap. 6. CORRAD. Pighius dedit *L. Caesaris* quod alii secuti sunt. MSS. constanter *Gaji Caesaris.*

25. *Apud seditiosissimi & abjectissimi hominis Varii bustum*] In manuscriptis tersius atque elegantius, *apud seditiosissimi atque abjectissimi hominis bustum.* Nomen enim illud hic superfluum, atque ex annotationibus assutum est. PIGH. *Apud seditiosissimi & abjectissimi hominis bustum.* Nomen ei fuit *Vario.* Quod nomen in editione Aldina & expressum est, scriptumque *abject. hominis Varii.* Sed recte Pighius nomen proprium expunxit. Abest & à codd. Brand. VORST. Vulgo legebatur *abjectissimi hominis Varii bustum.* Sed MSS. τὸ *Varii* omittunt, quod rectius mox sequitur.

26. *Et abjectissimi hominis bustum*] Sen. de Benef. Lib. V. 16. *Ac diu debitas inferias Gallicis bustis duces Romani persolverint.*

27. *Id enim malorum miseriae tunc reip. deerat ut Varii Caesar piaculo caderet*] Multo elegantius haec in Campensi, Cauchiano aliisque, *Id enim malorum miserrimae tunc reip. deerat, ut Vario Caesar piaculum caderet.* Virg. VI. Aeneid.

Sedibus hunc refer ante suis, & conde sepulchro.
Duc nigras pecudes, ea prima piacula sunto.

PIGH. *Id enim malorum miserrimae tunc reip. deerat.* Unus cod. Brand. pro *miserrimae* notatum in margine habet *miseriae.* Estque ita & in Aldi editione. Et mihi sane *miseriae* magis hic placet. VORST. *Miseriae* est in Cop. & Barb. prim. Reliqui *miserrimae*, ut & Mog. Ed. quod verum esse vel ipsa verborum collocatio evincere videtur. Sic enim optime *tunc* cum τῷ *miserrimae* conjungitur, non aeque suaviter cum τῷ *deerat*, si legas *miseriae.*

28. *Ut Vario Caesar piaculum caderet*] Ita ex aliquot MSS. rescripsit Pighius. Et recte meo judicio. Aldus, *Ut Varis Caesar piaculo caderet.* Chalcocondyles paulo melius, *Vario Caesar piaculo cad.* quomodo codices quoque Brand. Sed legendum omnino *piaculum.* Est autem *piaculum* sacrificium ad satisfaciendum pro peccatis. Virgilius VI. Aen. *Duc nigras* pe-

rum insolentiam aliquandiu [32] tenuit: clarissimique & civis & oratoris sanguine contaminari mensae sacra passus est. Atque etiam [33] P. Annium qui id attulerat, in sinum suum, recentis caedis vestigiis aspersum, recepit.

[34] Damasippus nihil laudis habuit quod corrumperet: itaque memoria ejus licentiore accusatione perstringitur. Cujus jussu principum civitatis capita hostiarum capitibus permista sunt; Carbonisque Arvinae truncum corpus patibulo affixum gestatum est. [35] Adeo aut flagitiosissimi hominis praetura multum, aut reipublicae majestas nihil potuit. 3. Ann. urb. 671. Livius LXXXVI. Appian. I. Vellejus. Oros. V. 19.

[36] Munatius etiam Flaccus, Pompejani nominis acrior quam probabilior defensor, cum ab imperatore Caesare in Hispania [37] inclusus moenibus Atteguensium obsideretur, efferatam crudelitatem suam truculentissimo genere 4. Ann. urb. 708. Hirt. de B. Hisp. 7.

pecudes: ea prima piacula sunto. Vocabatur & *piacularis victima.* VORST. *Piaculo*, quod ante Pighium legebatur, exstat in MSS. quatuordecim, & omnibus editionibus. Credo tamen cum Pighio verum esse *Piaculum.* Infra Ext. 3. *Simulque piacula cructibus illis dedit.* Lib. IX. 9. 1. *Officii sui, alieni erroris piaculum miserabile.*

29. *Pene tanti victoriae ejus*] uterque Ultraj. *Pene tantae victoriae ejus non fuerunt.*

30. *Militiae meruit*] MSS. omnes cum omnibus Edd. *In militia*, quod mutaverat Pighius in *militiae*, praeter necessitatem.

31. *Idem caput M. Antonii abscissum suis manibus inter epulas*] In manuscriptis, *Abscissum laetis manibus.* PIGH. *Laetis manibus. Laetis* est & in codd. Brand. Et recte id restituit Pighius, cum Aldus edidisset *suis manibus.* VORST. Etiam in MSS. nostris est *Laetis manibus* ut & in Ed. Mog. & Mediol.

32. *Tenuit, clarissimique civis sanguine contaminari mensam suam passus; atque etiam P. Annium &c.*] Vel dele copulam adjunctam *clarissimi.* vel lege prorsus cum MSto *Passus est.* PERIZON. *Passus est* reperi etiam in Leid. quint. & sext. quod omnino necessarium videbatur.

33. *P. Annium*] Notavit Perizonius, sic etiam vocari illum a Plutarcho in Mario p. 314. cum Copes. haberet. *Paulum Annium*, quod etiam est in Leid. sext. Sed primus cum Paris. primo habet P. *Antonium.*

34. *Damasippus*] L. Damasippus praetor ex voluntate C. Marii consulis, cum senatum contraxisset, omnem quae in urbe fuit nobilitatem trucidavit, & inter ceteros Q. Mutium Scaevolam, pontificem max. divini humanique juris auctorem celeberrimum; ut Vellejus II. 26. 2. eum vocat.

35. *Adeo aut flagitiosissimi hominis praetura multum, aut Reip. majestas nihil potuit*] MS. *Adeo ut flag. ho. pr. tn* (*videtur voluisse tantum*) *& Reip. majestas nihil potuerit.* Rejicio hoc equidem, sed tamen inde colligo, scripsisse Valerium *adeo & fl. hom. pr. multum, & Reip. maj. nih. potuit.* Aptiores enim hic multo particulae copulativae quam disjunctivae. PERIZON. Aliquot e nostris, *Adeo ut flagitiosissimi hominis praetura multum, at Reip. majestas nihil potuerit.* Harl. *At pop. Rom. majestas.* Ultraj. prim. *Autem Reip.*

36. *Munatius etiam Flaccus*] Sunt qui *Numacius*, ut pleraeque ante Pighium editiones, habent; item *Mimacius.* ut Mog. & *Minucius.* quae diversitas etiam supra in hoc nomine occurrit.

37. *Inclusis moenibus Attinguensium*] Veteres, *Abteguensium.* Scribam, *Atteguensium. Attegua* notum Hispaniae opidum est. LIPS. *Attinguensium.* Lego cum Lipsio: *Atteguensium. Attegua* Hispaniae opidum. Sic & Manuscriptus amplissimi Petavii in ora. COLER. *Inclusus moenibus Atteguensium.* Legendum esse *Atteguensium*, monuit Lipsius. Aldus ediderat *Attinguensium*: quod Pighius & retinuerat. Codices Brand. *Abtiguensium. Attegua*, oppidum Hispaniae. Et de Hispania hic agitur. VORST. *Attegua* dicitur etiam Dioni Lib. XLIII. p. 230. *Ateguensium* Leid. quint. ut Hirtio Bel. Hisp. c. 7. etiam est *Ategua.* MSS. varie corrupti, *Attinguensium*, *Abtingdensium*, *Atingensium* exhibent.

38. *Maternis gremiis superpositos liberos trucida-*

re vesaniae exercuit. Omnes enim ejus oppidi cives, quos studiosiores Caesaris senserat, jugulatos muris praecipitavit: feminas quoque, citatis nominibus virorum, qui in contrariis castris erant, ut caedes conjugum suarum cernerent; [38] maternisque gremiis superpositos liberos trucidavit, infantesque alios in conspectu parentum [39] humo infligi, alios superjactatos pilis excipi jussit. Quae auditu etiam intolerabilia, Romano jussu, Lusitanis manibus [40] administrata sunt: cujus gentis praesidio Flaccus vallatus, divinis operibus vecordi pertinacia resistebat.

Externa.

I. Ann. urb. 503. Cic. Offic. III. 27. In Pison. 18.

[41] Transgrediamur nunc ad illa, quibus, ut par dolor, ita nullus nostrae civitatis rubor inest. Carthaginienses [42] Atilium Regulum palpebris resectis, [43] machina, in qua undique praeacuti stimuli eminebant, inclusum,

cidavit] Omittit haec Cop. Barb. prim. Ultraj. sec. *Maternisque*. Vulgatae Edd. *Et maternis*. Certe elegantius adest Copula. MSS. Sex *Gremiis suppositos*.

39. *Humo infigi, alios superjactos pilis excipi jussit*] In Atrebatensi & Wincheliano, *humo infligi, alios superjactatos pilis excipi jussit*. Recte. PIGH. *Humo infligi*. Aldus ediderat *infigi*. Sed Pighius ex uno atque altero cod. rescripsit *infligi* Codicum Brandeb. unus hanc, alter illam lectionem sequitur. VORST. MSS. fere pari numero habent *infigi*, & *infligi*. *Infigi* omnes Edd. praeter Mediol. Pro *infligere terrae*, frequentius tamen *affligere* dixerunt. Exempla vide apud Eruditissimum Bentlejum ad Horat. L. II. serm. 2. 79. Nescio quomodo, quamvis alterum non damnem, hic *infixit humo* mihi magis arridet. ut opponat alios in sublime jactos pilis exceptos, alios humo infixos, hastis videlicet ita trajectos, ut illae terrae infixae manerent. Quomodo Silius Ital. Lib. VII. v. 612.

——— *trepideque levantem*
Membra afflicta solo pressa violentius hasta
Implicuit terrae, telumque in caede reliquit.
Haeret humi cornus, motu tremefacta jacentis,
Et campis servat mandatum affixa cadaver.

40. *Administrata*] Nonnulli *ministrata sunt*. Harl. & Ultraj. sec. *Divinis opibus*.

41. *Transgrediamur nunc ad illa*] MSS. octo. *Transgrediemur*. Cop. *Ad alia*. Paris. prim. *Civitati rubor inest*.

42. *Atilium Regulum*] Valde suspectam Romani scriptores hujus Attilii mortem faciunt, ut nihil interim caviller de militibus sub carinis obtritis. si enim naves illae in aqua stabant, quid aliud patiebantur milites quam submersionem. sin in terra erant, quid opus erat navibus ad eos obterendos? cum quavis alia mole obteri potuerint. Sed alia agimus. GLAREAN.

43. *Machinae, in qua undique praeacuti stimuli eminebant, inclusum*] Sic Ultraj. uterque. Barb. sec. *Machina al' Machinae*. Ceteri cum Edd. praeter Mog. *Machina*. Adscripsit Perizonius sic Ext. 9. *Quo inclusi*. Vide quae notavi supra Lib. II. 7. 15. Lib. VI. 8. I. *Quod tam pium & tam fortem spiritum servili nomine inclusit*.

44. *Haud dignum passo*] Sic certe uterque Ultraj. Sed decem alii *Indignum passo*. Quod est in Edd. ante Pighium.

45. *Eadem crudelitate usi in milites nostros, Martis certamine in suam potestatem redactos, navibus substraverunt*] In Campensi aliisque melius, *Eadem usi sunt crudelitate in milites nostros, quos maritimo certamine in potestatem, &c.* Meminit Varro de Vita populi Rom. Libro IV. *Cum Poenus* (inquit) *in fretum obviam venisset nostris, & quosdam cepisset, crudelissime propalangis carinis subjecerat, quo metu debilitaret nostros.* Citat verba haec Nonius Marcellus in voce *Palangae*. PIGH. *Eadem usi crudelitate in milites nostros quos maritimo certamine*. Ita unus cod. Brand. Idemque & Pighius in quibusdam codd. observavit. Aldus ediderat *Martis*

sum, vigilantia pariter & continuo tractu doloris necaverunt. Tormenti genus [44] haud dignum passo, auctoribus dignissimum. [45] Eadem usi crudelitate milites nostros, maritimo certamine in suam potestatem redactos, navibus substraverunt; ut earum [46] carinis ac pondere elisi, [47] inusitata ratione mortis barbaram feritatem satiarent: tetro facinore pollutis classibus ipsum mare violaturi. Gell. VI. 4. A. Victor, & alii. Sen. de Prov. 3. Non. Marcel. ex Var. de vita pop. Rom. IV.

Eorum dux [48] Annibal, cujus majore ex parte virtus saevitia constabat, [49] in flumine Vergello corporibus Romanis ponte facto, exercitum traduxit: [50] ut aeque scelestum terrestrium Carthaginiensium copiarum egressum terra, quam maritimarum Neptunus experiretur. Idem captivos nostros oneribus [51] & itinere fessos jam, prima pedum parte succisa relinquebat. Quos vero in castra perduxerat, paria fere fratrum & propinquorum jun- 2. Ann. urb. 537. Flor. II. 6.

tis certamine. VORST. *Eadem usi sunt crudelitate in milites nostros, quos maritimo certamine in potestatem redactos navibus substraverunt.* Ant. Edd. omittunt τὸ *sunt*, & *quos*, Vorstius τὸ *sunt* ex cod. Brandeb. Apparet esse deliria librariorum, qui longas periodos ferre non potuerunt. Lege deletis tribus particulis ex MSto. *Eadem usi crudelitate milites nostros maritimo.* PERIZON. *Sunt* & *quos* in MSS. minimum duodecim desunt; *in* omittunt quinque. Sed Mog. habet, ut erat in Campes. & uno Brandeb. nonnulli *Martis* vel *Martio*. Sed rectum est *Maritimo*. Restitui ut censebat Perizonius, & firmabant satis MSS.

46. *Carinis ac pondere*] Varro Libro IV. De vita populi Romani: *Cum Poenus in fretum obviam venisset nostris & quosdam cepisset, crudelissime propalangis carinis subjecerat, quo metu debilitaret nostros.* COLER.

47. *Inusitata ratione*] Infra Ext. 6. *Crudeliorem mortis rationem excogitavit.* PERIZON.

48. *Annibal*] Et hoc loco duorum Hannibalum confundere historiam videtur. Nihil Hamilcaris filius Hannibal in Sicilia egisse legitur; igitur de ponte illo in flumine Gelo ex cadaveribus facto, ei attribui non potest. si in terra id fuisset, ut ad Mundam de C. Caesare legitur, credibilius erat. Quod vero captivos ferro decernere Hannibal coëgerit frustra miratur Valerius, cum Romani hoc idem in gladiatoribus perpetuo fecerint, & ipse Julius sexcentis paribus productis probavit. GLAREAN. De fratribus & propinquis agit Valerius.

49. *In flumine Gelo corporibus Romanis ponte facto exercitum traduxit*] Campensis, Cauchianus & Atrebatensis, *In flumine Gello*, legunt. alii libri *Gallo*, Winchelianus, *Sigello*. Restitui verum nomen ex L. Floro, qui scribit Libro II. cap. 6. *Pontem e cadaveribus jussu Annibalis factum in torrente Vergello.* PIGH. *Flumine Vergello.* Florus Libro II. cap. 6. ita vocat. Sic enim omnes veteres libri Eliae Vineti. Mitallerius tamen utrobique legit, *in flumine Cerbalo*, ex Plin. qui fluvius Apuliae prope Cannas fuit. In Petaviano scribitur: *Gallo.* COLER. *In flumine Vergello.* In plerisque libris est *Gello*: in quibusdam & *Gallo.* Sed integrum restituit Pighius ex Floro, qui II. 6. 18. scribit: *Pons de cadaveribus jussu ducis factus in torrente Vergelli.* VORST. *Gello* est etiam in nostris vel *Gallo*. Sed in *flumine Vergellii* jam emendandum vidisse Janum Parrhasium monuit Theophilus.

50. *Ut aeque terrestrium scelestum Carthaginiensium copiarum egressum terra*] Ordo melior ac dilucidior est in Campensi, & Cauchiano, *ut terrestrium Carthaginiensium copiarum aeque scelestum egressum terra, &c.* PIGH. *Aeque scelestum terrestrium Carthaginiensium copiarum egressum.* Ordo hic vocum in uno cod. Brand. apparet. In altero voces trajectae sunt, ut in editione Aldina, *Aeque terrestrium scelestum* &c. VORST.

51. *Et itinere fessos jam prima pedum parte succisa relinquebat*] Malim ut in Campensi, *Et itinere fessos infima pedum parte succisa.* PIGH. *Infima pedum parte.* De ea re Ennius:

His pernas succidit iniqua potentia Poeni.

Intelligit Annibalem. COLER. *Prima pedum parte succisa.* Ita veteres typis expressi & Brand. MSS.

Plin. VIII 7. Zonaras. jungens, [52] ferro decernere cogebat: neque ante sanguine explebatur, quam ad unum victorem omnes redegisset. Justo ergo illum odio, verumtamen tardo supplicio, senatus [53] Prusiae regis factum supplicem ad voluntariam mortem compulit. Just. XXXII. 4. Nepos.

3. Tam hercle, quam Mithridatem regem, qui [54] una epistola octoginta millia civium Romanorum in Asia per urbes negotiandi gratia [55] dispersa, interemit, tantaeque provinciae hospitales deos, injusto, sed non inulto cruore respersit: quoniam cum maximo cruciatu, veneno repugnantem spiritum suum tandem succumbere coëgit: [56] simulque piacula crucibus illis dedit, [57] quibus amicos suos auctore [58] Gauro spadone, libidinosus obsequio, scelestus imperio affecerat. Ann. urb. 665. Livius LXXVIII. App. Mithrid. Plut. Pomp. & alii. Ann. urb. 690. App. Plut. A. Victor & alii.

4. [59] Numulizinthis Diogiridis [60] filiae Thraciae regis etsi minus admirabi-

MSS. Pighius ex uno cod. Campensi mavult legere *infima pedum parte*. VORST. Simile Hasdrubalis facinus notavit Appian. in Libycis cap. 72. p. 53. 54. PERIZON. MSS. nostri *jam prima pedum parte*. Ultraj. prim. *in prima*. Profecto *jam* potest hic habere locum, si jungas cum *fessos*. Paullo post, *quosdam vero quos*, vel *quosdam vero ut*, nonnulli exhibent.

52. *Ferro decernere*] Captivos ita tractare Poenorum modo non proprium fuit, docet eruditissimus Casaubonus ad Suet. COLER.

53. *Prusiae Regi factum supplicem*] MSS. decem *Prusiae regis factum supplicem*. supra Lib. VI. 8.4. *Perfidum erga te caput sordidi auxilii supplex fieri cogendo*. ubi plura exempla adnotavi.

54. *Una epistola octoginta millia*] Florus III. 5. 7. *unum edictum* vocat, quo Mithridates omnes, qui in Asia forent Romanae civitatis homines, interfici jusserit. Super numero interfectorum non conveniunt Auctores. Plutarchus centum & quinquag. millia interfecta scribit. VORST.

55. *Dispersa*] Harl. *Dispersos*.

56. *Simulque piacula crucibus illis dedit, quibus amicos suos affecerat*] Durum Pighio videtur *afficere crucibus*. ideoque conjicit *affixerat*. Sed aliter succurrendum esse huic loco docet MStus, legendo *cruciatibus*. PERIZON. In notis Pighii hoc non reperio, sed credo ita judicasse Cl. Perizonium, quia in margine Pighius adscripsit, F. *Affixerat*. in codice suo notaverat etiam Perizonius *crux* pro omni tormento Seneca de Provid. c. 3. cum quo confer Flor. L. II. 2. & postea, Cic. Lib. I. in Ver. c. 3. *Cum cives Romanos morte, cruciatu, cruce affecerit*. Front. L. IV. 7. 24. Ceterum *cruciatibus* neque ego in ullo inveni, neque ab aliis annotatum video.

57. *Quibus amicos suos*] Aliquot MSS. *Quibus illos amicos suos*. quod est in vulgatis Edd. ante Pighium.

58. *Gauro spadone*] Leid. prim. *G. Sarpedone*. tert. *Gario spadone*. quart. *Gadio* Cop. *Gauro*.

59. *Numulizinthis*] Veteres typis expressi Chalcoc. & Martini Herbip. *Cisenis* & *Cysenis*. Cum quibus congruit fere unus cod. Br. qui habet *Cizenus*. VORST. Scribendum videtur *Numilizinthidis*. GUYET. *Numilizinthis Diogiridis filiae Thraciae Regis*. Videtur omnino legendum cum MSto. ut & uno Brandeb. *Filii*. Est enim *Numilizinthes* virile nomen, ut forma ejus praefert. Tum, si haec a foemina essent patrata haud dubie aliter locutus esset, Reginam vocasset, & rei indignitatem auxisset, quod talia a foemina patrarentur. Forte legendum *Numilizinthis Diorigidis filiae Thraciae Regis F.* id est *filius*. sic infra IX. 11. ext. 2. non inepte conjiciunt viri docti legendum *Mithridatis autem F.* id est, *filius*. PERIZON. Leid. prim. *Numolisinthis*. Harl. *Nummulissantis*. Paris. prim. *Nec minus Diogridis*. Barb. prim. *Ne minus Diogridis*. Ultraj. sec. Et Mog. Ed. *Non minus Diogiridis*. Paris. sec. *Zisenis*. Bit. prim. *Disenis*. Leid. quint. *Tisenis*. Porro *filii* est in Bit. prim. Ultraj. prim. & Leid. quint. Credo altius mendum latere, & eundem hunc esse, qui dicitur Ζιβέλμιος, vel Ζιβέλμιος Διηγύλιος υἱὸς a Diod. Sic.

bilem crudelitatem gentis ipsius feritas, narrandam tamen rabies saevitiae facit: cui neque vivos homines medios secare, neque parentes [61] liberorum vesci corporibus nefas fuit.

[62] Iterum Ptolemaeus Physcon emergit, paulo ante libidinosae amentiae teterrimum exemplum: [63] idem inter praecipua crudelitatis indicia referendus. Quid enim hoc facto truculentius? filium suum nomine [64] Memphitem, quem ex Cleopatra, eadem sorore & uxore, sustulerat, liberalis formae, optimaeque spei puerum in conspectu suo occidi jussit: protinusque caput ejus & [65] pedes praecisos & manus [66] in cista chlamyde opertos pro munere natalicio matri misit. Perinde quasi ipse [67] cladis, quam illi inferebat, expers, ac non infelicior, quod in communi orbitate [68] Cleopatram miserabilem, cunctis se invisum reddiderat. [69] Adeo caeco furore sum-

5. Ann. urb. 625. circiter. Livius LIX. Joseph. Antiq. II. Justin. XXXVIII. 8. Diod. Sic. Exc. Peiresc. p. 375.

Sic. in Excerpt. Peiresc. p. 375. de eo certe paria ibi narrantur.

60. *Filiae Thraciae regis*] Unus cod. Brand. *filii.* VORST.

61. *Liberorum vesci corporibus*] Notat Pighius in margine, quosdam codd. pro *vesci* habere *pasci.* VORST. *Vesci corporibus.* Pigh. ad marg. f. *pasci.* male. PERIZON. *Pasci* nusquam invenio.

62. *Iterum Ptolemaeus Physcon*] Sic loquitur, quoniam de eodem egerat cap. proxime superiore Ext. 5. De hoc vide & If. Casaubonum ad Spartiani Caracallam p. 132 Ed. Paris.

63. *Idem etiam*] *Etiam* desideratur in MSS. decem, Ed. Mog. & Ascens. Sed Mediol. *Idem est.* Equidem *etiam* delevi, auctoritate MSS. ut supervacuum.

64. *Menephitem*] Sic Pighius & Mog. cum Ven. ceteri fere *Memphitem.* quomodo vocatur etiam a Diodoro Siculo in Excerptis Peiresc. p. 352. qui & causam nominis addit, quod natus hic filius ipsi fuit, Κατὰ τὴν Μέμφιν ἐνθρονιζομένῳ τοῖς βασιλείοις κατὰ τοὺς Αἰγυπτίων νόμους. Ἡσθεὶς δὲ διαφερόντως προσηγόρευσε τὸν παῖδα Μεμφίτην ἀπὸ τῆς πόλεως, καθ' ἣν τὰς θυσίας ἐπιτελῶν ἐγεννήθη. vide & eundem p. 374. & *Memphitem* hinc apud nostrum legendum esse Berneccerus monuit ad Just. Lib. XXXVIII. 8. Hoc itaque revocavi.

65. *Pedes praecisos & caput*] In manuscriptis libris, *Protinusque caput eius & pedes praecisos.* PIGH. Sic & nostri, & Mog. Ed.

66. *In cista chlamyde opertos*] Sic Ultraj. uterque cum Mog. *In cistam* alii decem MSS. cum ceteris Edd.

67. *Cladis, quam inferebat, expers*] Sic Pighius & ipsum secuti. Sed scripti pariter & typis expressi omnes, *Cladis, quam illi inferebat, expers.* Quod pronomen cur pro supervacuo rejecit? Ego restituendum duxi.

68. *Cleopatram miserabilem, cunctis se invisum redderet*] Distingue, *Cleopatram miserabilem cunctis, se invisum redderet.* i. e. apud cunctos. PERIZON. MSS. fere omnes & Mog. Ed. *invisum reddiderat.* Cop. *Reddebat.* Probo, *Reddiderat.* sic enim optime procedit sententia. *Perinde quasi ipse cladis* &c. *expers, ac non infelicior esset, quod reddiderat se &c.*

69. *Adeo caeco furore summa quoque effervescit crudelitas*] Lege *in summa quoque*, scilicet *facinora.* Sequitur, *cum munimentum ex se ipsa capit.* ubi ant. Edd. *cui munimentum ex se ipsa reperit*, cum plerisque codd. certe sic etiam Copesianus, nisi quod habet *monumentum.* Pighii lectio neutiquam probari potest. Etenim haec melius dicerentur, si in ultimum hujus exempli locum essent rejecta, cum jam retulisset auctor quomodo crudelitas ex se ipsa munimentum caperet. Legendum igitur puto. *Adeo caeco furore in summa quoque effervescit crudelitas; quin munimentum ex se ipsa reperit*, vel *capit.* vel legendum forte, *Adeo caeco furore* (quae respiciunt praecedentia) *in summa quaeque effervescit crudelitas, cui* (pergit nunc loqui de Ptolomaeo) *munimentum ex ipsa reperit.* nisi forte *ex se ipsa* tolerare quis possit & exponere *ex ea ipsa*, ut *se* respiciat *cui*, quod faciendum videtur. PERIZON.

70. *Cui munimentum ex seipsa reperit*] Melius in Campensi, Susiano, aliisque, *Cum muni-*

summa quaeque effervescit crudelitas, [70] cum munimentum ex se ipsa reperit. Nam cum animadverteret, quanto sui odio patria teneretur, timori remedium scelere petivit: quoque tutius plebe trucidata regnaret, frequens juventute gymnasium armis & igni circumdedit, omnesque qui in eo erant, partim ferro, partim flamma necavit.

6. [71] Ochus autem, qui postea Darius appellatus est, sanctissimo Persis jurejurando obstrictus, ne quem [72] ex conjuratione, quae septem magos cum eo oppresserat, aut veneno, [73] aut ferro, aut ulla vi, aut inopia alimentorum necaret, crudeliorem mortis rationem excogitavit, [74] qua onerosos Ovid. in Ib. sibi non perrupto religionis vinculo tolleret. [75] Septum enim altis parietibus

nimentum ex seipsa capit. PIGH. *In summa*, ut Perizonius malebat, scripti non probant. *Summa crudelitas* intelligitur, nisi valde fallor, crudelitas summorum seu potentissimorum virorum. *cum* pro *cui* constanter habent MSS. *ex se ipsa* i. e. ex *crudelitate. Crudelitas* ex *crudelitate munimentum reperit*, quando princeps nova crudelitate grassatur contra eos, quibus se invisos ob ante exercitam crudelitatem sentit. MSS. etiam omnes *reperit*, non *capit*. Quod primus exhibuerat Pighius. pro *summa quaeque*. Aliquot MSS. cum Mog. *summa quoque*. in fine etiam nonnulli. *Armis & igne.*

71. *Ochus autem*] Mirum vero hic nihil de hac re scribere Herodotum, quum de Dareio Hystaspis filio tam multa scriberet, ut sit suspicio de alio quodam Ocho loqui, ut qui duodecimus persarum Rex dicitur apud Eusebium. Sed Valerii verba videntur sane sonare de Dareio Hystaspis filio. Quamquam Gobrias unus ex septempercussoribus magorum in Scythia militasse cum Dario referatur apud Herod. Lib. IV. De Ocho Lib. X. Justinus, sed plane de Artaxerxis, non de Hystaspis filio. GLAREAN. *Ochus autem qui postea Darius.* vide Usserii Annales p. 84. 85. 90. Ovid. in Ibin. 315. ubi tamen vocatur *Darius secundus.* Paul. Leopard. Emend. Lib. XIII. c. 20. Freinsh. ad Curt. L. VI. 8. 16. Bernec. ad Just. L. I. 9. PERIZON.

72. *Ex conjuratione quae septem magos cum eo oppresserat*] Atqui duos tantum magos fuisse qui regnum Persarum occupaverint, prodidit Herodotus: quem & alii sunt secuti. Tantum noster & Ammianus Marcellinus XXIII. 22. *septem* commemorant. Verum Ammiani auctoritas non est tanta, ut aliorum elevare queat. Nostrum autem antiquioribus conciliare studet Rutgersius Var. lect. I. 8. Putat enim vocem unam trajectam, inque locum suum reponendam sic esse. *Ne quem ex conjuratione septem, quae magos cum eo oppresserat.* Quae quidem emendatio vehementer quoque placet Berneggero in Notis ad Lib. I. Justini c. 9. Nequem autem offendat, quod Valerius septem cum Dario conjurasse sic diceret, cum in universum, Dario etiam inter eos comprehenso, tantum septem fuerint: monet Rutgersius in scriptoribus antiquis non novum esse, ut, quoties sodalitii alicujus mentio fiat, etsi unum nominando eum è reliquorum numero excerpsisse videantur, postea tamen universum totius collegii numerum ita ponant, quasi is quem exceperant, ei includeretur. Vide ejus Var. Lect. I. 8. ubi ejus generis alia ex antiquis scriptoribus affert. VORST. *Magis septem.* Magi dicuntur septem menses regnasse, quae potuit esse erroris caussa Valerio Maximo. Vide & Vales. ad Ammian. L. XXIII. PERIZON. Locum hunc peculiari dissertatione illustrandum sibi sumpsit V. D. Mich. Rossal, & emendat, ut fecerat dudum ante Rutgersius, cujus mentionem facit nullam, quod nesciret, credo, & illi jam hoc in mentem venisse. Putat itaque *τὸ septem* elliptice poni, ut apud Graecos *οἱ ἑπτὰ, οἱ δώδεκα* & similia, nec refugisse Ciceronem similiter dicere *In duodecim*, pro *In duodecim tabulis.* Sed praecesserat ibi *in duodecim tabulis* L. II. de Legg. cap. 23. Et sane quod Graecis eleganter, addito Articulo effertur, id prorsus insolens Latinis auribus accidit. Non dicam jam quod isti transpositioni nullus favet MSS. codex. Quid? an etiam hic igitur Valerium errasse statuemus, ut tot aliis locis? Si facias non valde repugnabo, quum in eadem hac historia, etiam *Dario* tri-

tibus locum cinere complevit, [76] suppositoque tigno prominente, benigne cibo & potione exceptos in eo collocabat; è quo somno sopiti, in illam insidiosam congeriem decidebant.

[77] Apertior & tetrior alterius [78], Ochi cognomine Artaxerxis crudelitas, qui [79] Ocham sororem, atque eandem socrum, vivam capite defodit: & patruum cum [80] centum amplius filiis ac nepotibus [81] vacua area destitutum, jaculis confixit; nulla injuria lacessitus, sed quod in his maximam apud Persas probitatis & fortitudinis laudem consistere videbat.

7. Euseb. in Chron. XII. Persarum regem dicit.

Con-

tribuerit, quod fuerat *Gobriae* Lib. III. 2. 2. Et sic *Darium* hunc antea *Ochum* appellatum dicit, quod a nemine alio traditum reperias. Praeterea Ovidius hoc supplicium tribuit *Dario secundo* qui revera *Ochus* fuit appellatus. Scio quomodo hoc expedire tentet vir doctissimus, sed nil nisi meras adfert conjecturas; ut Valerium omni errore liberet, statuens *Darium Hystaspis*, etiam ab Ovidio *secundum* dici potuisse respectu alterius *Darii* senioris, *Darii Medi* videlicet. Sed diserte Dario Notho, qui antea Ochus appellatus erat, tribuit hoc Ctesias, tradens ipsum eo modo e medio sustulisse fratrem suum *Secundianum* jurisjurandi religione deceptum. Vide p. 647. & 648. Ed. Gronov. ut adeo frustra in illis conciliandis labor sumi videatur. Possis tamen existimare τὸ *septem* ex glossa ortum esse, auctoremque simpliciter scripsisse. *Ne quem ex conjuratione, quae magos cum eo oppresserat. Conjuratio* ponitur pro *conjuratis*. quos glossator *septem* fuisse notaverat in margine, hoc cum non conveniret cum vocabulo *conjuratione*, ad *magos* illum transferendum putarunt.

73. *Aut ferro aut ulla vi*] Rectius abesse puto cum MS. τὸ *ulla*. PERIZON. Retinent nostri omnes, nec debet abesse, magnam enim habet emphasin istud *ulla vi*. Quare fraude potius eos circumvenit, quam vim ipsis intulit Darius.

74. *Quae hos juncto sibi*] In Cauchiano, *Qua graves sibi*. In aliis, *Qua onustos*. In Winchelιano, *Qua onerosos:* Quae lectio magis placet. PIGH. *Qua onerosos sibi tolleret*. Varie prorsus haec in MStis. scripta sunt, ut videre est apud Pighium, minime tamen placet, quod edidit: nec enim *onerosi* illi erant, sed *odiosi*, ut habet MS. Copes. praeferens, *quae odiosos sibi tolleret*. PERIZON. Paris. sec. Ed. Mog. *onerosos*. Leid. quint. Ultraj sec. *onustos*. Ultraj. prim. *hos ustos*. Harl. *hos junctos*. Barb. prim. *hos junctos sibi, al' honustos*. Leid. sec. *Odiosos* Paris. prim. Leid. tert. sext. & sept. Bit. prim. *qua invisos al' onustos. Odiosos* etiam mihi magis quam *onerosos* placet.

75. *Septum altis parietibus locum*] Confer omnino Lib. II. Macchab. 13. 5. vide & Usserii Ann. 3581.

76. *Suppositoque tigno*] Notat Pighius in margine, diversam lectionem esse *superposito*. Quod sane in utroque etiam cod. Brand. observo. VORST. *Superposito* Leid. sext. & Copes. cum Ed. Mog. similiter variatum supra Lib. IX. 2. 4.

77. *Apertior & tetrior*] Unus e Duac. *Asperior & tetrior*.

78. *Ochi*] De Ocho Aelian. L. II. V. H. 17. & L. VI. 8. Just. L. X. 3. Usser. Ann. 3644. PERIZON.

79. *Ocham sororem*] Aliquot MSS. *Ociosam sororem*, unus *Ociam*, alter *Ocisam*.

80. *Centum amplius filiis*] Sic MSS. Restituit Pighius. Vulgo *Et amplius* legebatur praeterquam in Mog.

81. *Vacua area destitutum*] *Destituere* proprie idem est quod *defigere*, *collocare*. Plautus Rud. III. 5. 43. *Ita duo destituit signa his cum clavis senex*. Livius VII. *Duo armati in medio destituuntur*. Et alibi: *Ante pedes destitutum causam dicere jussit*. Vide de hac propria verbi significatione & Cujacium X. Obs. 24. VORST.

82. *Indigno gloriae suae decreto*] Malim. *Indigno gloria sua decreto*. GUYET. Sic habet Leid. quint. Sed vide quos citat Cl. Burmannus ad Phaed. Lib. IV. 20. *Quidquid putabit esse dignum memoriae*.

 83. *Ae-*

8. Cic. Offic. III. Aelian. Var. hist. II. 9.
Consimili genere aemulationis instincta civitas Atheniensium, [82] indigno gloriae suae decreto Aeginensium juventuti pollices abscidit; ut classe potens populus in certamen maritimarum virium secum descendere nequiret. Non agnosco Athenas timori remedium à crudelitate mutuantes.

9. Cic. in Pison. Phalaris epp. Ovid. in Ib.
Saevus etiam ille [83] aenei tauri inventor, [84] quo inclusi subditis ignibus, longo & abdito cruciatu, mugitus resonantem spiritum edere cogebantur, [85] ne ejulatus eorum [86] humanae sono vocis expressi, [87] Phalaridis tyranni misericordiam implorare possent. [88] Quam, quia calamitosis deesse voluit, teterrimum artis suae opus primus artifex inclusus merito auspicatus est.

10. [89] At ne Etrusci quidem parum feroces in poena excogitanda: [90] qui vi-

83. *Aenei tauri inventor*] Cui nomen fuit *Perillus*; & secundum alios *Perialus*. Ovidius I. de A. A.

Et Phalaris tauris violenti membra Perilli
Torruit: infelix imbuit auctor opus. VORST.

84. *Quo* (aeneo tauro) *inclusi mugitus resonante spiritu edere cogebantur*] Lege omnino ut est in MS. *Mugitus resonantem spiritum edere cogebantur.* Possis tamen exponere *spiritu*, qui audiebatur & resonabat, *edere mugitus cogebantur.* PERIZON. *Mugitus resonante spiritu edere cogebantur.* Copes. Leid. prim. Barb. prim. Ultraj. sec. Aldus & ceteri *Mugitus resonantem spiritum.* Nonnulli cum Mog. *Longo & abdito cruciatu mugitus resonante, spiritum edere cogebantur.* Rectum videtur, *Mugitus resonantem spiritum edere cogebantur.* Non tantum cogebantur *edere mugitus spiritu resonante*, sed *edere spiritum* i. e. mori. & hunc *resonantem mugitus*, i.e. cogebantur mugire inter moriendum. Quod itaque restitui.

85. *Ne ejulatus*] Pauculi *Ululatus*. Paris. sec. *Ne illi ululatus.*

86. *Humanae sono vocis*] Uterque Ultraj. *Humano sono vocis.* & sic Ed. Mog.

87. *Phalaridis tyranni*] Plinius libro trigesimoquarto, capite octavo. Dorotheus in rebus Siculis ita narrat: Φάλαρις Ἀκραγαντίνων τύραννος, ἀπότομος καὶ ἀπαθὴς ὑπάρχων, ξένους καὶ παροδευομένους βασάνοις ἔτρυχε καὶ ἐστρέβλου τοὺς ὁμοφύλους· Πέριλαος δὲ τῇ τέχνῃ χαλκουργὸς κατασκευάσας δάμαλιν, ἔδωκε τῷ βασιλεῖ δῶρον ἵνα τοὺς ξένους εἰς αὐτὴν βάλλων κατακαίει ζῶντας. Μυκηθμὸν δὲ ἡ δάμαλις ἀναδίδου τῷ φυσικῷ παρόμοιον. Φάλαρις δὲ τότε μόνον γενόμενος δίκαιος, αὐτὸν τὸν τεχνίτην πρῶτον ἐνέβαλεν. Lucianus scribit taurum hunc postea à Phalaride Apollini Delphico fuisse consecratum. Timaeus vero ab Agragentinis in mare demersum refert. COLER. Negavit Timaeus talem taurum unquam Agrigenti fuisse. Alii a Carthaginiensibus Siciliae imperium obtinentibus Carthaginem illum translatum fuisse tradiderunt. Consule Polyb. de Virt. ac Vit. p. 1400. Ed. Gron. vel in Excerptis Peiresc. p. 58.

88. *Quam quia calamitosis deesse voluit teterrimum artis suae opus primus artifex inclusus merito auspicatus est*] Recte omittit MS. τὸ *artifex*, toto enim hoc exemplo de eo egit, & supra *aenei tauri inventorem* vocavit. Vellem & τὸ *inclusus* omitteret, utrumque enim mihi videtur ortum a glossa hominis, qui in margine notavit *artifex inclusus.* PERIZON. τὸ *Artifex* omittunt etiam Harl. Paris. & Bit. primi. Leid. sext. Sed in quinto deest *primus.*

89. *At ne Hetrusci*] Idem supplicium reduxit Macrinus vel Mecentio ipso saevior, teste Capitolino. lege Servium ad VIII. Aeneid. COLER.

90. *Qui virorum corpora cadaveribus adversa adversis alligata*] In Campensi, Gemblacensi & Wincheliano, *Qui vivorum corpora.* Recte. Nam sic etiam Virgilius de Mezentio tyranno:

Mortua quin etiam jungebat corpora vivis,
Componens manibusque manus atque oribus ora.
PIGH.

Qui vivorum corpora cadaveribus. Virgilius VIII. Aeneid. de Mezentio:

Mortua quin etiam jungebat corpora vivis
Componens manibusque manus atque oribus ora.
VORST.

MSS. pari fere numero *virorum*, & *vivorum* ex-

vivorum corpora cadaveribus adversa adversis alligata atque constricta, ita ut singulae membrorum partes singulis essent accommodatae, tabescere simul patiebantur: amari vitae pariter ac mortis tortores. Virg. VIII Aen. 485. de Mezentio.

Sicut illi Barbari, quos ferunt mactatarum pecudum intestinis, & visceribus egestis, homines inserere, ita ut capitibus tantummodo emineant, [91] quoque diutius poenae sufficiant, cibo & potione infelicem spiritum prorogare: [92] donec intus putrefacti, laniatui sint animalibus, [93] quae tabidis in corporibus nasci solent. Queramur nunc cum natura rerum, quod nos multis & asperis adversae valetudinis incommodis obnoxios esse voluerit: habitumque coelestis roboris humanae conditioni denegatum moleste feramus; cum tot cruciatus sibimetipsa mortalitas impulsu crudelitatis excogitaverit. 11.

exhibent. Sed omnino recte Pighius emendavit *vivorum*. Nonnulli hunc ordinem praeferunt. *Cadaveribus adversis adversa alligata.*

91. *Atque ut diutius poenae*] MS. *quoque ut diutius*. Lege, *Quoque diutius*. *Ut* expositionis gratia additum puto. Et sic habet Ascensii Editio. PERIZON. MSS. decem habent, *Quosque ut diutius*. tres, *quoque ut*. Aliquot etiam pro *Prorogant*, praeferunt *prorogare*. quasi cohaereret, *Quosque ferunt prorogare spiritum*. *Atque ut* a Pighio fluxit. *Quosque ut &c. prorogare*. Ed. Mog. & Mediol. ceteri *Quoque diutius*. Certe *prorogare* debet ad Barbaros referri. *Sicut illi Barbari* absolute, ut centies alibi, positum est. In quo possis tamen ex initio praecedentis exempli subintelligere *feroces in poena excogitanda*. Quod si feceris, *τὸ prorogant* nominativo suo destituetur, sicut & alioquin parum congrua videtur oratio. Quare *quoque diutius* &c. *prorogare* praetuli, recte animadvertisse judicans Cl. Perizonium, *ut* ortum esse ab aliquo, qui *quoque* exponendum judicabat per *ut*.

92. *Donec intus putrefacti laniati sint ab animalibus*] Elegantius in manuscriptis, *Laniatui sint animalibus, quae tabidis corporibus innasci solent*. PIGH. *Laniatui sint animalibus*. Monuit me amicus, Isaacum Pontanum emendasse *Laniatui sint animalibus*. cujus sententiae subscribere non possum. Illud enim Valerium dicere reor: corporibus taurinis propterea miseros illos includi solitos, ut laniarentur à vermibus, qui tabidis corporibus innasci solent. Reddidit hoc supplicium aut certe assimulavit Opilius ille Macrinus, de quo Julius Capitolinus: *Duos boves mirae magnitudinis vivos subito aperiri jussit, atque his singulos milites inseri capitibus, ut secum colloqui possent, exsertis*. Simili cruciatus genere fere Christiani olim sunt vexati. Sulpitius Historiae sacrae libro secundo: *Quin & novae mortes excogitatae, ut ferarum tergis contecti laniatu canum interirent*. COLER. *Laniatui sint animalibus*. Ita Pighius ex codd. MSS. Et habent quoque ita codd. Brand. Aldus ediderat *Laniati sint ab animalibus*. VORST.

93. *Quae tabidis corporibus innasci solent*] Ita rursus Pighius. Verum codd. Brand. hic non consonant; ut qui habent, *Quae tabidis in corporibus nasci solent*. Estque ita & in veteribus typis expressis. VORST. *Laniatui sint* etiam nostri MSS. anteferunt & Mog. cum Mediol. quemadmodum illud quoque, quod de Brandeburgicis testatur Vorstius. *Quae tabidis in corporibus nasci solent*, ut edebatur ante Pighium, atque ideo restitui.

CAPUT III.

DE IRA ET ODIO.

[1] Ira quoque & odium in pectoribus humanis magnos fluctus excitant: procursu celerior illa, nocendi cupidine hoc pertinacius. Uterque consternationis plenus affectus, ac nunquam sine tormento sui violentus: quia dolorem cum inferre vult, patitur, amara solicitudine, ne non contingat ultio, anxius. Sed proprietatis eorum certissimae sunt imagines; quas dii ipsi in claris personis, aut dicto aliquo, aut facto vehementiori conspici voluerunt.

1. Ann. urb. 548. Livius XXVII. Cum adversus Asdrubalem Livius Salinator bellum gesturus urbe egrederetur, monente Fabio Maximo, ne ante descenderet in aciem, quam hostium vires [2] animumque cognosceret, primam occasionem pugnandi non omissurum se respondit. Interrogatusque ab eodem, *quid ita tam festinanter manum conserere vellet, ut quam celerrime*, inquit, *aut gloriam ex ho-*

1. *Ira quoque & odium*] Edd. pleraeque ante Pighium *Ira quoque aut odium.* quod in multis est MSS. Ascens. *Ira quoque ac odium.* Cop. Ultraj. prim. Leid. prim. tert. sext. *Ira quoque & odium.* quod melius.

2. *Animumque cognosset*] Sic Pighius. Sed omnes scripti & typis expressi *cognosceret,* pro *Ab eodem,* nonnulli *ab eo.*

3. *Illa injustae damnationis memor*] Damnatus fuerat Livius ob legem de sale vendendo latam, quae populo molesta fuit. At octo annis post ex agro, quo per summum dolorem se receperat, in urbem revocatus, & consul creatus est. Vide supra II. 9. 6. VORST. *Damnationis memor.* graviter hic errat Vorstius, cum ait eum esse damnatum ob legem de sale vendendo latam, aliquanto tamen post revocatum consulem esse factum. At enim vero salis vectigal, unde nomen accepit in censura demum commentus est, cum jamdiu fuisset revocatus. Et damnatus fuit post consulatum primum reus factus cum collega Aemilio Paulo. Similiter errat exemplo 2. quod C. Figulum ait consulem aliquando ex provincia esse revocatum, ut magistratu se abdicaret, cum is fuerit pater ejus, quem bis consulem fuisse dicit Valerius. PERIZON. Copes. *ut injustae damnationis.*

4. *C. autem Figulum*] Jussu Senatus hic aliquando ex provincia rediit, seque consulatu abdicare necesse habuit, quod tabernaculum vitio captum fuisset. Vide sup. I. 1. 4. VORST.

5. *Omnes consulere scitis, consulem facere nescitis*] Winchelianus codex per interrogationem haec ita; *An vos consulere scitis consulem fa-*

hostibus victis, aut ex civibus prostratis gaudium capiam. Ira tunc atque virtus sermonem ejus inter se diviserunt: [3] illa injustae damnationis memor, haec triumphi gloriae intenta. Sed nescio an ejusdem fuerit hoc dicere, & sic vincere.

2. Ardentis spiritus virum, & bellicis operibus assuetum, huc iracundiae stimuli egerunt; [4] C. autem Figulum mansuetissimum, pacato juris civilis judicio celeberrimum, prudentiae moderationisque immemorem reddiderunt. Consulatus enim repulsae dolore accensus, eo quidem magis, quod illum bis patri suo datum meminerat, cum ad eum postero comitiorum die multi consulendi caussa venissent, omnes dimisit: praefatus, [5] *Omnes consulere scitis, consulem facere nescitis?* Dictum graviter, & merito; sed tamen aliquanto melius non dictum. Nam quis populo Romano irasci sapienter potest?

Ann. urb. 621. circiter.

3. Itaque ne illi quidem probandi, quamvis factum eorum nobilitatis splendore protectum sit, qui, quod Cn. Flavius humillimae quondam sortis, [6] praeturam adeptus erat, offensi, annulos aureos sibimetipsis, [7] & phaleras equis suis detractas abjecerunt, [8] doloris impotentia tantum non luctum profecto testati.

Ann. urb. 449. Livius IX. Plin. XXXIII. 1. Gell. VI. 9. qui de aedilit cur. Flavii hoc scribunt.

4. Talis irae motus aut singulorum, aut paucorum adversus populum universum: multitudinis autem erga principes ac duces, ejusmodi. Manlio Torquato amplissimam & gloriosissimam ex Latinis & Campanis victoriam in Urbem referenti, cum seniores omnes laetitia ovantes occurrerent, juniorum nemo obviam processit: quod filium adolescentem fortissime adversus im-

Ann. urb. 413. Livius VIII.

facere nescitis? Nec inepte, sarcasmus enim est: qui per interrogationem pungit acrius. PIGH. *An vos consulere scitis.* Per interrogationem prolata haec reperit Pighius in cod. Winchellano. Alii sine interrogatione sic habent, *Omnes consulere scitis, consulem facere nescitis.* VORST. *An vos consulere scitis consulem facere nescitis.* Omnes fere codd. Cop. Brandd. & Pighiani praeter unum habent. *omnes consulere scitis.* quod equidem praefero. Nec enim huic loco convenit interrogatio, cum praecedat *praefatus.* PERIZON. Leid. quint. habet, *An nos.* ceteri *Omnes consulere.* Mutavit Pighius. Legatur itaque, quod est in MSS. & melius quadrat.

6. *Praeturam adeptus erat*] Tribunatum scribit Plinius Libro XXXIII. cap. 1. CORRAD.

7. *Et phaleras equis detractas*] MSS. & Edd. *Phaleras equis suis detractas.* cur Pighius ejecit *suis*, quod manifesto opponit *sibimetipsis* Valerius?

8. *Doloris impotentia tantum non luctum profecto testati*] Ita editiones veteres Aldi, Chalcoc. & Mart. Herbip. Pighius tamen rescripsit *impotentiam:* quem Colerus & Thysius sunt secuti. Gronovius legendum putat *doloris impatientiam tantum non luctu professo testati.* Vide pag. 301. Tom. 1. Livii. Lib. IV. cap. 2. VORST. *Doloris impotentiam tantum non luctum profecto testati.* egregie Gronovius. *Tantum non luctu professo testati.* Idem tamen male, quod sive sciens, sive memoriae vitio contra codd. legit *doloris impatientiam.* cum *impotentia doloris* eleganter dicatur. v. notata mea ad Liv. L. IV. cap. 40. PERIZON. *Impotentiam* exhibet uterque Ultraj. & Mog. plerique *tantum* lu-

imperium suum proeliatum, [9] securi percussisset. Miserti sunt aequalis nimis aspere puniti: nec factum eorum defendo, sed irae vim indico, quae unius civitatis & aetates & affectus dividere valuit.

5. Ann. urb. 272. Livius II. Dionys. IX. Zonaras XI. [10] Eademque [12] tantum potuit, [11] ut universum populi Rom. equitatum a Fabio consule ad hostium copias persequendas missum, cum & tuto & facile eas liceret delere, legis agrariae ab eo impeditae memoria immobilem retineret. Illa vero etiam Appio duci, [13] cujus pater, dum pro senatus amplitudine nititur, commoda plebis acerrime impugnaverat, infensum [14] exercitum faciendo, voluntaria fuga terga hosti, ne triumphum imperatori quaereret, dare coëgit. [15] Quoties Victoriae victrix! [16] congra-

Ann. urb. 282. Livius II. Dionys. Zonaras.

luctum. Luctum omnes. Credo tamen verum vidisse Gronovium legendo, *tantum non luctu*; sed *impotentiam* cum Perizonio praefero. Nihil tamen in textu mutare sustinui.

9. *Securi percussisset*] Ven. Mediol. & reliqui *securi percussum occidisset* & Barb. prim. cum Leid. prim. his consentiunt. Ita supra Lib. VI. 3. 9. *fusti percussam interemit*, ac similiter Lib. VIII. 1. Amb. 1. Sed reliqui MSS. cum Mog. *securi percusserat*, quod sufficit. sic enim *occisum* satis intelligas, quod non facias, si quis *fusti percussus* dicatur. sunt qui habent, *securi percussum miserati sunt*.

10. *Eadem tantum*] MSS. fere *Eademque tantum*. quod clam mutaverat Pighius.

11. *Ut universum populi Romani equitatum*] Lege, *peditatum*, ut in Campensi, & quemadmodum Livius astipulatur. PIGH. *Ut universum populi Rom. peditatum.* Alii *equitatum*. Sed *peditatum* restituit Pighius ex cod. Campensi & ex Livio. VORST. Omnes scripti *Equitatum* retinent. Vereor ut & hic satis accurate agat Valerius. Nam *Equitatui* magis convenit, ut mittatur ad hostes persequendos, quam peditatui. Interea tamen verum est pedites equitatum, a quo jam fusus hostis erat, sequi noluisse, ut observavit Glareanus ex Liv. L. II. 43. *Quum* &c. ita aciem instruxisset, *ut solo equitatu emisso* (nota *emissum equitatum*) *exercitum hostium funderet, insequi fusos pedes noluit.* Pro *Memoria* nonnulli MSS. *Memorem*, vel *Memores*, item *Memor. Memorem* Ald. & reliqui. *Memores* Mog.

12. *Equitatum*] Quod Valerius equitatui Romano adscribit, id Livius Lib. II. peditatui attribuit. Equitatum enim strenuam operam navasse, peditatum sequi noluisse: quod est verosimilius, propter legem agrariam, quam Fabius consul, ut alii patricii impedierant, ideoque plebi invisi. GLAREAN.

13. *Cujus pater dum &c. commoda plebis acerrime impugnaverat*] Non ideo infensus erat exercitus Appio, quod pater illud fecerat dudum jam mortuus, sed propter illius paternum animum, truculentam asperitatem, & plebi quam maxime adversantem. vide Liv. L. II. c. 58. 59. Lego igitur, *cujus & pater* &c. hoc est, qui non tantum ipse, sed & pater ejus plebem impugnaverat. PERIZON.

14. *Exercitum faciendo*] Unus Duac. *reddendo*.

15. *Quotiens victoriae victrix*] Elegantius per interrogationem, *Quotiens ergo victoriae victrix?* sic in Campensi. PIGH. *Quoties ergo victoriae victrix. Ergo* a Pighio additum ignorantibus MSS. expunxi. ut dictum sit per admirationem more Valerii valde solenni.

16. *Congratulationem ejus in Torquato spernendam, in Fabio pulcherrimam partem omittendam, in Appio totam fugae postponendam credidit*] Antiq. Edd. ut patet ex Pighii notis *reddidit*. & sic MS. quod nequaquam mutandum. *Ira* enim haec omnia effecit, ut supra de ea loquitur. *Appio infensum exercitum faciendo.* hoc Ex. & Ex. 2. *C. Figulum moderationis immemorem reddiderunt.* Lipsii etiam emendationem hinc abire jubeo. *pulcherrima pars victoriae* est, hostibus conversis in fugam instare, quod facere noluerunt Fabiani. PERIZON.

17. *In Fabio pulcherrimam partem omittendam*] Lego, *pulcherrime partam.* & ad victoriam refero. LIPS. *In Fabio pulcherrimam partem omittendam.* Lipsius legendum censet *pulcherrime partam*; ut referatur ad *victoriam*. VORST. Emendationem Lipsii probabat Guyetus; sed non MSS.

18. *Totam fugae proponendam reddidit*] Vete-

gratulationem ejus in Torquato spernendam, [17] in Fabio pulcherrimam partem omittendam, in Appio [18] totam fugae postponendum reddidit.

Age, quam violenter se in pectore universi populi Rom. gessit eodem 6.
tempore, quo suffragiis ejus dedicatio aedis Mercurii [19] M. Plaetorio primipili centurioni data est; [20] praeteritis consulibus. Appio quod obstitisset, quo minus aeri alieno suo succurreretur: Servilio, quod susceptam caussam suam languido patrocinio protexisset! [21] Negas efficacem iram, cujus hortatu miles summo imperio praelatus est?

(Ann. urb. 258. Livius II.)

[22] Quae quidem non proculcavit tantum imperia: sed etiam gessit im- 7.
potenter. [23] Nam Q. Metellus cum utramque Hispaniam consul prius, deinde proconsule, [24] pene [25] totam subegisset, postquam cognovit Q. Pompe-

(Ann. urb. 611. Livius LIII. Florus II. 17. A. Victor. LXI.)

teres libri melius, *Totam fugae postponendam credidit.* PIGH. *Reddidit*, quod ex Copesiano bene vindicavit Perizonius, omnes servant MSS. Sed & Pighii *postponendam* iidem probant. Tres *partem dimittendam.*

19. *M. Plaetorio*] Lege ex Livio *M. Laetorio. Plaetoria* gens non fuit tam antiqua Romae. *Laetorii* vero exinde multi partem Reip. gesserunt. PERIZON. Uterque Ultraj. *M. Praetorio.* Ceteri *M. Plaetorio.*

20. *Praeteritis consulibus, Claudio, quod obstitisset, quo minus aeri alieno suo occurreretur & Servilio quod &c.*] MS. *praeteritis Apio & Servilio coss. Apio quod obst. q. min. al. ae. succurreretur, Servilio.* Sane *Claudios* plerumque vocat *Appios*, si modo eo nomine nominentur. Tum melius abest copula ante *Servilio.* sic. Liv. L. XLIV. c. 40. *aut consule aut rege: rege quod* &c. *consule quod* &c. PERIZON. Cum Copes. consentit Leid. sext. ceteri ut erat ante Pighium, *praeteritis consulibus, Appio, quod obstitisset, quo minus aeri suo alieno succurreretur, Servilio, quod &c.* omissa copula ante *Servilio*, quam retinebant tamen vulgatae Edd. & unus atque alter MS. itaque sic convenientius duxi rescribere.

21. *Negas efficacem esse iram*] An? *Nega.* PERIZON. *Esse* addiderat Pighius, cum ante omitteretur, sed non in MSS.

22. *Non quidem proculcavit tantum imperia, sed etiam gessit impotenter*] Lege omnino ex MSto. *quae quidem non proculcavit &c.* Nempe proximum exemplum clauserat hoc modo, *negas efficacem esse iram*, quo initio hujus exempli respexit, ut plerumque solet. sic. IX. 5. 2. sic & Ascensii editio. PERIZON. Parui Perizonio, cum id juberent etiam & scripti & editi ante Pighium, qui etiam praecedenti exemplo hanc periodum connectunt.

23. *Namque Metellus cum utramque Hispaniam consul prius, deinde proconsul pene jam subegisset*] In Cauchiano & Campensi, *Nam Q. Metellus, cum provinciam Hispaniam consul prius deinde pro consule pene totam subegisset.* Recte non enim *utramque Hispaniam*, sed citeriorem provinciam duntaxat obtinebat Metellus Macedonicus. PIGH. *Nam Q. Metellus cum provinciam Hispaniam.* Ita recte se rescripsisse putat Pighius ex duobus codd. quia non utramque, sed citeriorem tantum Hispaniam obtinuerit Metellus Macedonicus. Alii habent *utramque Hispaniam.* Et quidam, *Namque Metellus.* VORST. *Utramque Hispaniam* omnes MSS. retinent. Legatur itaque quod in illis est, & rem magis auget. *Namque Metellus* etiam nonnulli ex meis sed *Q.* saepius in *que* mutatum supra vidimus.

24. *Pene totam*] Liber Danielis; *pene jam* aliquis eruditus superscripserat: *penitam.* quomodo & Valerium scripsisse crediderim. Intelligit Hispaniam interiorem, Celtiberiam. Unde & *Metellus Celtibericus* dictus. COLER. Errat Colerus, quum eum, *Celtibericum* dictum ait. Florus Lib. II. 17. *Metellus ille, cui ex Macedonia cognomen, meruerat & Celtibericus fieri cum Contrebiam memorabili exemplo cepisset & Nertobriges, majori gloria pepercit.* i. e. hoc cognomine abstinuit.

25. *Pene totam subegisset*] *Totam* rescripsit Pighius ex eisdem codd. Et habet quoque ita unus cod. Brand. Aldus ediderat *Pene jam subeg.* VORST. Plerique MSS. *Pene jam subegisset. Pene totam* Leid. sext. Vulgo ante Pighium *subjecisset.*

26. *Mi-*

pejum consulem inimicum suum successorem sibi mitti, omnes qui modo [26] militiam suam voluerunt finiri, dimisit: commeatus petentibus, neque caussis excussis, neque constituto tempore, dedit: horrea custodibus remotis opportuna rapinae praebuit: arcus, sagittasque Cretensium frangi, atque in amnem abjici jussit: elephantis cibaria dari vetuit. Quibus factis ut cupiditati suae indulsit, ita magnifice gestarum rerum gloriam corrupit: meritumque honorem triumphi, [27] hostium, quam irae, fortior victor, amisit.

8. Ann. urb. 675. Plut. in vita. Quid Sulla, dum huic vitio obtemperat, nonne multo alieno sanguine profuso, ad ultimum & suum erogavit? Puteolis enim ardens indignatione, quod Granius princeps ejus coloniae pecuniam à decurionibus ad refectionem Capitolii promissam cunctantius daret, animi concitatione nimia, atque [28] immoderato vocis impetu convulso pectore, spiritum cruore ac minis mistum evomuit. Nec senio jam prolapsus, utpote sexagesimum in-

26. *Militiam suam finiri*] Sic fere MSS. Copes. tamen *finire* ut legebatur ante Pighium, etiam omisso *suam*; sed cum MSS. consentiunt Mog. Mediol. Ascens.

27. *Hostium quam irae fortior victor*] Guyeto scribendum videbatur, *Fortior auctor*. Inepte.

28. *Immoderato vocis impetu*] Sic MSS. Mog. & Mediol. Vulgo *immoderatae*. emendavit Pighius.

29. *Sed alita miseriis populi Romani impotentia furens*] In manuscriptis, *Sed alita miseriis reipublicae impotentia*. PIGH. Consentiunt nostri. pro *mixtum* Ultraj. sec. & Mog. *commixtum*.

30. *Neque ab ignotis exempla petere juvat, & maximis viris exprobrare vitia sua verecundiae est*] Tres libri veteres habent, *Nunc ab ignotis exempla petere juvat, sed maximis viris, &c.* Quo loco *ignotus*, pro peregrino *vel externo* sumitur. PIGH. *Neque ab ignotis exempla petere juvat*. Pighius pro *neque* scribendum putat *nunc*; quod in tribus libris reperit. At mihi retinendum videtur *neque*: quod & in utroque cod. Brandeb. observo. Vult omnino Auctor, non juvare, id est, non delectare se exempla ab ignotis, id est, exteris & peregrinis petere; sed potius verecundiae sibi esse maximis inter exteros viris, ut Alexandro M. & aliis, vitia sua exprobrare. VORST. Omnes MSS. *Neque ab ignotis petere exempla juvat, & maximis viris exprobrare vitia sua verecundiae est* & sic etiam omnes Pighio antiquiores Edd. Sed Mog. cum MS. Ultraj. sec. *verecundia est* Ultraj. prim. *ab ignotis exemplis.* duo *quia maximis viris.* *Ignoti* hic non sunt *externi*, sed obscuri, ignobiles, quorum exempla proferri fructum non adfert, & verecundiae tamen est recensere vitia maximorum virorum, sed ipsa instituti ratio postulat ut non reticeantur, *cedat*, itaque inquit, *voluntas operi*, quod mihi sum conscius me necessaria duntaxat narrare, dum probo libenter praeclara.

31. *Voluntas operi cedat dum praeclara libenter probando necessaria narrandi conscientia non desit*] MS. *Cedit* & *desiit*. F. *voluntas op. cedit. dum pr. l. prob. nec. narrandi conscientia non desit*. Sensus hic erit. Quum fides propositi me moneat excellentissima quaeque complecti, quam invita voluntas tamen operi cedit, dum quandoquidem praeclara libenter probo referendo, etiam non desiit conscientia narrandi necessaria. id est mala exempla. superiora hujus particulae recte restituit Vorstius; sed minime intellexit. Videtur prorsus legendum *voluntas operi cedat, dum praeclara probandi, necessaria narrandi conscientia non desit.* vel etiam, *dum praeclara probando, necessaria narrandi gloria non desit*. PERIZON. Leid. quint. Ultraj. prim. *probandi*. Leid. sec. *narrando*. Ceteri ut editur; neque necesse est quidquam mutari.

32. *Tres maximas victorias totidem amicorum injustis caedibus victor edididit*] In Susiano, *injustis caedibus deturpavit*. In Pulmanniano, *Inju-*

ingrediens annum, [29] sed alita miseriis reip. impotentia furens. Igitur in dubio est, Sullane prior, an iracundia Sullae sit extincta.

Externa.

[30] Neque ab ignotis exempla petere juvat, & maximis viris exprobrare vitia sua verecundiae est. Ceterum cum propositi fides excellentissima quaeque complecti moneat, [31] voluntas operi cedat; dum praeclara libenter probando, necessaria narrandi conscientia non desit.

Alexandrum iracundia sua propemodum coelo deripuit. Nam quid obstitit, quo minus illuc assurgeret, nisi Lysimachus leoni objectus, & Clytus hasta trajectus, & Callisthenes mori jussus? quia [32] tres maximas victorias totidem amicorum injustis caedibus victor perdidit. I. Curtius VIII. Arrian. IV. Plut. in vita. Sen. de ira III. 8 Curt. III. 12. 2.

Quam vehemens deinde adversus populum Romanum [33] Amilcaris odium!

justis caedibus victori reddidit. Sed legendum puto, *Victor perdidit.* PIGH. Liber Dan. *Edidit.* alius manuscript. *Deturpavit.* COLER. *Tres maximas victorias totidem amicorum injustis caedibus victor perdidit.* Aldus & alii ediderant *victor edidit.* Verum Pighius scribendum putavit *victor perdidit,* Idem in cod. Susiano reperit *injustis caedibus deturpavit:* quod & Colerus in aliquo cod. MS. observavit. Et sane *victor* otiosum hic, & in cod. isto recte omissum videtur. *Turpare* autem & *deturpare* Virgilio quoque, Plinio & aliis usurpata vocabula. VORST. Haec insiticia videntur. GUYET. *Quia tres maximas victorias totidem amicorum caedibus victor perdidit.* Corruptus manifeste locus. Pighius ita ex conjectura legit. omnes ceteroquin codd. habent *edidit.* sic & antt. Edd. & MS. Copes. forte legendum iisdem fere literis. *quia tres max. vict. tot. am. inj. caed. victo reddidit,* id est, omnem gloriam, quam ex victoriis ceperat, his caedibus quasi amisit, & quasi non contigissent victo hosti eas reddidit, dum gloriam suam plane pessundedit. sic *Tradere victoriam* VII. 3. 6. & VII. 4. 4. Ext. Flor. II. 10. *Cum sanguine & spiritu male partam revomuere victoriam.* PERIZON. In margine codicis suis adscripserat Vir. Cl. *Tres maximas victorias* i. e. gloriam ex victoriis partam. sic Virg. Lib. XI. Aeneid. 268.

——— devictam Asiam subsedit adulter.

i. e. gloriam devictae Asiae. Vide Gronov. Lib. I. Obs. 17. sic Althaea Meleagro apud Ovid. Lib. VIII. Metam. 504.

Bisque datam primum partu, mox stipite rapto

Et apud Manil. Lib. V.

Reddentemque tuae per mortem munera matri.

vitam nempe acceperat a matre, eamque deponens reddit matri. Seneca Lib. I. de Ira 16. *Redditurus Pisoni innocentiam; nam militi fortuna reddiderat.* Sic *Tradere victoriam* VII. 3. 6. & Florus. Liv. L. XXIV. 17. *Quo minus accepta ad Cannas redderetur hosti clades.* & Lib. XXVII. 49. *Redditaque aequa Cannensi clades.* sic *tradi alicui aliquid* dicitur, quod tamen is non accipit, sed tradens perdit. Sal. Bel. Jug. 31. *Leges, majestas vestra, divina & humana omnia hostibus tradita sunt.* I. Hist. *Alterum consulatum petis, qui primum reddideris.* i. e. deposueris recte & ordine. Vide omnino Plin. XXII. 6. de Sulla. *Redde Remp.* de Augusto Sueton. 28. Haec V. Cl. MSS. nostri *Edidit* cum Susiano consentit Paris. prim. sec. omittit *victor.* Placet *victo reddidit.* noster tamen Lib. VIII. 1. 7. *Victoriamque in ipsa victoria perdidit.* Porro observat Rupertus errare Valerium, quia Lysimachus leoni objectus feram exanimavit, nisi Valerius cogitatum scelus pro perfecto sumpserit.

33. *Amilcaris odium*] De dicto tacent, sed de odio scribunt Polyb. Lib. III. Livius XXI. CORRAD. *Quam vehemens deinde adversus P. R. Amilcaris odium.* Malim sane *quam vehemens denique adv.* & saepius haec invicem mu-

Nep. in vita. odium! Quatuor enim puerilis aetatis filios intuens, ejusdem numeri catulos leoninos, in perniciem imperii nostri alere se praedicabat. Digna nutrimenta, quae in exitium patriae suae, ut evenit, converterentur.

3. Ann. urb. 516. circiter. Polyb. II. Liv. XXI. & XXXV. Nepos in vita. E quibus Annibal mature adeo patris vestigia subsecutus est, ut eo exercitum in Hispaniam trajecturo, & ob id sacrificante, [34] novem annorum natu, altaria tenens juraret, *se*, [35] *cum primum per aetatem potuisset, acerrimum hostem populi Rom. futurum;* ut pertinacissimis precibus instantis belli commilitium exprimeret. Idem significare cupiens quanto inter se odio Carthago & Roma dissiderent, inflicto in terram pede, suscitatoque pulvere, *tunc inter eas fore finem belli* dixit, [36] *cum alterutra urbs in habitum pulveris esset redacta.*

4. [37] In puerili pectore tantum vis odii potuit: [38] sed in muliebri quoque aeque multum valuit. namque Semiramis Assyriorum regina, cum ei circa cultum [39] capitis sui occupatae nuntiatum esset, [40] Babylonem defecisse, altera parte crinium adhuc soluta, protinus ad eam expugnandam cucurrit: nec prius [41] decorem capillorum in ordinem, quam tantam urbem in potestatem suam redegit. Quocirca statua ejus Babylone posita est illo habitu, quo ad ultionem exigendam celeritate praecipiti tetendit.

mutata vidi. PERIZON. Supra tamen Vir Cl. probavit *deinde* Lib. III. 2. 10. in fine pro *converterentur* MSS. tres *converteret*.

34. *Novem annorum natu*] Sic restituit Pighius, & habent nostri MSS. cum Mog. Sed Mediol. *Octo annorum natu.* Reliqui ediderunt *octo annorum natus.*

35. *Cum primum per aetatem potuisset*] *Potuisset* pro *posset*. Sic *operatus esset* pro *operanetur* supra VIII. 7. 4. Vide & Notas ad h. l. VORST.

36. *Cum alterutra urbs*] Harl. uterque Paris. Barb. prim. *Alterutra pars.* ut legebatur ante Pighium. Sed in reliquis MSS. & Ed. Mog. est *alterutra urbs.* quod multo sane est melius.

37. *In puerili pectore tantum vis odii potuit*] Miror quod Pighius & hunc secuti Colerus & Thysius ediderunt *non tantum.* Sane vocula negans locum hic non habet: recteque à codd. Brand. & antiquioribus typis expressis abest. VORST. Abest & ab omnibus nostris. Leid. sec. *In puerili pectore.*

38. *Sed in muliebri quoque*] Sic omnes typis expressi praeter Mog. quae cum MSS. undecim habet, *sed in mulieribus quoque.*

39. *Capitis sui*] *Sui* addidit Pighius; probant MSS. & Mog.

40. *Babylonem defecisse*] Plerique MSS. Mog. Mediol. *Babyloniam*, & postea *Babyloniae.* adscripsit Perizonius, sic *Lacedaemoniam* supra in cap de Industria. Pro *cucurrit*, Paris. sec. *occurrit.*

41. *Decorem capillorum*] Gryph. Stephan. *Decorum capillorum.* contra MSS. & genium Latini sermonis.

CA-

CAPUT IV.

DE AVARITIA.

1. *M. Crassi & Q. Hortensii.*
2. *Q. Cassii Longini propr.*
3. *L. Septimuleji.*

EXTERNI.

1. *Ptolemaei Cypriorum regis.*

[1] Protrahatur etiam avaritia, latentium indagatrix lucrorum, manifestae praedae avidissima vorago; nec habendi fructu felix, & cupiditate quaerendi miserrima.

Cum admodum locupleti L. Minucio Basilo falsum testamentum quidam in Graecia subjecisset, [2] ejusdemque confirmandi gratia, potentissimos civitatis nostrae viros M. Crassum & Q. Hortensium, quibus Minucius ignotus fuerat, tabulis heredes inseruisset, quanquam evidens fraus erat, tamen uterque pecuniae cupidus, facinoris alieni munus non repudiavit. Quantam culpam [3] quam leviter retuli! Lumina curiae, ornamenta fori, [4] quod scelus vindicare debebant, inhonesti lucri captura invitati, auctoritatibus suis texerunt. 1. Cic. Offic. III.

Ve-

1. *Protrahatur etiam in medium avaritia*] Verba *in medium*, quinque exemplaria non habent: Quapropter assuta videntur ex aliquo glossemate, cum salva sententia abesse possint. PIGH. *Protrahantur etiam avaritia.* Aldus ediderat, *Protrah. etiam in medium avar.* At Pighius cum *in medium* in quinque codd. non repérisset, expungendum id putavit; praesertim cum salva sententia abesse possit. Codicum Brand. unus habet, alter non habet. VORST. *In medium* habent, Ultraj. prim. Leid. prim. & sec. ceteri ignorant cum Mog.

2. *Ejus denique confirmandi gratia*] Praefero scriptam lectionem: *ejusdemque.* LIPS. *Ejusdemque confirmandi gratia.* Cum in editione Pighii errore, credo, operarum typographicarum expressum esset *ejus denique conf. gr.* Colerus & Thysius perperam id retinuerunt. Veteres typis expressi recte *ejusdemque.* Nec aliter in codd. Brand. est. VORST. *Ejus denique confirmandi gratia M. Crassum & Q. Hortensium haeredes tabulis inseruerunt. Quamquam evidens fraus erat, tamen uterque facinoris alieni munus non repudiavit.* Iterum hic librarii ex una duas periodos fecerunt. quum tamen Valerius in narrationibus semper fere uno verborum contextu plurima enunciet, manifesto patet legendum esse ex cod. MSto. *cum L. Min. Bas. fal. test. quidam subjecisset, ejusdemque* (MS. *ejusdem*, lego omnino *ejusdemque* cum antiquis Edd. & Vorstio & Lipsio; ex quo etiam constat aperte de veritate hujus emendationis) *conf. gr. M. C. e. Q. H. tabulis haeredes inseruisset*, sive ut MS. habet *inscripsisset, tamen uterque.* superflua plane esset copula, nisi legas *inseruisset* vel *inseruissent.* Nam in eo non multum vertitur, sive cum antt. Edd. legas in plurali numero *subjecissent*, sive cum hoc in singulari. PERIZON. *Ejusdemque, subjecisset, & inseruisset* confirmant MSS. & Edd. ante Pighium. *Inscripsisset* Leid. sext. Itaque tempus erat, ut antiqua lectio revocaretur.

3. *Quam leviter retuli*] Lego cum Sarisberiensi: *Quam leniter retuli.* Clara sententia. COLER. *Quantam culpam quam leniter retuli!* Recte monuit Colerus, legendum esse *leniter.* Estque ita & apud Joh. Saresberiensem, ubi is hunc locum citat; & in utroque cod. Brand. Aldus ediderat *leviter.* Quem Pighius & [illegible]

sunt

2. Ann. urb. 705. Hirt. de Bello Alexand. Verum aliquanto majores vires in Q. Cassio exhibuit; qui [5] in Hispania M. Silium & A. Calpurnium occidendi sui gratia cum pugionibus deprehensos, quinquagies sestertium ab illo, ab hoc sexagies pactus dimisit. [6] At quis dubitet, si alterum tantum daretur, jugulum quoque suum aequo animo illis fuisse praebiturum.

3. Ann. urb. 632. Cic. de Or. II. Plut. in vita. Ceterum [7] avaritia ante omnes L. Septimuleji praecordia possedit: qui, cum C. Gracchi familiaris fuisset, [8] caput ejus abscidere, & per Urbem pilo fixum ferre sustinuit; quia Opimius consul auro id se repensurum edixerat. [9] Sunt qui tradant, liquato plumbo eum cavatam partem capitis, quo ponderosius esset, explesse. Fuerit ille seditiosus, bono perierit exemplo: clientis tamen scelesta fames in has usque jacentis injurias esurire non debuit.

Externis.

[10] Odium merita Septimuleji avaritia; Ptolemaei autem regis Cypriorum,

sunt secuti. VORST. *Leviter* servant MSS.

4. *Quod scelus vindicare debebant*] Ultraj. prim. *Quod scelus ipsi vindicare.* Leid. quint. *Qui scelus vindicare debebant.* Deinde Cop. *Inhonesti lucri captura irritati.* Quod Perizonio a librariis non ortum videbatur, ut *irritati* hic sit *incitati.*

5. *In Hispania Silium*] *Q. Sextium* vocat Hirtius. & de numero HS. dissentit. CORRAD. *Qui in Hispania Silium & A. Calpurnium.* Veteres libri habent praenomina in vulgatis omissa, *M. Silium*, *A. Calpurnium.* Hirtius de bello Alexandrino *Q. Sextium* suggerit pro *M. Silio.* PIGH. Plerique MSS. *in Hispaniam Sillium & Calphurnium* Sed in nonnullis *m* in *Hispaniam* expunctum est.

6. *At quis dubitet*] In Atrebatensi melius, *Atqui ne dubites.* PIGH. *Atqui ne dubites.* Ita Pighius ex cod. Atrebatensi rescribendum putavit. Aldus & Chalcoc. ediderant: *At quis dubites.* Martinus autem Herbip. *At quin dubites.* Unus cod. Brand. *Atqui dubites.* Alter, *An dubites.* Quae quidem lectio omnium videtur optima. Per interrogationem *An dubites* significare vult, non dubitandum esse, si alterum tantum datum fuisset. Q. Cassium jugulum quoque suum praebiturum fuisse. VORST. Barb. *At hunc dubites.* Unde Modius Ep. 128. levi mutatione, *An hunc dubites* quod probo. GUDIUS. MSS. Varie. *At quis dubitet, ac qui dubites, atquin dubitet, at hunc dubitas, at quid dubites.* E quibus aliud procul dubio aliis placebit: cum *At quis dubitet*, *At hunc dubitas*, *At quid dubites*, singula videantur posse habere locum potius, quam id quod dedit Pighius: quare *at quis dubitet* restitui, quod antea legebatur.

7. *Avaritia*] Suspecta vox & intelligenda ut in superiori exemplo ex initio hujus capitis. PERIZON.

8. *Caput ejus abscidere*] Ita legendum sine dubio. Et habet ita uterque cod. Brand. Aldus edidit *abscindere.* Quem miror Pighium & alios esse secutos. Sane alibi ubi Aldus *abscissum* edidit, Pighius recte maluit *abscisum.* De ipso verbo vide sup. Notas ad I. I. 18. VORST. *Abscidere* etiam aliquot e nostris.

9. *Sunt qui tradunt*] Copes. & sex alii, *sunt qui tradant.* recte. sic etiam Mog.

10. *Odio merito Septimuleji avaritia*] Legendum puto, sicut est in Campensi, Susiano, Atrebatensi, & Cauchiano, *Odium merita est Septimuleji avaritia.* PIGH. *Odium merita Septimuleji avaritia.* Aldus ediderat, *Odio merito*; ut ex seqq. subaudiatur *prosequenda.* At Pighius ex aliquot codd. rescripsit *odium merita est.* Habent ita & Brandeburgenses; nisi quod *est* omittunt; idque eleganter plane. VORST. *Odium merita Septimuleji avaritia*, deleto *est*, etiam MSS. nostri exhibent., ut

rum, risu prosequenda. Nam cum anxiis sordibus magnas [11] opes corripuisset, propterque eas periturum se videret; & ideo omni pecunia imposita navibus, in altum processisset, ut classe perforata suo arbitrio periret, & hostes praeda carerent: non sustinuit mergere aurum, & argentum; sed futurum suae necis praemium domum revexit. Proculdubio hic [12] non possedit divitias, sed à divitiis possessus est: titulo rex insulae, [13] animo pecuniae miserabile mancipium.

ut & Mog. Ven. Mediol. Ascens.

11. *Opes corripuisset*] Placet Modii emendatio: *Corruisset*. COLER. Non favent MSS. qui etiam supra Lib. IV. 8. Ext. 2. *Quam in corripienda pecunia occupatus*, magno numero exhibuerunt, & optime hoc verbum aviditatem denotat. Adscripsit Perizonius, Male Colerus & Modius, *corruisset*.

12. *Non possedit divitias, sed a divitiis possessus est*] Vide J. Fr. Gronov. L. III. Obs. 12. PERIZON.

13. *Animo pecuniae*] Barb. prim. *Animo autem pecuniae*, ut vulgo ante Pighium, praeterquam in Mog. & MSS.

CAPUT V.

DE SUPERBIA ET IMPOTENTIA.

1. *M. Fulvii Flacci Cos.*
2. *M. Livii Drusi trib. plebis.*
3. *Cn. Pompeji Magni Cos.* 3.
4. *M. Antonii III viri.*

EXTERNORUM.

1. *Alexandri Magni.*
2. *Xerxis Persarum regis.*
3. *Annibalis Poeni.*
4. *Carthaginiensis & Campani senatus.*

Atque ut superbia quoque & impotentia in conspicuo [1] ponantur [2] M. Fulvius Flaccus consul, M. Plautii Hypsaei collega, cum perniciosissimas reipublicae leges introduceret, de civitate danda, & de provocatione ad populum, eorum, qui civitatem mutare voluissent, aegre compulsus est ut in Curiam veniret. Deinde partim monenti, partim oranti senatui ut incepto desisteret, responsum non dedit. Tyrannici consul spiritus haberetur, si adversus unum senatorem [3] hoc modo se gessisset, quo Flaccus in totius amplissimi ordinis contemnenda majestate versatus est. 1. Ann. urb. 628. App. Civil. 1. Usser. Ann. 3946.

[4] Quae à M. quoque Druso trib. plebis per summam contumeliam vexata 2.

1. *Ponantur*] Aliquot MSS. *ponatur*. item *voluissent*.

2. *M. Fulvius Flaccus Consul M. Plautii Hypsaei collega*] Horum consulum meminit & Oros. L. V. 11. PERIZON.

3. *Hoc modo se gessisset*] Copes. *se egisset*. De quo saepius supradictum.

4. *Quae à M. quoque Druso trib. plebis per summam contumeliam vexata est*] Harl. Bit. prim. Leid. quart. & quint. Ultraj. *Quae amentia M. quoque Drusum &c. vexavit.* Sed tres posteriores pro *Druso*, *Bruto* habent.

5. *Parum enim habuit L. Philippum cos. quia se*

Ann. urb. 662. Livius LXVI. Flor. III. 17. Vell. & alii.

ta est. [5] Parvi [6] enim habuit L. Philippum consulem, quia interfari concionantem ausus fuerat, obtorta gula, & quidem non per viatorem, sed per clientem suum, adeo violenter in carcerem praecipitem egisse, ut multus à naribus ejus cruor profunderetur: verum etiam, cum senatus ad eum misisset, ut in curiam veniret: *Quare non potius*, inquit, *ipse* [7] *in Hostiliam propinquam Rostris, id est, ad me venit?* Piget adjicere quod sequitur. Tribunus senatus imperium despexit: senatus tribuni verbis paruit.

3. Ann. urb. 701. Cic. pro Flac. Plut. in vita. Dion. XL. Paed. in Mil.

Cn. autem Pompejus [8] quam insolenter! qui balneo egressus, [9] ante pedes suos prostratum Hypsaeum ambitus reum, & nobilem virum, & sibi amicum jacentem reliquit, contumeliosa voce proculcatum. *Nihil* enim *eum aliud agere, quam ut convivium suum moraretur*, respondit. Et hujus dicti conscius, [10] securus animo cenare potuit. Ille vero etiam in foro non erubuit [11] P. Scipionem socerum suum legibus noxium, quas ipse tule-

se interpellare concionantem ausus fuerat] Magis placet Wincheliana atque aliorum codicum lectio, *Parvi enim habuit L. Philippum cos. quia interfari concionantem ausus fuerat.* Sic Livius XXXVI. *Quos dicere exorsos consul interfatus. Item Plinius* epist. XXIII. *Et quem interfari nefas esset.* PIGH. In paucis est *interpellare.*

6. *Parvi enim habuit*] Ita scriptum reperit Pighius in Wincheliano aliisque codd. Aldus ediderat *Parum enim habuit.* Lectionem alteram sequuntur & codices Brand. VORST. *Parum habuit* notatum video e solo Barb. prim. Sall. Jug. 34. tamen, *haec talia facinora impune suscepisse parum habuere*; ubi plura exempla adduxit doctissimus Cortius, quibus liqueat, illud pro *non sufficit*, vel, quod alioquin dicunt *non satis habuit*, accipi. Qui sensus hic maxime requiritur.

7. *In Hostiliam propinquam rostris ad me venit*] Vocem libri interserunt, *rostris idem ad me.* Lego, *id est, ad me.* Quo modo vocis ejus superbae indignitas magis eluceat. LIPS. *Ad me venit.* Liber Danielis: *Quare non potius inquit ipse in Hostiliam propinquam, id est, ad me venit.* Caeco liqueat illa verba, *id est, ad me venit* esse glossam. Simili fronte fuit, qui illum Ciceronis locum contaminavit libro quinto Tusculanarum: *Qui enim est omnium, qui modo cum Musis, id est, cum humanitate & doctrina habeat aliquod commercium.* COLER. *Quare non potius, inquit, ipse in Hostiliam propinquam Rostris, id est, ad me venit.* Ita codices Brandeb. nisi quod praeterea & *curiam* adjectum habent hoc modo *Hostiliam curiam propinquam Rostris.* Nec multum discrepat codex P. Danielis, ut Colerus testatur. Sed putat ille voces, *id est, ad me venit*, glossam esse: ideoque & expungit. *Ad me* omnes veteres typis expressi habent: quique Martini Herbip. cura editus est, etiam *id est.* Lipsius vero cum in veteribus libris reperisset *rostris idem ad me*, sola conjectura assecutus est, pro *idem* legendum esse *id est*: putatque superbae vocis Drusi indignitatem hac ratione magis elucere. Porro & *curiam*, quod in codd. Brandeb. legi diximus, in veteribus typis expressis Chalcoc. & Mart. Herbip. itidem apparet. Sane & Livius *curiae Hostiliae* mentionem facit, ipsumque nomen *curiae* diserte adjicit. Ut VI. 55. *Cum senatus post paulo de his rebus in curia Hostilia haberetur.* Et XXII. 25. *Praetores senatum in curiam Hostiliam vocaverunt.* Si Valerius *curiam* omiserit, ideo id fecerit, quod ipsum jam praecesserat. VORST. *In Hostiliam curiam* MSS. octo & Mog. tum sex & Mog. *id est ad me.* Ultraj. prim. *adest.* Bit. prim. *Idem ad me.* Sed pro *profunderetur* paulo ante nonnulli MSS. cum vulgatis ante Pighium *perfunderetur.*

8. *Quam insolenter*] Vulgo addebatur *egit:* quod bene expunxit Pighius, jubentibus etiam nostris omnibus. Damnavit etiam Perizon. ad Lib. VII. 2. Ext. 2.

9. *Ante pedes suos prostratum Hypsaeum*] Hypsaeus ille in caussa Pompeji valde labora-

tulerat, [11] in maxima quidem reorum & illuſtrium ruina, muneris loco à judicibus depoſcere, [13] maritalis lecti blanditiis ſtatum reipublicae temperando.

Tetrum facto pariter ac dicto M. Antonii convivium. Nam cum ad eum triumvirum Caeſetii Rufi ſenatoris caput allatum eſſet, [14] averſantibus id ceteris, propius admoveri juſſit, ac diu diligenterque conſideravit. Cunctis deinde expectantibus quidnam eſſet dicturus: *Hunc ego*, inquit, *notum non habui.* Superba de ſenatore, impotens de occiſo confeſſio. 4. Ann. urb. 701. App. Civil. IV.

EXTERNA.

Satis multa de noſtris: aliena nunc adjiciantur. Alexandri regis virtus & felicitas tribus inſolentiae gradibus exultavit evidentiſſimis. Faſtidio enim Philippi, Jovem Hammonem patrem aſcivit: taedio morum & cultus Macedonici, [15] veſtem & inſtituta Perſica aſſumpſit: ſpreto mortali habitu, [16] di- 1. Curtius. Arrianus. Plut. in vita.

ravit, ut ex epiſtolis Ciceronis ad Lentulum apparet. VORST.

10. *Securus animo coenare potuit*] MSS. duodecim *ſecuro animo*; non debuerat mutaſſe Pighius, qui recte paulo ante, *Nihil enim eum aliud agere*, cum antea omitteretur pronomen *eum*, ſed non in MSS. aut Mog.

11. *P. Scipionem ſocerum ſuum*] Pompejus primo filiam Caeſaris Juliam in matrimonio habuit. Qua defuncta, ante biennium quam ipſe extingueretur, filiam Scipionis, viri conſularis, nomine Corneliam, matrimonio ſibi junxit. Vide Vell. Paterculum II. 55. 2. VORST.

12. *In maxima quidem reorum*] Sic Pighius, & MSS. vulgo *in maxima quoque reorum.*

13. *Maritalis lecti blanditiis ſtatum Reip. temperando*] Ferri forſitan poſſet, ſi dixiſſet *Remp. temperando*, id eſt, regendo. Nunc equidem malim *temerando*, id eſt corrumpendo & violando. Vide Heinſ. ad Vellej. PERIZON.

14. *Averſantibus id ceteris*] MSS. ſex *Adverſantibus.* Ultraj. prim. *Averſantibus ceteris.* Tum tres, *cunctiſque denique exſpectantibus*; duo alii *cunctis denique*,

15. *Veſtem & inſtituta Perſica aſſumpſit: ſpreto mortali habitu divinum aemulatus eſt*] Verbi aliquid occultioris hic delitere docent libri, qui valde titubant. Quidam, *divinum aucupatus eſt.* alii, *divinum caput aemulatus.* & qui propius ad verum, *caput latus eſt.* Credam fuiſſe, *divinum captatus eſt.* pro captavit. Crebrum valde hoc genus antiquis: & infra, cap. 8. ubi vulgo, *Itaque exiguo momento maximae rei caſus fluctuavit:* libri mei tres, *fluctuatus eſt* LIPS. *Inſtituta Perſica*] Libro ſeptimo. capite ſecundo, ait Valerius *Perſica Macedonum ſalutatione gaviſum Alexandrum.* quod de ſolenni illa Perſarum δωρεὰς intelligo. Eo more & Numidas Regulos ſuos ſalutaſſe, conſtat ex Tertulliani Apolog. Soliti autem Perſae in ſalutatione munera Regibus ferre. qualia ea fuerint notum eſt vel ex Hiſtoria Chriſti, Salvatoris noſtri, aurum ſcilicet, thus & myrrha. Aurum praecipue, unde & *aurum Regium* dictum à Prudentio, in Hymno Epiphaniae:

Stratique votis offerunt
Thus myrrham & aurum Regium.

Divinum aemulatus eſt Edit. Venet. *Divinum caput aemulatus eſt.* COLER. Perſica iſta ſalutatio nihil aliud fuit, quam quod προσκυνεῖν Graeci vocant, ut nempe corpore humi proſtrato Regem venerarentur. Liquet vel ex ſolo Curtio Lib. VIII. 5.

16. *Divinum caput aemulatus eſt*] Dictio *caput*, in Wincheliano non habetur: Et quidem contaminatus eſt locus. In Campenſi, Pulmanniano, & Atrebatenſi, *Divinum caput latus*, ſcribitur. In Suſiano autem, *Divinum aucupatus eſt.* Quae ſane lectio non adeo contemnenda videtur. PIGH. *Divinum aemulatus eſt.* Habitum puta. Aldus & Chalcocondyles ediderant *divinum caput aemulatus eſt.*

Sed

[16] divinum aemulatus est. Nec fuit ei pudori, filium, civem, hominem dissimulare.

2. Herod VII. Justin. II. [17] Jam Xerxes, cujus in nomine superbia & impotentia habitat, suo jure quam insolenter usus est, quum Graeciae indicturus bellum, adhibitis Asiae principibus, *Ne viderer*, inquit, *meo tantummodo usus consilio, vos contraxi. Ceterum mementote* [18] *parendum magis vobis esse, quam suadendum.* Arroganter, etiamsi victori repetere ei regiam contigisset: [19] tam deformiter victi nescias utrum insolentius dictum, an impudentius.

3. Ann. urb. 537. Annibal autem Cannensis pugnae successu elatus, nec admisit quemquam civium suorum in castris, [20] nec responsum ulli, nisi per interpretem dedit. [21] Maharbalem etiam ante tabernaculum suum clara voce affirmantem,

Sed Pighius *caput* expunxit, quod à cod. aliquo id abesse observasset. Abest quoque ab uno cod. Brand. Alter cod. Brand. habet *divinum caput latus est:* quod idem in tribus codd. & Pighius observavit. Unde conjecturam fecit Lipsius legendum esse *divinum captatus est:* ut *captatus est* sit pro *captavit*, quomodo supra *fluctuatus est* pro *fluctuavit*. Ceterum notandum & hoc est, in cod. Susiano, ut Pighius testatur, scriptum esse *divinum aucupatus est*. Quae quidem lectio Pighio nec contemnenda videtur. Notetur denique, veterem typis expressum Mart. Herbip. habere *divinum capere conatus est*. VORST. Nostri Leid. prim. *Divinum caput latus est.* sec. *Divinum aucupatus caput latus est.* Ultraj. sec. *Divinum capere aemulatus est.* Barb. prim. *Divinum caput latus al' aucupatus est.* Paris. prim. *Divinum aucupatus est*, & in margine, *Divinum capere conatus est.* Ceteri, *divinum aemulatus est:* quod satis bene habet. Quamvis *aucupatus est*, quoque non damnem. in excerptis Duac. additur. lego, *divinum capite aucupatus est*, vel *aemulatus est*.

17. *Jam Xerxes, in cujus nomine superbia & impotentia habitat, suo jure quam insolenter abusus est, cum Graeciae, &c.*] Absunt à meo libro illa, *abusus est;* me judice, merito. Scribo & distinguo: *superbia & impotentia habitat suo jure, quam insolenter? quod Graeciae, &c.* Ita enim vetus, non *cum Graeciae*. Tu vide LIPS. Omnes MSS. *tam insolenter usus est*, & sic Mog. Ven. Mediol. Ascens. Sed Aldus & reliqui *quam insolenter usus est*, quod postremum Pighius mutavit in *abusus est*. conjiciebat Cl. Perizonius *suo jure tamen insolenter usus est.* ut IX. 12. Ext. 5. *Aliquando tamen una sententia victor.* Pro *quum Graeciae*, nonnulli *Quod Graeciae.* Equidem *abusus est*, diutius ferendum non putavi.

18. *Parendum magis vobis esse*] Sic MSS. & Mog. restituit Pighius verbum substantivum quod vulgo omittebatur.

19. *Tam deformiter victi nescias utrum insolentius dictum an impudentius*] Puto legendum esse, *an imprudentius.* Dicit enim auctor, cum vero postea tam deformiter sit victus nescias, utrum illud insolentius ab eo sit dictum ebrio fortunae splendore, an imprudentius, quod casus humanos non reputaret animo. Nam *impudentia* fere est *insolentia*, nec in tantum differunt. mallem etiam *victo*, id est, *eo tam deformiter victo*, cum tam deformiter victus sit. non enim jam victi hoc fuit dictum. Sed quia victus est nescias. Potest tamen etiam retineri *victi*, hoc sensu, hominis, qui postea tam deformiter victus est, nescias utrum insolentius sit illud dictum an imprudentius. Praecedit tamen *arroganter*, & omittitur verbum substantivum, unde credibilius est, dictum esse participium vel verbum, & subintelligendum esse *fuerit.* sic II. 9. I. promiscue *impudenter* & *imprudenter.* infra IX. II. ext. *Mithridates multo sceleratius* scil. fecit. PERIZON. Etiam Guyeto in mentem venerat fortasse, *Imprudentius* legendum esse.

20. *Nec responsum ullum*] Polybius lib. V. & Livius Lib. XII. Plut. in vit. de hac Annibalis superbia tacent. CORRAD.

21. *Maharbalem*] Copes. *Aberbalem.* Harl. *Aderbalem.* Barb. prim. Leid. tert. *Adherbalem.* Nonnulli *Maherbalem.* Confer notas virorum doctorum ad Flor. Lib. II. 6. 19.

22. *Quonam modo paucis diebus in Capitolio co-*

tem, *prospexisse se* [22] *quonam modo paucis diebus Romae in Capitolio cenaret*, aspernatus est. Adeo felicitatis & moderationis dividuum contubernium est. Polyb. III. Livius XXII.

Insolentiae vero inter Carthaginiensem & Campanum senatum quasi aemulatio fuit. Ille enim separato à plebe balneo lavabatur: hic [23] diverso foro utebatur. Quem morem Capuae aliquandiu retentum, C. quoque Gracchi oratione in Plautium scripta patet. 4.

coenaret] MS. *paucis inde diebus.* id est ex eo tempore. non male, nisi malis *paucis in diebus.* PERIZON. *Paucis inde diebus* est etiam in Leid. sext.

23. *Diverso foro utebatur*] *Eodem foro utebatur principatus & libertas.* Plin. in Paneg. Arbitror autem forum judiciorum intelligi. PERIZON. cap. 36.

CAPUT VI.

DE PERFIDIA.

1. *T. Tatii Sabinorum regis.*
2. *Ser. Sulpicii Galbae pr.*
3. *Cn. Domitii Ahenobarbi procos.*
4. *Q. Servilii Caepionis Cos.*

EXTERNORUM.

1. *Carthaginiensium.*
2. *Annibalis Poeni.*

Occultum jam, & insidiosum malum perfidia, latebris suis extrahatur. Cujus efficacissimae vires sunt mentiri, ac fallere: fructus in aliquo admisso scelere consistit: tum certus, cum [1] credulitatem nefariis vinculis circumdedit: tantum incommodi humano generi afferens, quantum salutis bona fides praestat. Habeat igitur non minus reprehensionis, quam illa laudis consequitur.

Romulo regnante [2] Sp. Tarpejus arci praeerat. Cujus filiam virginem aquam 1.

1. *Crudelitatem*] Nihil video, quid crudelitati cum perfidia lego itaque transposita literula: *Credulitatem.* COLER. *Cum credulitatem nefariis vinculis circumdedit.* Recte rescripsisse videtur Colerus *credulitatem*; licet codices tam MSS. quam typis expressi haberent *crudelitatem.* Quid enim *crudelitati* cum *perfidia*; ut haec illam vinculis circumdare dicatur? VORST. Etiam Perizonio *credulitatem* legendum videbatur. De MSS. nihil adfirmo, nam omissum est notari de Gudianis: ex nostris multi saltem *crudelitatem* retinent, sed procul dubio male.

2. *Sp. Tarpejus*] Legendus Livius, Dionysius, Plutarchus. Servius Danielis ad VIII. Aeneid. *Tarpeja sedes dicta est à Tarpeja virgine. Cum enim Romulus contra Sabinos bella tractaret & Tarpejo cuidam dedisset arcem tuendam, filia ejus Tarpeja aquatum profecta in hostes incidit: quam cum hortarentur ad proditionem arcis, illa pro praemio poposcit ornatum manuum sinistrarum, id est, armillas Facta itaque arcis proditione hostes ingeniosa morte promissa solverunt. Nam scuta, id est, sinistrarum manuum ornatum super illam jacentes, eam vita privarunt: quae illic sepulta Tarpejae sedi nomen imposuit* PIGH.

3 *Perinde quasi promissum, quod ea quoque laevis gestaverant, solvens*] In uno cod. Brand. est *proinde quasi:* quomodo in Nepote & alibi

Ann. urb. 105. circiter. Livius 1. Dionys. 11. Plut. Romulo & alii.

aquam sacris petitum extra moenia egressam, Tatius, ut armatos Sabinos in arcem secum reciperet, corrupit, mercedis nomine pactam, quae in sinistris manibus gerebant. Erant autem his armillae, & annuli magno ex pondere auri. Loco potitum agmen Sabinorum, puellam praemium flagitantem, armis obrutam necavit, [3] perinde quasi promissum, [4] quod ea quoque laevis gestaverant, solverit. Absit reprehensio: quia impia proditio celeri poena vindicata est.

2\. Ann. urb. 602. Suet. in Galb. 3. Oros. IV. 21.

Ser. quoque Galba summae perfidiae, trium enim Lusitaniae civitatum convocato populo, tanquam de commodis ejus acturus, [5] septem millia, in quibus flos juventutis consistebat, electa, & armis exuta, partim trucidavit, partim vendidit. [6] Quo facinore maximam cladem barbarorum, magnitudine criminis antecessit.

3\. Ann. urb. 632. Eutrop. Oros. v. 13. aliter. Scalig. ad Euseb. n. 1890.

[7] Cn. autem Domitium summi generis, & magni animi virum, nimiae gloriae cupiditas perfidum existere coëgit. [8] Iratus namque Bituito regi Arvernorum, quod cum suam, tum etiam Allobrogum gentem, se etiam tum in provincia morante, ad Q. Fabii successoris sui dexteram confugere

bi legitur *proinde ac* pro *perinde ac.* Pro *solvens* codd. Brand. & veteres typis expressi habent *solvit.* VORST. *Proinde quasi promissum, quod ea quoque laevis gestaverant, solvens.* MS. *solvit.* sic & Brand. uterque & vett. edd. scripsit Valerius *solverit.* quod facile in *solvit* transire potuit, scriptura concisa ducta per *v* lineola. Idem codex habet *gestaverat*, etiam illud recte, quamvis neque *gestaverant* improbem. PERIZON. Etiam nostri MSS. fere omnes *solvit*, pro *solverit*, ut est in Leid. sext. & optime huc quadrat. *Proinde* unus Barb.

4\. *Quod ea quae laevis gestaverant*] In manuscriptis: *Quod ea quoque laevis gestaverant, solvens.* Recte, per parenthesin. PIGH. *Quoque* etiam MSS. nostri.

5\. *Septem millia*] MSS. *novem.* Mog. Mediol. Ascens. *Octo millia.* Leid. quint. *Centum octo millia.* sext. cum Copes. *sex millia.* Ven. Ald. & reliqui usque ad Pighium, *Novem millia.* ille *septem millia* dedit & eum secuti. Vide Casaub. ad Suet. in Galba cap. 3.

6\. *Quo facinore maximam cladem barbarorum magnitudine criminis antecessit*] Sensus est licet maxima clades fuerit barbarorum tamen majus fuisse illius crimen, adeoque magnitudinem cladis magnitudine criminis antecessisse. MSS. habet *partem.* Sensu non deteriore, sed vulgatum praefero. Sed videtur legendum *labem*, illa ipsa enim clades erat ipsius crimen. PERIZON. *Partem* habet etiam Ultraj prim. & Leid. sex. ceteri *cladem* retinent; sensu satis commodo

7\. *Cn. autem Domitium*] Atqui Fabium adversus hunc regem pugnasse scribunt Livius Lib. LXI. & Orosius Lib. v. capite 14. CORRAD.

8\. *Iratus namque Bituito regi*] Corrigendum, *Betulto*, ex fide antiqui marmoris, quod triumphum de eodem hoc rege nobis repraesentat, fastis Capitolinis inserendum. Hoc ipsum inveniet studiosus in nostris Annalibus. PIGH. *Iratus namque Bituito regi Arvernorum. Bituitus* ille non tantum in codicibus Valerii Maximi, sed & in epitome Lib. LXI. Livii & apud Florum III. 2. vocatur. Pighius tamen maluit *Betulto* legi; quoniam in antiquo marmore ita scriptum reperit. Verum Scaliger Animadversionibus in Eusebium existimat, erratum id esse lapicidae, aut ejus qui ex lapide descripsit. debuisse enim BITUITO scribi, non BETULTO. VORST. *Bituito* MSS fere retinent omnes. De hujus nominis scriptura vide omnino viros Eruditos ad citatum a Vorstio Flori locum. Paulo post aliquot MSS. *tam suam quam & Allobrogum gentem.* vel *tum suam & Allobrogum.*

9\. *Duplicem perfidiae*] Orosius Lib. v. cap. 2. de

re hortatus esset, per colloquii simulationem arcessitum, hospitioque exceptum vinxit, ac Romam nave deportandum curavit. Cujus factum senatus neque probare potuit, neque rescindere voluit, ne remissus in patriam Bituitus bellum renovaret. Igitur eum Albam custodiae caussa relegavit.

Viriati etiam caedes [9] duplicem perfidiae accusationem recepit: in amicis, quod eorum manibus interemptus est: in [10] Q. Servilio Caepione consule; quia is sceleris hujus auctor, impunitate promissa, fuit: victoriamque non meruit, [11] sed emit. 4. Ann. urb. 613. Livius LIV. Flor. II. 17. App. Iberic.

Externa.

Verum ut ipsum fontem perfidiae contemplemur, Carthaginienses [12] Xanthippum Lacedaemonium, cujus optima opera primo Punico bello usi fuerant, & quo juvante Atilium Regulum ceperant, [13] simulantes sese domum revehere, [14] in alto merserunt. Quid tanto facinore petentes? an ne victoriae eorum socius superesset? Exstat nihilominus, & quidem cum illorum op- 1. Ann. urb. 498. Zon. pulchr. Appian. Libyc. 4.

de Fabio: *Fecit facinus etiam ultimis barbaris Scythiae, non dicam Romanae fidei & moderationi execrabile. Quingentis enim principibus eorum, quos societate invitatos deditionis jure susceperat, manus praecidit.* Sed quam hoc leniter Valerius. Vix perstringit. COLER. *Duplicem perfidiae accusationem recepit: in amicis.* Aequis conditionibus cum Viriato pax facta erat, ut est in epitome Lib. LIV. Livii. Agnoscunt igitur Romani scriptores, eam pacem servari debuisse, nec Viriatum per insidias occidi. Neque vero talia jure armorum regi possunt, sed inter flagitia belli numeranda sunt. Qua de re Hugo Grotius de jure pacis & belli III. 4. 18. agit. VORST.

10. *Q. Servilio Caepione*] Quod hoc loco author Servilio vitio adscribit, hoc laudi dat Sall. in Metello, qui in Jugurtham per Numidas & maxime Bomilcarem talia saepe conatus nunquam tamen ad effectum deducere potuit. Multa in his exemplis cavillationem suscipiunt, ut paulo ante de Hannibalis superbia post Cannensem pugnam, cujus certe Livius non meminit, nec ejus perfidiae in Nucerinos. De Xanthippo etiam Lacedaemonio contrarium scribit Polybius. At nos ea latius persequi nolumus quam saepe rebus variatum sit in Romana historia, ac negligentia Romanorum scriptorum se ipsa ubique prodit. Ad alia progrediamur. GLAREAN.

11. *Sed emit*] Praemia tamen percussoribus negata. Orosius inibi: *Viriathus autem cum per XIV. annos Romanos Duces atque exercitus protrivisset, insidiis suorum interfectus est, in hoc solo Romanis circa eum fortiter agentibus: quod percussores ejus indignos praemio judicarunt.* COLER.

12. *Xanthippum Lacedaemonium*] Mentio hujus & supra facta I. I. 14. quod scilicet insidiis ejus ducis Atilius Regulus ad miserabilem captivi fortunam deductus fuerit. VORST.

13. *Simulantes sese domum*] Domum tamen rediisse scribunt Polybius Lib. I. Orosius Lib. I. & VII. cap. 9. CORRAD.

14. *In alto merserunt.* Atrebatensis & Winchelianus habent, *In alto mari merserunt.* PIGH. *Simulantes sese domum revehere, in alto merserunt.* Polybius Lib. I. & Oros. VII. 9. scribunt, domum illum rediisse. VORST. Addit tamen Polybius L. I. 36. esse qui discessum Xanthippi aliter narrent. Porro, *In alto mari* habet Leid. quart. Nonnulli *In altum*, sed iidem fere *miserunt* habent, manifesto errore. Unus Duac. *domum referre.*

15. *Hannibal porro*] Aliter Livius Lib. XXIII. CORRAD.

16. *Cum binis vestimentis urbem egressos*] At in Livio haec ipsa narrante, *singulis vestimentis*

opprobrio; quem sine ulla gloriae jactura inviolatum reliquissent.

2. Ann. urb. 537. Livius XXI. paulo aliter. Zonaras. Appian. Libyc. 54.

[15] Annibal porro Nucerinos hortatu suo [16] cum binis vestimentis urbem inexpugnabilibus muris cinctam egressos, [17] vapore & fumo balnearum strangulando, & Acerranorum senatum eadem ratione extra moenia evocatum, [18] in profundum puteorum abjiciendo, nonne bellum adversus populum Romanum & Italiam professus, adversus ipsam fidem acrius gessit, mendaciis & fallacia quasi praeclaris artibus gaudens? Quo evenit, ut alioqui insignem nominis sui memoriam relicturus, in dubio, majorne, an pejor vir haberi deberet, poneret.

tis egressos eos leges. An igitur hic, *cum privis vestimentis?* quae corruptio eadem & correctio alibi in Livio mihi notata. Nisi si Livius *singula vestimenta* capit, unam Togam, unam Tunicam. quo respectu recte & *Bina* & *Singula* dixeris. LIPS. *Cum binis vestimentis.* Non ausim cum Lipsio hunc locum sollicitare ex Livio, qui singula eis vestimenta tantum tribuit, quoniam auctor noster diversus abit a Livio etiam in caeteris hujus exempli. Certe minime Lipsianam emendationem admitto *privis.* nam aeque hic ac in Liviano loco, quem emendasse se scribit legendum foret *unis.* PERIZON.

17. *Vapore & fumo*] Sic Catulus se ignis haustu ludibrio hostium exemit. Orosius de obitu Joviniani: *Cum in cubiculum quoddam novum se recepisset, calore prunarum & nidore parietum nuper calce illitorum aggravatus & suffocatus.* De eodem Eutropius Lib. X. Inscriptio vetus Romae invento:

D. M. L.

AEMILII. VICTORIS. QVI. PRIDIE. NATALEM. SVVM. XXII. PRVNA. IN. PENSILI. POSITA. VRGENTE. FATO. IPSE. NECAVIT. SE. Causam hujus rei vide apud Hieronymum Mercurialem Lib. III. cap. II. COLER. *Vapore & fumo balnearum strangulando.* De ea crudelitate Livius praedicto loco nihil habet: sed scribit Nucerinos urbem egressos *dilapsos fuisse omnes, quocunque hospitia aut fortuitus animi impetus tulerit.* VORST.

18. *In profundum*] MSS, complures *In profundo.*

CAPUT VII.

[1] DE SEDITIONIBUS.

PLEBIS ROM. ADVERSUS.

1. *C. Marium Cos. 6.*
2. *Q. Metellum censorem.*
3. *A. Numium candidatum.*
4. *A. Sempronium Asellionem pr.*

MILITUM ROM. ADVERSUS.

1. *Gratidium legatum.*
2. *Q. Pompejum consulem.*
3. *C. Carbonem legatum.*

[2] Sed ut violentae seditionis tam togatae, quam etiam armatae facta referantur.

L. Equi-

1. *De seditionibus*] MSS. & Edd. ante Pighium, *de vi & seditione.* Sed Edd. fere addunt, *Et de populo Romano* quod MSS. non agnoscunt, nec etiam Mog.

2. *Sed ut violentiae & seditionis*] In Atrebatensi libro, *sed ut violentiae seditionis.* Sine copula mendose. Legendum tamen puto, *Sed ut violentae seditionis.* PIGH. *Sed ut violen-*

L. Equitium, qui se Ti. Gracchi filium simulabat, tribunatumque adversus leges cum L. Saturnino petebat, 3 à C. Mario quintum consulatum gerente in publicam custodiam ductum, 4 populus claustris carceris convulsis raptum, humeris suis per summam animorum alacritatem portavit. 1. Ann. urb. 653. App. Civill. I. Plut. Mario. Oros. v. 17.

5 Idemque Q. Metellum censorem, 6 quod ab eo, tanquam Gracchi filio, censum recipere nolebat, lapidibus prosternere conatus est, affirmantem tres tantummodo filios Graccho fuisse. E quibus unum in Sardinia stipendia merentem, alterum infantem Praeneste, tertium post patris mortem natum Romae decessisse: neque oportere clarissimae familiae ignotas sordes inseri: cum interim improvida concitatae multitudinis temeritas, 7 pro impudentia, & audacia adversus consulatum, & censuram tetendit, principesque suos omni petulantiae genere vexavit. 2. Ann. urb. 651. App. Civil. I.

Vesana haec tantummodo: illa etiam cruenta seditio. 8 Populus enim A. Numium competitorem Saturnini, novem jam creatis tribunis, unoque loco duobus candidatis restante, vi prius in aedes privatas compulit: extractum deinde interemit; ut caede integerrimi civis facultas 9 adipiscendae potestatis teterrimo civi daretur. 3. Ann. urb. 652. Livius LXIX. Appianus. Plutarchus.

Cre-

lentae seditionis. Ita prorsus codices Brand. Pighius sic legendum conjecit, cum in cod. Atrebatensi observasset *violentiae seditionis.* Aldus ediderat *violentiae & seditionis.* VORST. *Sed ut violentae seditionis* habent Copes. Leid. prim. tert. sext. Paris. sec. Barb. Ultraj. prim. Leid. sec. *violentae & seditionis.*

3. *A. Mario quintum consulatum gerente*] Lege, *A C. Mario sextum consulatum gerente.* Error ex notarum lapsu in numero provenit. Marius enim in sexto consulatu Apulejanam seditionem est passus. PIGH.

4. *Populus claustris carceris convulsis, raptum humeris suis*] Distingue, *Claustris carceris convulsis raptum, humeris suis per summam animorum alacritatem portavit.* PERIZON.

5. *Idemque Q. Metellum*] Suspectum est *que* ex Q. sequente ortum. PERIZON.

6. *Quod ab eo tanquam Gracchi filio censum recipere nolebat*] Detulerat Equitius censum Ti. Gracchi, tanquam filius & heres ejus. Verum Metellus eum admittere noluit, quippe quem nec in tribu nec in censu fuisse sciret. VORST. *Inserere se conantem.* Cic. pro Sextio c. 47. *cumque insitivum Gracchum contra vim multitudinis incitatae censu prohibuisset.* PERIZON. Vide & nostrum Lib. III. 8. 6.

7. *Pro imprudentia & audacia*] Recte in manuscriptis, *pro impudentia.* Notat enim *Equitium.* PIGH. *Pro impudentia.* Si bene novi sermonem Valerii, scripsit is quidem: *Cum interim improvida comitatae multitudinis (proh impudentiam & audaciam) adversus consulatum.* Mirum in modum istas exclamatiunculas adfectat Valerius. COLER. *Impudentia* Ultraj. sec. uterque Paris. & Barb. prim. quod sine dubio verum est. Etiam Guyetus legebat *Pro impudentia & audacia!* Leid. sext. *cum imprudentia.* Colero & Guyeto non assentior.

8. *Populus enim Mumium*] *A. Numium* vocat Livius Lib. LXIX. & Oros. Lib. v. cap. 17. CORRAD. *Populus enim A. Numium.* In antiquioribus typis expressis est *Mumium.* At *Numium* scripsit Pighius ex epitome Lib. LXIX. Livii. In uno cod. Brand. est *Nunnium:* in altero *Minium;* & sine praenomine. VORST. *Numium* diserte uterque Ultraj. alii *Nimium*, *Minium*, *Mininum*, *Numicium*. *Mumium.*

9. *Adipiscendae potestatis*] Priscum & honestum verbum reddo ex Lib. Daniel. *Apiscendae.* COLER. Nostri tamen *Adipiscendae.*

10, *Sempronii Asellionis*] Sen. de Ira L. I. 2.

 Alium

4. Ann. urb. 664. Livius LXXIV. App. Civil. I. Creditorum quoque consternatio adversum [10] Sempronii Asellionis, praetoris urbani, caput intolerabili modo exarsit. Quem, quia caussam debitorum susceperat, concitati à L. Cassio trib. plebis pro aede Concordiae sacrificium facientem, ab ipsis altaribus fugere [11] extra forum coactum, [12] inque tabernula latitantem, praetextatum discerpserunt.

Militum Romanorum.

1. Ann. urb. 665. Livius LXXVII. Plut. in Sulla. Oros. V. 19. Detestanda [13] fori conditio: sed si castra respicias, aeque magna orietur indignatio. Cum C. Mario lege Sulpicia, [14] provincia Asia, ut adversus Mithridatem bellum gereret, privato decreta esset, missum ab eo Gratidium legatum ad L. Sullam consulem accipiendarum legionum caussa milites trucidarunt: proculdubio indignati, quod à summo imperio ad eum, qui nullo in honore versaretur, transire cogerentur. Sed quis ferat militem scita plebis exitio legati corrigentem?

2. Ann. urb. 665. Livius LXXVII. App. I. Civil. Pro consule istud tam violenter exercitus: illud adversus consulem. Q. enim Pompejum Sullae collegam, senatus jussu ad exercitum Cn. Pompeji, quem aliquandiu invita civitate obtinebat, contendere ausum, ambitiosi ducis illecebris corrupti milites, sacrificare incipientem adorti, in modum hostiae [15] mactaverunt: tantumque scelus Curia, castris cedere se confessa, inultum habuit.

3. Ann. urb. 671. Ille quoque exercitus nefarie violentus, qui [16] C. Carbonem, fratrem Carbonis ter consulis, propter bella civilia dissolutam disciplinam militarem praefractius & rigidius astringere conatum, privavit vita: satiusque duxit maximo scelere coinquinari, quam pravos ac tetros mores mutare.

Alium inter leges celebrisque spectaculum fori lancinavit. ubi dubitat Lipsius an non adspectum sit ad Asellionem Praetorem.

11. *Extra forum coactum*] A Livio dicitur in foro occisus. PERIZON.

12. *Inque tabernacula latitantem*] Lege ut in Campensi manuscripto, *Inque tabernula latitantem.* Sic etiam Appianus. PIGH. *Inque tabernula latitantem. Tabernula*, ut Pighius ex cod. Camp. rescripsit, est etiam in uno cod. Brand. Antiquiores typis expressi habent *tabernacula.* Quod mirum est in sua editione resumpsisse Colerum. Thysius, cum nimis foedum ei videretur *inque tabernacula latitantem*, maluit *tabernaculo.* Sed quis credat, *tabernaculum* praesto fuisse in urbe, quo Asellio refugeret? *Tabernae* Romae innumerae erant: in quarum una latitare illum voluisse credibile est. VORST. *Tabernula* habet Ascens. Gryph. Stephan. atque confirmant uterque Ultraj. Bit. prim. Leid. quatuor. Appianus diserte πανδοχεῖον vocat Lib. I. de Bel. Civ. p. 382. Ed. H. Steph. Ultraj. sec. *latitantem prae timore.* quae glossa nimis est manifesta.

13. *Fori*] Recte τὸ *Romani* abest editioni Venetae. COLER. *Detestanda fori conditio.* Bene monet Colerus, vocem *Romani* ab editione Veneta abesse. Abest item ab utroque cod. Brand. imo & ab editione Aldi. Mirum autem quod Pighius addendum putavit, scribendumque *fori Romani.* VORST. Abest certe ab omnibus fere nostris, & omnibus Editionibus.

14. *Provincia Asia*] Harl. Ultraj. prim. *Provincia Asiae.* Harl. item *Oritur indignatio.* Paulo post Copes. & Leid. sext. *Accipiendarum legionum gratia.* ut saepius noster.

15. *Mactaverunt*] Complures MSS. *mactarunt.* in fine Ultraj. sec. & Ed. Mog. *inultum abiit.*

16. *C. Carbonem*] Nonnulli MSS. *Gn. Carbonem.* Ca-

CAPUT VIII.

DE TEMERITATE.

1. *P. Africani majoris.*
2. *C. Caeſaris Coſ.* 2.
3. *Exercitus Rom.*

EXTERNORUM.

1. *Annibalis Poeni.*
2. *Athenienſis populi.*

[1] Temeritatis etiam & ſubiti, & vehementes ſunt impulſus: quorum ictibus hominum mentes concuſſae, [2] nec ſua pericula reſpicere, nec aliena facta juſta aeſtimatione proſequi valent.

Quam enim temere ſe Africanus ſuperior ex Hiſpania duabus quinque- 1.
remibus ad Syphacem trajecit, [3] in unius Numidae inſidis praecordiis ſuam Ann. urb. 547. Livius
pariter & patriae ſalutem depoſiturus! [4] Itaque exiguo momento maximae XXVIII. App. Libyca. Zonaras.
rei

1. *Temeritatis etiam ita ſubiti, ut vehementes ſunt impulſus*] Manuſcripti codices habent, *Temeritatis etiam & ſubiti, & vehementes ſunt impulſus.* PIGH. *Temeritatis etiam & ſubiti & vehementes ſunt impulſus.* ita Pighius ante quem fuit, *ita ſubiti, ut vehementes.* Sed lege ex MS. *Ut ſubiti, ita vehementes.* ſic IX. 10. init. PERIZON. Nonnulli e noſtris favent Pighio; alii habent, *Temeritatis etiam, ut ſubiti, vehementes ſunt impulſus*. omiſſo *ita*, quod ſaepius omittitur. Vide J. Fred Gronovium ad Liv. L. XXXIX. 4?. *Hunc ſicut omni vita, tum prenſantem premebat nobilitas.* Et ſupra L. IV. 7. Ext. 1. Pro *impulſus*, MSS. tres *impetus:* pro *vehementes* duo *vehementiores.*

2. *Nec ſua pericula reſpicere*] Legendum, *diſpicere*, ut in manuſcriptis. Eſt enim *diſpicere*, per omnes partes ac numeros conſiderare, vel mente providere. Cicero Tuſc. III. *Tamen acie mentis diſpicere cupiebant.* PIGH. *Nec ſua pericula reſpicere.* Pighius mavult *diſpicere*; uti ſit in MSS. Mihi magis placet *reſpicere:* quod idem eſt quod reputare, conſiderare. Ediderat ita Aldus. Deinde in uno cod. Brand. & in vetere typis expreſſo Mart. Herbip. eſt *deſpicere*: quod quidem ego pro *reſpicere* ſcriptum exiſtimo. VORST. *Diſpicere* habet Leid. quint. Sed tert. ſext. Harl Bit. prim. Copeſ. & Mog. Ed. *deſpicere.* Barb. prim. Leid. quart. *conſpicere*, ceteri *reſpicere.* *Reſpicere pericula ſua* erit periculorum ſuorum rationem habere. Juſt. L. XII. 8. 11. *Reſpiceret militum annos, quibus vix aetas ad reditum ſufficeret.* Ter. Heaut. I. 1. *Neque te reſpicis.*

3. *In unius Numidiae inſidis praecordiis*] Sic Colerus, & eum ſecuti Thyſius & Vorſtius abſurde omnino ediderunt, cum quivis facile videat legendum eſſe, *in unius Numidae*, id eſt Syphacis. atque ita habent MSS. & olim editi.

4. *Itaque exiguo momento maximae reip. caſus fluctuatus eſt, utrum interfector, an captivus Scipio Syphacis fieret*] Locus eſt valde depravatus, quem è Pulmanniano atque Suſiano utcumque corrigemus; è quibus primum ita legendum exiſtimo, *Itaque exiguo momento maximae rei caſus fluctuavit.* Deinde reliquum ita produnt jam dicti libri, *utrum captivus, an victor Syphacis Scipio fieret.* Quae quidem verba multum diſcrepant à vulgata lectione, vero tamen ſenſu praevalent. Non enim Scipio interfector Syphacis, quem captivum, poſtea in carcere mortuum ſcribunt omnes. PIGH. *Exiguo momento maximae rei caſus fluctuatus eſt.* Pighius maluit *fluctuavit*, quod in duobus codd. ita ſcriptum reperiſſet. Verum *fluctuatus eſt* habent antiquiores typis expreſſi omnes, & uterque cod. MS. Brand. Lipſius quoque in tribus libris ita ſcriptum reperit, ut ex Notis ejus in cap. 5. hujus Lib. apparet. Nec aliter in MSS. reperit Gronovius: ut Lib. IV. Obſ. c. 6. is teſtatur. Idem *fluctuari* eadem inclinatione & apud Livium, Senecam & Curtium extare obſervavit. VORST.

Illu-

rei casus fluctuatus est, [5] utrum interfector, an captivus Scipionis Syphax fieret.

2. Ann. urb. 705. Plut. in vita. Dion. XLI. Suet. App. & alii.

[6] Jam C. Caesaris anceps conatus, etsi coelestium cura protectus est, vix tamen sine animi horrore referri potest. Siquidem impatiens legionum tardioris à Brundusio Apolloniam trajectus, per simulationem adversae valetudinis convivio egressus, majestate sua servili veste occultata, [7] naviculam conscendit, & è flumine maris Adriatici saeva tempestate fauces petiit. Protinusque in altum dirigi jusso navigio, multum ac diu contrariis jactatus fluctibus, tandem necessitati cessit.

3. Ann. urb. 664. Livius LXXV. Oros. V. 18. Plut. Sulla 831.

Age, illa quam execrabilis militum temeritas! fecit enim ut [8] A. Albinus nobilitate, moribus, honorum omnium consummatione civis eximius, [9] propter falsas & inanes suspiciones, in castris ab exercitu lapidibus obru-

Fluctuatus est invenio in MSS. decem. nonnulli *maximae reip.* ut legebatur ante Pighium. Supra usurpavit noster etiam verbum *fluctuari* L. III. 1. in fine. *Dubio mentis judicio fluctuatur.*

5. *Utrum captivus, an victor Scipio Syphacis fieret*] Ita scripsit Pighius è duobus codd. Alii, inque his Brandeburgenses, *Utrum interfector, an captivus Scipio Syphacis fieret.* Quam quidem lectionem & Gronovius probat; nisi quod postrema paululum immutat, legendumque existimat, *Utrum interfector an captivus Scipionis Syphax fieret.* Quorum verborum sententiam porro illustrat his suis: *Quia Scipio in potestatem barbari improvide, ut vult, se permiserat, maximae rei fortunam ait ambiguo eventu pependisse, utrum nimirum Scipionem occideret Syphax, atque ita futura eluderet fata, an dimisso eodem, quantum in se erat, eadem fata admoveret, & servati captivus, quod accidit, fieret.* VORST. Quam lectionem Gronovius probabat, eamdem probat etiam Perizonius. MSS. vulgatam tuentur lectionem. *utrum interfector an captivus Scipio Syphacis fieret.* tamen Gronovio potius hic, quam Pighio parendum duxi, cum illius emendatio ad MSS. longe propius accedat. Gronovii lectio reperitur etiam inter excerpta Duacensia. ut etiam hinc colligas ista Gronovii fuisse.

6. *Nam C. Caesaris anceps conatus, & si coelestium cura protectus est, tamen vix, &c.*] In veteribus libris haec ita, *Jam C. Caesaris conatus etiamsi coelestium cura protectus est, attamen vix, &c.* PIGH. *Jam C. Caesaris.* Sic & unus Brand. Aldus, *Nam C. Caesaris.* Cujusmodi mendae & supra observatae sunt. VORST. Octo nostri habent *nam.* pro *attamen*, vel *tamen*, ut erat ante Pighium, *non tamen vix*, ut fere credas *vix* e glossa ortum. Mog. *vix tamen sine horrore.* Cop. *errore.*

7. *Naviculam conscendit e flumine, ac maris Adriatici saeva tempestate fauces petiit*] In Pulmanni & Susii exemplaribus, *Naviculam conscendit, & e flumine maris Adriatici, &c.* Recte, nam Apolloniae navem conscendit, & secundo flumine in mare Adriaticum, adversisque ventis Brundusium tendebat. ut Plutarchus atque alii auctores. PIGH. MSS. nostri fere ut vulgo, *Naviculam conscendit e* (vel *ex*, unus *a*) *flumine, ac maris Adriatici fauces petiit.* Nihil de *flumine* Sueton. cap. 58. nihil etiam Flor. L. IV. 2. 38. Sed hic, *nocte concubia ipsum navem conscendisse*, ille *clam noctu* dicit. unde olim conjiciebam Valerium scripsisse, *ad lumina.* ut Suet. in Jul. c. 37. *Adscendit Capitolium ad lumina.* Sed nunc *clandestino*, quod parabat, *itineri* illud vix videtur convenire.

8. *A. Albinus*] Orosius *Postumium Albinum* & legatum L. Sullae appellat. Idem non falsa & inani suspicione, ut Valerius, sed intolerabili superbia à militibus vult occisum. COLER. *A. Albinus.* In epitome Lib. LXXV. Livii *A. Postumius Albinus* vocatur. VORST.

9. *Propter falsas & inanes suspiciones in castris ab exercitu lapidibus obrueretur*] Omittit Ultraj. prim *Et inanes.* Cop. delet *in castris*, Recte vero Pighius admisit, *accessionem indignationis non recipit*, ut est in plerisque MSS. cum

in

rueretur: quodque acceſſionem indignationis non recipit, oranti atque obſecranti duci à militibus cauſſae dicendae poteſtas negata eſt.

Externa.

Itaque minus miror apud trucem & [10] ſaevum Annibalis animum de- I.
fenſionis locum [11] innoxio gubernatori non fuiſſe: quem à Petilia claſſe Ann. urb.
[12] Africam repetens freto appulſus, dum [13] tam parvo ſpatio Italiam, Si- 550. Servius in III.
ciliamque inter ſe diviſas non credit, velut inſidioſum curſus rectorem in- Aeneid. Mela II. 7.
teremit: poſteaque diligentius inſpecta veritate, tunc abſolvit, cum ejus aliter.
innocentiae nihil ultra ſepulcri honorem dari potuit. [14] Igitur anguſti atque aeſtuoſi maris alto è tumulo ſpeculatrix ſtatua, tam [15] memoriae Pelo-

in multis Edd. legeretur *recepit.* aliter tamen Mog. Mediol. & Aldus.

10. *Saevum Hannibalis animum*] Liv. Lib. x. tertiae decados nihil de hac re commemorat. Pomponius autem Mela Lib. II. ait, non tam factum, cum Hannibal ex Italia Africam repeteret: ſed cum ex Africa in Aſiam ad Antiochum profugeret, tum hoc factum. Sed haec eſt Romanorum ſcriptorum diligentia. GLAREAN.

11. *Innoxio gubernatori non fuiſſe*] *Non* ante Pighium deerat in Gryphii, Colinaei, Stephani Edd. Aſcenſ. dedit *gubernatori defuiſſe.* Oliverius in Mediol. *nec fuiſſe.* Sed *non fuiſſe* in quamplurimis eſt MSS. pro *credit* nonnulli *credidit.*

12. *Africam repetens*] Ex Africa profugus inquit Pomponius Mela Lib. II. cap. 7. CORRAD.

13. *Tam parvo ſpatio*] Strabo ſane quod ad longitudinem adtinet appendicem Italiae facit. & continentem fuiſſe aliquando auctores ſunt Salluſtius, Plinius, Strabo, alii. Claudianus Poëta:

—— Trinacria quondam
Italiae pars una fuit. ſed Pontus & aeſtus
Mutavere ſitum. rupit confinia Nereus.

Salluſtii quidem locus citatur ab Iſidoro, ſed ut apparet, mutatis nonnihil verbis Salluſtianis. Sincerum puto ſupereſſe apud Lutatium Statii Scholiaſten. Ita loquitur: *Olim Italiae Siciliam junctam fuiſſe conſtat. ſed medium ſpacium aut propter humilitatem abruptum eſt, aut propter anguſtiam ſciſſum, aut dum curvum ſit facit natura mollioris Italiae, in quam altitudo & aſperitas Siciliae aeſtum relidat.* COLER.

14. *Igitur anguſti atque aeſtuoſi maris ex alto tumulo ſpectatrix ſtatua*] Manuſcripti libri, *Alto e tumulo ſpeculatrix ſtatua.* Eleganter. PIGH. *Statua.* Quis hoc omnium ſcripſit ſtatuam ibi collocatam fuiſſe? Dure quidem, ſi ſtatuam pro turricula ſive πυργίσκῳ accipias. COLER. *Anguſti atque aeſtuoſi maris alto e tumulo ſpeculatrix ſtatua.* Sic & codices Brand. Aldus ediderat *ex alto tumulo ſpectatrix.* Ceterum de *ſtatua*, quae ad fretum, quod inter Italiam Siciliamque eſt, collocata ſit, nihil prodidere alii; niſi ſi ſtatua hic ſit turricula. Strabo Lib. III. ὁ τοῦ Πελώρου λεγόμενος πύργος ἀντίκειται ταύτῃ τῇ ϛηλίδι. VORST.

15. *Memoriae Pelori*] Illic ſepultum eſſe Pelorum Servius & Iſidorus ex Salluſtio annotarunt. Poſtea ibidem columella ſive turricula collocata, vetuſto & peculiari ritu. Strab. Lib. III. ubi de columnis Herculis: ἔθος γὰρ παλαιὸν ὑπῆρξε τὸ τίθεσθαι τοιούτους ὅρους, καθάπερ οἱ Ῥηγῖνοι τὴν ϛηλίδα ἔθεσαν τὴν ἐπὶ τῷ πορθμῷ κειμένην πυργίον τι. καὶ ὁ τοῦ Πελώρου λεγόμενος πύργος ἀντίκειται ταύτῃ τῇ ϛηλίδι. COLER.

16. *Navigantium oculis collocata indicium eſt*] In manuſcriptis, *collocatum.* at in Campenſi, *expoſitum.* Melius. PIGH. *Navigantium oculis expoſitum.* In edit. vet. *collocatum.* Utrumque probabile. Sed vel ego prorſus nihil in hiſce talibus video, aut Valerius ſcripſit: *Navigantium oculatum indicium eſt.* Quod Valerio fuerat oculatum, id iſtis gloſſulariis, oculis expoſitum. Gloſſarium τῇ ἐν ὀφθαλμοῖς πίστει, *oculata fide. Oculatus teſtis* Plauto. Oculatiſſimi illi Lipſius & Pighius mendum hoc Valerianum non perviderant, quod valde miror.

lori, quam Punicae temeritatis, ultra citraque [16] navigantium oculis collocatum indicium est.

2. Jam Atheniensium civitas ad vesaniam usque temeraria, [17] quae decem universos imperatores suos, & quidem à pulcherrima victoria venientes, capitali judicio exceptos necavit; quod militum corpora, saevitia maris interpellante, sepulturae mandare non potuissent: necessitatem puniens, [18] cum honorare virtutem deberet.

Sup. I. 1. ext. 8. & III. 2. ext. 3. Aelian. Var. Hist. III.

ror. COLER. *Navigantium oculis collocatum indicium.* *Collocatum* habent veteres typis expressi omnes, & Brand. item MSS. nisi quod Aldus edidit *collocata.* Pighius in uno Camp. reperit *expositum:* idque putat melius esse. Colerus audaculus fuit, quod pro *oculis collocatum*, ex mera conjectura scripsit *oculatum.* VORST. *Oculis expositum indicium est.* Lege ex MSto. *Quam memoriae Pelori, tam Punicae temeritatis.* Erat enim praecipue collocata ad *memoriam Pelori.* Porro pro *expositum*, quod Pigh. ex uno cod. recepit, habet *collocata.* & sic edidit Aldus; cum quo saepe is MS. convenit: ceteri habent *collocatum.* Male, licet receperit Vorstius. Forte leg. pro *eo oblata.* vel expone *collocata in oculis*, vel, *collocata illic indicium est oculis.* Postremo nonne legendum *ultro citroque.* Nescio enim an tali sensu *ultra citraque* usurpetur. Sed intellige *fretum.* Cic. V. in Ver. 66. *Qui ultro citroque navigarent.* Sed *tam* & *quam* saepe invicem permutantur, sic in jure, *tam liberi quam servi.* PERIZON. *Quam memoriae* habent etiam aliquot e nostris MSS. *Collocatum* undecim, & Mog. Ven. Mediol. tres *collocatae*, cum Aldo atque Ascensio. *Collocatum* videtur posse retineri, ut conveniat cum *indicium.* *Statua est collocatum indicium*, ut *ludi vocata Megalesia.* sic & uterque Duac.

17. *Quae decem imperatores suos*] Vetusti codices habent: *Quae decem universos imperatores suos.* Quasi dicat *omnes decem* quos ad bellum administrandum miserant. Nam, ut ait Cicero, *Qui loquitur de universis, nihil excipit.* PIGH. *Decem universos imperatores suos.* *Universos* adjecit Pighius ex MSS. Habetque idem unus quoque cod. Brand. Ita *decem universos imperatores* dictum pro *omnes decem imp.* De qua locutione vide lib. nostrum de Latinitate falso susp. p. 266. VORST. Inter variantes Gudii adscriptum *Universos* videtur vox corrupta, a quibusdam libris abest. Equidem video abesse ab Paris. sec. & Ultraj. utroque. item ab Ed. Mog. Mediol. Ascens. Ald. Colin. Gryph. Steph. sed exstat in Ven. & facile patior adesse.

18. *Cum honorare virtutem debuisset*] MSS. decem *honorare virtutem deberet.* quod mutavit Pighius.

CAPUT IX.

DE ERRORE.

1. *Plebis Romanae.*
2. *C. Cassii Longini procos.*
3. *Satellitum Lartis Tolumnii regis.*

Temeritati proximus est error: quemadmodum ad laedendum par, ita cui facilius quis ignoverit: quia non sponte, [1] sed vanis concitatus imaginibus, culpae se implicat. Qui quam late in pectoribus hominum va-

1. *Sed vanis concitatus imaginibus*] Uterque Ultraj. *concitatis imaginibus.* tres alii, *vagatur.* totidem, *sum obnoxius.*

2. C. *Helvius Cinna*] Is funus C. Julii Caesa-

vagetur, si complecti coner, vitio, de quo loquor, sim obnoxius. Paucos igitur ejus lapsus referemus.

[2] C. Helvius Cinna trib. pleb. ex funere C. Caesaris domum suam petens, populi manibus discerptus est pro Cornelio Cinna, in quem saevire se existimabat; iratus ei quod, cum affinis esset Caesaris, [3] adversus eum nefarie raptum, impiam pro Rostris orationem habuisset: eoque errore propulsus est, ut caput Helvii perinde atque Cornelii circa rogum Caesaris, fixum jaculo ferret; [4] officii sui, alieni erroris piaculum miserabile. 1. Ann. urb. 709. Plut. Caesare. Dion. XLIV. App. Civil. II. p. 260.

Nam C. Cassium error à semetipso poenas exigere coëgit. Inter illum enim pugnae quatuor exercituum apud Philippos varium, ipsisque ducibus ignotum eventum, missus ab eo [5] Titinius centurio nocturno tempore, ut specularetur, quonam in statu res M. Bruti essent, dum crebros excessus viae petit, quia tenebrarum obscuritas, hostesne an commilitones occurrerent, dignoscere non sinebat, tardius ad Cassium rediit. Quem is exceptum ab hostibus, omniaque in eorum potestatem recidisse existimans, finire vitam properavit: cum & castra hostium invicem capta, & Bruti copiae magna ex parte incolumes essent. Titinii vero non obliteranda silentio virtus, qui oculis paulisper haesit inopinato jacentis ducis spe- 2. Ann. urb. 711. Plut. Bruto p. 613. Appian. IV. Dion. XLVII.

saris prosecutus fuerat. At populus, quod eum putaret Cornelium Cinnam esse, qui pro concione Caesarem jure caesum dixerat, in Helvium Cinnam graviter consuluit. VORST. *Cinna* is poëta fuit. Vide Plut. Bruto p. 605. Ergo is cujus meminit Catullus. PERIZON. Vide Catul. Carm. 94. & Suet. in Jul. C. 85. Ubi hunc poëtam illum esse, de quo Catullus egit, existimat etiam Torrentius, & alii viri docti ad Catullum.

3. *Adversus eum nefarie raptum*] *Raptus* pro mortuo, extincto. Sic Horatius: *Insolabiliter rapto de fratre dolentis.* Virgilius: *Sit qui raptum pugna, pretiore redemptum Mandet humo solita.* Plinius H. N. XV. 19. *Catone anno sequente rapto.* Vide & Gifanii Observ. in L. L. VORST.

4. *Officii sui, alieni erroris, piaculum miserabile*] An ergo hoc facto, expiabatur error populi? imo eo ipso summum errorem committebat & scelus levissima plebs concitata. Deinde, cur *officii sui esset piaculum*? cum *officium* illud laudandum & probandum, non tanquam scelus aliquod expiandum. Legendum videtur. *Officio suo alieni furoris piaculum miserabile*, hoc est, pro causa officii sui expiavit alienum, Cornelii nempe Cinnae furorem. *Error* pro crimine adulterii. VIII. 2. 2. *Furoris* sic. IX. 11. 2. & ext. 4. *Ut Vario Caesar piaculum caderet.* IX. 2. 2. *Piacula irae Deum* Liv. XL. 37. *Datis sibi crudelitatis piaculis.* VI. 8. 7. Supra, *in cujus capite expiarent, si quid irae conceperant.* VII. 2. 5. Possit tamen forte etiam retineri *officii sui.* imo retinendum. Nam est argutia ab auctore quaesita vel ὀξύμωρον. vide supra IX. 2. Ext. 3. & VI. 8. 7. Plautus, *men' piacularem oportet fieri ob stultitiam tuam.* Hostis vocatur *piaculum furoris* militum seditiosorum Tac. Ann. I. 49. Flor. I. 1. *Adhibuere piacula.* ubi recte legunt *adhibere placuit Deos.* Virg. *distulit in seram commissa piacula mortem. In auctoribus ad piaculum noxae objiciendis* Liv. L. XLV. 10. *Quo piaculo expiare errorem Regis possumus* Liv. XXXVII. c. 45. *Nec sine religione & piaculo se id omittere posse* Liv. L. XXXIX. c. 18. *Sine piaculo rerum praetermissarum fiat.* Liv. L. XXXIX. c. 47. id est poena. PERIZON. *Officii sui* omnes MSS. retinent. Fuit autem *piaculum officii sui miserabile*, dum talem officii poenam dedit.

5. *Titinius*] Multi MSS. *Tinejus.* ut postea *Tineji.*

 6. *Laer-*

ſpectaculo attonitus; deinde profuſus in lacrymas, *Et ſi imprudens*, inquit, *imperator cauſſa tibi mortis fui*, *tamen ne idipſum impunitum ſit*, *accipe me fati tui comitem.* Superque exanime corpus ejus jugulo ſuo gladium capulo tenus demiſit: ac permiſto utriuſque ſanguine, duplex victima jacuit, Pietatis haec, Erroris illa.

3. Ann. urb. 315. Livius IV. 17. Cic. Philip. IX. 2. Ceterum falſa opinatio, neſcio an praecipuam injuriam [6] Lartis Tolumnii, Vejentium regis, penatibus intulerit. Nam cum in teſſerarum proſpero jactu per jocum colluſori dixiſſet, *Occide:* & forte Romanorum legati interveniſſent: ſatellites ejus errore vocis impulſi, interficiendo legatos luſum ad imperium tranſtulerunt.

6. *Laërtis Tolumnii Vejentum regis*] Atrebatenſe exemplar, *Lartis Tolumnii Vejentium regis.* Correcte. PIGH. *Laërtis* ſervant quidem nonnulli e noſtris. Sed rectum eſſe *Lartis* ſatis oſtenderunt Eruditi.

CAPUT X.

DE ULTIONE.

1. *Papiriae tribus Tuſculanorum in Poliam.*
2. *Populi Uticenſis in C. Fabium Hadrianum.*

EXTERNORUM.

1. *Thamyris & Beronices reginarum.*
2. *Juvenum quorundam Graecorum.*

Ultionis autem quemadmodum [1] acres [2] ita juſti aculei ſunt: qui laceſſiti concitantur, acceptum dolorem penſare cupientes. Quos latius complecti non attinet.

M. Fla-

1. *Acres ſtimuli*] Hinc ille apud Pacuvium:

Di me etſi perdunt tamen eſſe adjutum expetunt
Quod priuſquam intereo ſpatium ulciſcendi danunt. COLER.

Ita juſti ſunt aculei. Ultraj. ſec. *Ita plerique injuſti ſunt aculei.* Bit. prim. *ita injuſti.*

2. *Ita juſti aculei*] Chart. Duac. *Ita plerumque juſti.*

3. *Tribunus plebis M. Fulvius*] In Wincheliano, *M. Flavius.* Quemadmodum appellatur etiam à Livio. PIGH. MSS. fere *M. Fulvius* exhibent.

4. *Quod eorum conſilio Veliternos Privernateſque rebellatos diceret*] Audacter ſcribo *rebellatos* cum Paullo Manutio in Notis ad ep. 9. Caelii ad Ciceronem. Codices tam MSS. quam typis expreſſi habent *rebellaturos*; verum manifeſto errore. Conſtat enim ex Livii VIII. 37. M. Flavium tuliſſe ad populum, ut in Tuſculanos animadverteretur, non quod eorum ope & conſilio Veliterni Privernateſque aliquid mali populo Rom. facturi viderentur; ſed quod illud jam feciſſent. Verba Livii ſunt: *Ut in Tuſculanos animadverteretur, quorum ope ac conſilio Veliterni Privernateſque populo Rom. bellum feciſſent.* VORST. Liv. L. XXXII. 22. *Juratus ſe eum ſua manu interempturum.* Vide Vorſt. ſupra ad VIII. 1. amb. 1. PERIZON. *Rebellatos* probat etiam Rupertus. Interea retinent MSS. *rebellaturos.*

5. Sub

M. Flavius [3] trib. pleb. ad populum de Tusculanis retulit, [4] quod *eorum consilio Veliternos, Privernatesque rebellatos* diceret. Qui cum conjugibus, ac liberis squalore obsiti, cum supplices Romam venissent: accidit, ut reliquis tribubus salutarem sententiam secutis, sola Polia judicaret, oportere publice eos verberatos securi percuti: imbellem multitudinem [5] sub corona venire. [6] Quam ob caussam Papiria tribus, [7] in qua plurimum postea Tusculani in civitatem recepti potuerunt, neminem unquam candidatum Poliae tribus fecit magistratum: ne ad eam ullus honos suis suffragiis perveniret, quae illis vitam ac libertatem, quantum in ipsa fuit, ademerat.

I. Ann. urb. 430. Livius VIII.

Il-

5. *Sub corona*] Ad exemplum bello captorum, qui plerumque pileati sub corona vaenibant. lege Catonis locum apud Agellium Lib. VII. c. 4. COLER. Vide Dion. Vossium ad Caes. Lib. III. Bel. Gal. c. 16. Varron. de Re Rust. Lib. II. 10. *aut si e praeda sub corona emit.* Just. Lib. VIII. 3. 3. Lib. II. 4. 7.

6. *Quam ob caussam Popilia tribus*] Idem Winchelianus codex *Papiriam tribum* vocat. Recte, nam ita etiam Livius. Nec quenquam ex *Polia tribu* candidatum ferme datum *Papirium* ferre solitum. PIGH. Pro *Pollia* aliquot e nostris habent *Popilia*; pro *Papiria*, *Popiria*.

7. *In qua plurimum postea Tusculani in civitatem recepti potuerunt, neminem unquam candidatum Poliae tribus fecit magistratum*] Tusculani civitatem accepere cum M. Furium Camillum agros urbemque eorum hostiliter invadentem pace ac fide constanti nullis oppositis armis amice acceperunt, omnia potestati Romanorum sponte subjicientes. Qua obedientia non solum amicitiam, sed & jus civitatis meruere, ut auctor est Livius Libro VI. quodque etiam testatur ipse Valerius Libro VII. cap. 3. Quae quidem accidere anno urbis 373. Haec autem de quibus nunc loquitur Valerius sexaginta amplius annis postea. Multo igitur prius quam haec damnatio contigit, in civitatem recepti fuerant Tusculani, velut etiam astipulatur in Plautiana M. Tullius, scribens è Tusculana familia Juventia primum aedilem curulem plebejum Romae creatum fuisse, quod anno CCCLXXXVIII. fere contigit, quinquaginta plus minus annis ante dictam damnationem. Si magistratus in urbe gerebant Tusculani, procul dubio jam cives erant. adeo non postea cum reos damnasset Polia tribus, in civitatem recepti dicentur, ut haec prae se ferunt Valerii verba. Transferendam itaque puto vocem *postea*, atque ita legendum esse, *In qua plurimum Tusculani in civitatem recepti potuerunt, neminem postea candidatum Poliae tribus fecit magistratum.* Indicat quodammodo hanc lectionem Campense exemplar, in quo sic, licet incorrecte. *In quo plurimum postea Tusculani in civitatem recepti potuerunt, neminem postea candidatum, &c.* PIGH. *In qua (Papiria tribu) plurimum Tusculani in civitatem recepti potuerunt, neminem postea candidatum Polliae tribus fecit magistratum.* MSS. *Plurimum postea Tusculani*, & deinde, *neminem unquam candidatum.* Ita quoque ceteri omnes codd. Sed Pighius quia meminerat jamdiu ante Tusculanis civitatem datam, ita reformavit. cui ego assentiri nequeo. Civitatis enim jus datum non semper idem fuit. Hinc apud Liv. L. VIII. c. 14. nonnullis civitas sine suffragio datur, reliquis cum suffragio, quo etiam c. 17. in duas novas tribus adscripti sunt. Sic credo primo Tusculanis jus civitatis sine suffragio datum esse, postea vero in *Papiriam Tribum* eos esse adscriptos. Cur enim toties rebellarent, si plenum civitatis jus haberent. Sed si vel maxime illud habuissent, verisimile videtur Valerium Maximum tamen non existimasse, eos fuisse jam tum cives Romanos, cum de iis omnibus capitali supplicio afficiendis ad populum ferretur. Et notum est quam saepe Valerius Max. aberraverit. Vorstius edidit ut Pighius. in notis nihil attulit. initio hujus exempli malim *tulit* pro *retulit.* PERIZON. Vir Cl. in margine libri sui adscripsit insuper, Vell. II. 15. ubi illo adhuc tempore queruntur socii se jus civitatis non habere. Itaque revocavi τὰ *postea* & *numquam* a Pi-

2. Ann. urb. 669 Livius LXXXVI. Cic. Verr. III. 27. & VII. Paedian. Oros. V. 19.

Illam vero ultionem & senatus, & consensus omnium approbavit. [8] Cum enim Adrianus cives Romanos, qui Uticae consistebant, [9] sordido imperio vexasset, idcircoque ab his vivus esset exustus, nec quaestio ulla in urbe hac de re habita, nec querela versata est.

Externa.

1. Herod. I. Justin. I. Amm. Marc. XXIII. Ambros. Ep. 2. contra Symmach. Usser. Ann. 3758.

Clarae ultionis utraque regina, & Thamyris, quae caput Cyri abscisum in utrem humano sanguine repletum demitti jussit, exprobrans illi insatiabilem cruoris sitim, simulque poenas occisi ab eo [10] filii sui exigens: & Beronice, quae Laodices insidiis interceptum sibi filium graviter ferens, armata currum conscendit, persecutaque satellitem regium crudelis operis ministrum, nomine Caeneum, [11] quem hasta nequicquam petierat, saxo ictum prostravit; ac super ejus corpus actis equis, inter infesta contrariae partis agmina ad domum, in qua interfecti pueri corpus occultari arbitrabatur, perrexit.

[12] Ja-

a Pighio mutata, vetantibus omnibus MSS. Quod vero Perizonius *tulit* malit in initio exempli, quam *retulit*, in eo MSS. non habet faventes.

8. *Cum enim Hadrianus*] Haec oppido obscura est historia, & nisi in Cicerone in III Verrinarum legeretur, unde Valerius legisse videtur, existimassem pro *Hadriano*, *C. Fabio* legendum ex Flori Lib. LXXXVI. similem historiam narrantis. GLAREAN. *Cum Adrianus.* Edit. Venet. *Cum enim Adrianus.* Rectius Orosius *Fulvium Adrianum* appellat. COLER. *Cum enim Adrianus.* Causalem voculam *enim* restituo ex utroque cod. Brand. & vetere editione Chalcoc. Adrianus ille collecta manu servorum imperium affectavit: ideoque à servorum dominis omni cum familia combustus est. VORST. Non *Fulvium Hadrianum*, sed C. *Fabium Hadrianum* ei nomen fuisse, licet intelligere ex Epit. Liv. LXXXVI. & Ascon. ad Cic. Lib. I. in Ver. 27.

9. *Sordido imperio*] Ita vocat, quia collecta manu servorum imperium adfectabat, à quorum dominis postea, congestis sarmentis, cum omni familia combustus est. Orosius idem. COLER. An *sordido imperio* dicit spectans avaritiam ejus? ob quam maxime fuit invisus, ita ut cum *crudelitatem & avaritiam* videatur dixisse Livius, *avaritiam* solam taxet Cicero, ex qua videlicet nata sit *crudelitas*. ut adeo *sordidum imperium* sit imperium sordibus ejus inserviens.

10. *Filii sui exigens*] MSS. tres delent pronomen *sui*. Leid. quint. *Interemptum sibi filium.*

11. *Quoniam hasta nequicquam petierat*] v. c. *quem hasta.* Melius. PIGH. *Quem* habet etiam Cop. Ultraj. sec. & aliquot ex Gudianis, item Ed. Mog. Nonnulli etiam, *quem hasta nequaquam poterat.* Sic *nequaquam* & *nequicquam* saepe invicem commutari notavit Freinshemius ad Curt. L. III. I. 18.

12. *Jasonem Thessalum*) Supra I. 8. ext. 6. *Pheraeus Jason* vocatur. Ad quem locum Notas vide. VORST. De Jasone vide Cl. Perizonium ad Aelian. L. II. Var. Hist. cap. 9.

13. *Taxillo*] Lib. Dan. *Taxippo.* Edit. Veneta: *Tassillo.* Graecum nomen est *Taraxippus*, quod nescio an huic Gymnasiarchae fuerit. Neque etiam de *Taxila* quodam ex Brachmanis intelligendum arbitror, de quibus Strabo Libro XV. COLER. *Taxillo gymnasiarchae Taxillus* & in codd. Brand. vocatur. In Libro Danielis *Taxippum* vocari monet Colerus VORST. *Taxillo* videntur habere omnes MSS. Sed & praeterea plerique *Gymnasiarcho* exhibent, quod edebatur ante Pighium. similiter fere in MStis *gymnasiarcho* legitur infra. L. IX. 12. ext. 7. sic etiam apud Cic. L. IV. in Ver. 42. *Demoliendum praebuit Demetrius gymnasiarchus.*

[11] Jasonem Thessalum Persarum regi bellum inferre parantem, an satis justa ultio absumpserit, ambiguae aestimationis est. [13] Taxillo enim gymnasiarchae à quibusdam juvenibus pulsatum se conquesto permisit, ut aut tricenas ab his drachmas exigeret, aut denas plagas singulis imponeret. Quo posteriore vindicta uso, qui vapulaverant, Jasonem interfecerunt, animi, non corporis dolore poenae modum aestimantes. Ceterum parvo irritamento ingenui pudoris maximae rei expectatio subruta est: [14] quoniam opinione Graeciae tantum in spe Jasonis, quantum in effectu Alexandri reponitur. 2. Cic. de Off. 1, 9.

chus. Quemadmodum Graecis aeque Γυμνασίαρχος, quam Γυμνασιάρχης dicitur. De officio ejus vide Perizon. ad Aelian. L. II. Var. Hist. 6. etiam in addendis.

14. *Quoniam opinione Graeciae tantum in spe Jasonis, quantum in effectu Alexandri reponebatur*] MS. *reponitur*, quod praeferendum videtur: tunc enim nondum nihil in effectu Alexandri poterat reponi. Hoc vero modo sensus erit, Graecos etiamnum tam egregie judicare de Jasone, ut tantum ab eo sperandum fuisse putent, quantum praestiterit Alexander. PERIZON. *Reponitur* certe invenio exstare in MSS. tredecim. & Ed. Mog.

CAPUT XI.

DE IMPROBE DICTIS ET SCELERATE FACTIS.

ROMANORUM.

1. *Tulliae Ser. F. L. Superbi regis.*
2. *C. Fimbriae trib. pl.*
3. *L. Catilinae.*
4. *Magi Chilonis.*
5. *C. Toranii C. F.*
6. *Villii Annalis.*
7. *Uxoris Vettii Salassi.*

EXTERNORUM.

1. *Duorum fratrum Hispanorum.*
2. *Mithridatis regis.*
6. *Sariastris Tigranis regis F.*
4. *L. Aelii Sejani.*

[1] Nunc quatenus vitae humanae, tum bona, tum etiam mala substitutis exemplorum imaginibus persequimur, [2] dicta improbe, & facta scelerate referantur.

Un-

1. *Nunc quatenus vitae humanae cum bona, tum etiam mala substitutis exemplorum imaginibus prosequamur*] In manuscriptis, *quatinus persequimur.* Recte, ac praesentis temporis verbo, nam adverbium causale est, atque per tertiam vocalem scribitur in veteribus libris omnibus. Ut enim auctor est Festus, *Quatenus* significat, qua fine; non secus ac *hactenus*, hac fine: verum *quatinus* significat quoniam; sicut hoc loco, atque apud Juvenalem: *Quatinus hic non sunt nec vaenales elephanti.* PIGH. *Nunc quatenus vitae humanae.* Pighius legi vult *quatinus:* urgetque quod Festus scribit, *quatenus significare qua fine: at quatinus quoniam.* Et habet sane ita unus quoque cod, Brand. Alter tamen habet *quatenus.*

Est-

1. Ann. urb. 218. Livius I. Dionys. IV. Florus I. 6.

Unde autem potius, quam à Tullia ordiar? quia tempore vetustissimum, [3] conscientia nefarium, voce improbum ac monstri simile exemplum est. [4] Cum carpento veheretur, & is, qui jumenta agebat, succussis frenis constitisset, repentinae morae caussam requisivit; & ut comperit corpus patris Ser. Tullii occisi ibi jacere, [5] supra id vehiculum duci jussit, quo celerius in complexum interfectoris ejus Tarquinii veniret. Qua tam impia, tamque probrosa festinatione, non solum se aeterna infamia, sed ipsum etiam vicum [6] cognomine sceleris commaculavit.

2. Non tam atrox est C. Fimbriae factum & dictum: sed si per se aestime-

Estque res ambigua, nec magni momenti. Quod autem sive *quatinus* sive *quatenus*, idem quoque sit quod *quia*, *quandoquidem*, ejus exempla & alibi observantur. Horatius L. III. od. 24. *Quatenus, heu nefas, virtutem incolumem odimus.* Ad quem locum & Scholiasten vide, inter *quatenus* & *quatinus* itidem distinguentem. Suetonius Claud. 26. *Confirmavit pro concione, quatenus sibi matrimonia male cederent, permansurum se in coelibatu.* Plinius in epp. *Quatenus nobis denegatur diu vivere, relinquamus aliquid quo nos vixisse testemur.* VORST. Nonnulli MSS. sed pauciores, *quatinus* exhibent, alii *quatenus*. Consule Eruditos viros ad Flor. L. I. 5. 2. Et Acidalium ad Vell. L. II. 68. 4. qui *quatinus* scribendum, quando *quoniam* significat contendit. Mihi tamen promiscue a librariis scriptum videtur, ut in *protinus* & *protenus*, in quo etiam veteres Grammatici differentiam significationis frustra quaesiverunt.

2. *Dicta improbe, & facta scelerate*] Plerique MSS. praeferunt *dicta improba & facta scelerata*, ut in titulo *Dicta improba & facta scelerata* inscribunt. Sed & sic Edd. ante Pighium. Complures MSS. *Prosequimur.*

3. *Conscientia nefarium, voce monstri simile exemplum est*] In Cauchiano aliisque plenius, *voce improbum ac monstri simile.* PIGH. *Improbum ac* videtur glossema, quod intrusit ex malo libro Pighius. GUDIUS. Desunt certe illa in MSS. undecim. Sed Cop. & Leid. sext. *voce improbum monstri simile exemplum est.* unus *monstro.* certe conjunctionem minime desideres.

4. *Cum carpento veheretur*] In Susiano & Pulmanniano, *Quae cum carpento veheretur.* Magis aperte, nam exorditur istic narrationem. PIGH. *Cum carpento veheretur.* Pighius legi vult *Quae cum carpento veheretur.* Verum relativo illo nihil hic est opus. Et abest quoque ab utroque cod. Brand. VORST. Expuli illud *quae*, quod Pighio auctore infaustum huc intulerat pedem, reclamantibus omnibus MSS. praeter Ultraj. sec. & Ed. Mog.

5. *Supra idem vehiculum duci jussit*] Lege cum MSto. *supra id* & sic Asc. Ed. PERIZON. Sic alii MSS. duodecim, & typis ante Pighium expressi. cur cessassem revocare?

6. *Cognomine sceleris*] Dictus enim fuit *Sceleratus*, cum ante Ὄλϐιος fuisset, teste Dionysio. Ovidius in Ibin:

Infamemque locum sceleris quae nomine fecit,
Pressit & inductis membra paterna rotis.

Idem meminit VI. Fast. lege Livium Florum, Festum. COLER. *Ipsum etiam vicum cognomine sceleris commaculavit.* Vicus ille dictus postea fuit *sceleratus*, teste Livio & aliis. Ante vero videtur dictus fuisse *beatus.* Scribit enim Dionysius, dictum fuisse ὄλϐιον. VORST. Proculdubio mendose scribitur apud Dionysium Ὄλϐιος pro Ὄρϐιος, ut habet cod. Vatic. teste Hudsono ad Lib. IV. c. 40. & sic *ad Orbium clivum* pro *ad Virbium clivum* legendum esse apud Livium statuit summus vir J. Fr. Gronovius ad Lib. I. cap. 48. consule etiam Fam. Nardinum de Roma vetere Lib. IV. cap. 3.

7. *Scaevola*] In hoc exemplo Valerius de Scaevola loquitur, perinde atque non fuerit caesus Scaevola: cum contra ex II. Lucani libro, & ex ipsa Ciceronis oratione pro Sex. Roscio Amerino constet, caesum. GLAREAN. *Id egerat ut Scaevola in funere C. Marii jugularetur.* Ita legendum; non ut Pighius, & hunc secuti Colerus & Thysius edidere, *is egerat.* Habent ita veteres typis expressi Aldi & Chalcoc. itemque MSS. Brand. Nota phrasis est *id agere*, pro id meditari, id operam dare. Virgilius Ecl. IX. *Id quidem* ago

metur, utrumque audaciſſimum. Id egerat, ut [7] Scaevola in funere C. Marii [8] jugularetur. Quem poſtquam ex vulnere recreatum comperit, accuſare ad populum inſtituit. Interrogatus deinde, [9] *quid de eo ſecus dicturus eſſet, cui pro ſanctitate morum ſatis digna laudatio reddi non poſſet*, reſpondit, *ſe objecturum illi, quod parcius corpore telum recepiſſet.* [10] Licentiam furoris aegrae reipublicae gemitu proſequendam! Ann. urb. 667. Cic. pro S. Roſc. 12.

L. vero Catilina in ſenatu M. Cicerone incendium ab ipſo excitatum dicente, *Sentio*, inquit: *& quidem illud* [11] *ſi aqua non potuero, ruina extinguam.* [12] Quem quid aliud exiſtimemus, quam conſcientiae ſtimulis actum ſimulacrum à ſe inchoati parricidii peregiſſe? 3. Ann. urb. 690. Salluſt. Cat. 31. Cic. pro Mur. 25.

Con-

ago & tacitus, Lucida, mecum ipſe voluto. Nepos XIV. 6. 6. *Illi cum quid ageretur ignoraretur.* Vide & Indicem in Nep. à nobis locupletatum, v. *agi.* VORST. *Id egerat* habent etiam ex noſtris MSS. minimum novem. *Is egerat* tamen Ed. Mog.

8. *Jugularetur*] Videndum an ita etiam apud Ciceronem ſit legendum Orat. pro Sex. Roſcio. inde enim ſumpſit Valerius. COLER. Apud Ciceronem ſcil. legitur *vulneraretur*, quod non ſollicitandum eſt. vide Hotoman. ad Cic. pro Sex. Roſcio cap. 12.

9. *Quid de eo ſecus dicturus eſſet, cui pro ſanctitate morum ſatis digna laudatio reddi non poſſet*] *Secus* iſtic per ſe poſitum ſignificat idem quod, non recte, ex vulgata quippe antiquis formula. *Recte ac ſecus.* Cicero Piſoniana. Itaque ſemper malae ſignificationis eſt, ſi boni quid opponatur: & è contra. PIGH. *Quid de eo ſecus dicturus eſſet. Secus* idem quod *male, non recte*. Suetonius Tib. 2. *Multa multorum Claudiorum egregia merita, multa ſecus admiſſa in Remp. extant.* Ad quem locum vide Notas Caſauboni. Saluſtius, *Si ſecus accidat huic reip.* VORST. Conſule etiam J. Fr. Gronov. ad Liv. L. VII. c. 6.

10. *O licentiam*] *O* abeſt a MSS. & Edd. ante Pighium; more Valerii, quem ſaepe vidimus.

11. *Si aqua non potuero*] Cop. cum tribus aliis, *ſi aqua non potero.* quod forſan non ſpernendum.

12. *Quem quid aliud exiſtimemus, quam conſcientiae ſtimulis actum, ſimulachrum à ſe inchoati parricidii peregiſſe?*] Locus gloſſemate turpiter conſpurcatus. *Actum inchoati parricidii* dixit eleganter Valerius, e fabulis theatralibus ſumpta tranſlatione, ut Cicero Verrina III. *Itaque primum illum actum iſtius vitae turpiſſimum praetermittam.* Et alibi, *Quartum actum improbitatis vocat praeturam* Verris Sicilienſem, in qua graviter perſonam quoque ſuam egerit, non ſecus ac primum in quaeſtura, ſecundum in legatione, & tertium in praetura. eodem modo quam pulcherrime Valerius Catilinam *conſcientiae ſtimulis, actum inchoati à ſe parricidii peregiſſe dicit.* Quamvis enim non reipſa, voluntate tamen conceptam à ſe tragoediam peragere non deſtitit. Gloſſographus aliquis locum interpretari volens, ſcripſit *actum, id eſt, ſimulachrum.* Quam vocem deinde contextui librariorum imperitia adjunxit, unde omnino expungenda eſt, quandoquidem in veteribus libris non reperiatur; in quibus ita legimus, *Quem quid aliud exiſtimemus, quam conſcientiae ſtimulis actum à ſe inchoati parricidii peregiſſe.* PIGH. *Conſcientiae ſtimulis actum ſimulacrum à ſe inchoati parricidii peregiſſe.* Ita omnino cum Aldo & Chalcoc. legendum: nec *ſimulacrum* poteſt abeſſe. Pighius male id expunxit, quod in quibuſdam codd. non reperiſſet. Ceterum *ſimulacrum à ſe inchoati parricidii peregiſſe* Catilinam dicit, quod is dixit, ſentire ſe incendium à ſe excitatum; idemque ſi aqua non poſſet, ruina extincturum. VORST. An ſcribendum? *Quem quid aliud voluiſſe exiſtimemus, quam conſcientiae ſtimulis actum a ſe inchoatum parricidium peracturum.* GUDIUS. *Quem quid aliud exiſtimemus quam conſcientiae ſtimulis, actum a ſe inchoati parricidii peregiſſe.* Expoſitio horum verborum quam Pighius adfert neque Vorſtio, neque mihi ſatisfacit. Catilina potuiſſet dici *peregiſſe actum parricidii a ſe inchoati*, ſi optato eventu rem geſſiſſet; ſi parricidium a ſe inchoatum ad finem perduxiſſet.

 Quid

4. Ann. urb. 707. Cic. ad Att. XIII. Sulpicius Ciceroni Lib. IV. fam. Livius 115.

Consternatum etiam [13] Magii Chilonis amentia pectus: qui M. Marcello datum à Caesare spiritum sua manu eripuit. [14] Vetus amicus & Pompejanae militiae comes, indignatus aliquem amicorum ab eo sibi praeferri. Urbem enim à Mitylenis, quo se contulerat, repetentem in Atheniensium portu pugione confodit, protinusque ad irritamenta vesaniae suae trucidanda tetendit; amicitiae hostis, divini beneficii interceptor, publicae religionis, quod ad salutem clarissimi civis recuperandam attinuit, [15] acerba labes.

5. Ann. urb. 710. App. Civil. IV. Oros. VI. 18.

Hanc crudelitatem, cui nihil adjici posse videtur, [16] C. Toranius atrocitate parricidii superavit. Namque triumvirum partes secutus, proscripti patris sui, praetorii & ornati viri, latebras, aetatem, notasque corporis, quibus agnosci posset, centurionibus edidit, qui eum persecuti sunt. Senex de filii magis vita, & incrementis, quam de reliquo spiritu suo solici-

Quid ergo? Vorstius ex Aldo & Chalcocon. interponit *simulachrum.* quasi conscientiae stimulis actus peregerit his verbis simulacrum parricidii a se inchoati. Sed, si quid video, voluit auctor, illum his verbis *inchoasse parricidium*, & publice id professum. Tum in omnibus codd. abest vox *simulacrum.* neque Pighius neque Vorstius in suis vidit, haud dubie eorum auctoritate suam sententiam confirmaturus, si in iis invenisset, neque ego in MS. Copesiano. & videtur ab editoribus ad supplendum sensum esse confictum. quod si eo modo facere liceat. mallem *reum se inchoati parricidii peregisse.* Sed videndum an non vulgata lectio nullo additamento indigeat, & tantum expuncta una literula praepositione *a* legendum sit. *quam conscientiae stimulis actum se inchoati parricidii* (reum) *peregisse.* sic *agere furti* Cic. VII. Fam. 22. sic simpliciter *peragere aliquem* VIII. Fam. Ep. 8. intelliges autem reum. *pluribus me peregisse quam pro patriae sermone brevitatis me fateor.* Liv. XXXI. *admonere societatis*, Liv. XXXII. 21. init. *quia male administratae provinciae aliorumque criminum urgebatur*, Tac. Ann. 6. 29. *Furti agere, sepulchri violati agere.* vide Ant. August. Emend. p. 66. *Pecuniae judicatus* Liv. XXIII. 14. Vide ibi Gron. *Quantae summae damnatus fuerat.* Liv. XXXVIII. c. 60. *Falsi damnatus.* Tac. Ann. 12. 55. 2. Flor. I. 26. *Suspectum regiae dominationis.* & ibid. *Plerosque debitorum liberavit.* Liv. XLI. 19. *Senatus nec liberavit ejus culpae regem, nec arguit.* Ter. in Eun. 4. 7. *Hic quidem se furti alligat.* sic *arcessere* cum gen. Tac. IV. 29. I. *postulari* IV. 30. 3. supra VI. 2. 4. *ita eodem judicio duos sustinuit reos. accusatione Manilium, libertate Pompejum, & eorum alterum lege peregit, alterum professione, qua sola poterat.* Ovid. Ponto IV. 6. 30. *Posse tuo peragi Vix putet ore reos.* Plin. III. Ep. 9. *Marium una civitas publice, multique privati reum peregere.* sic *reum perago.* Liv. IV. 42. *cum lege quid peragitur* Varro de L. L. p. 50. *Caeterorum criminum receptus est reus, neque peractus ob mortem opportunam.* Tac. ann. IV. c. 21. 5. *Peragere reum* supra V. 4. 4. vide ibi Pighium omnino. Florus de eodem. *Seque palam professus incendium suum exstincturum ruina minaretur.* PERIZON. MSS. habent vel, *quam conscientiae stimulis actum a se inchoatum parricidium peregisse.* vel, *quam conscientiae stimulis actum a se inchoati parricidii peregisse.* Prius quidem pauciores, quod mihi tamen ab ipso Valerio profectum videtur. Hoc sensu, quantum abesse censebimus, ut non peregerit Catilina parricidium a se inchoatum, dum actus stimulis conscientiae, ita sibi decretum parricidium profitetur. nam τὸ *inchoatum* & *peregisse* nimis manifeste opposita mihi videntur, quam ut dubitari possit. Idem igitur est ac si parricidium peregisset, quod sibi propositum fuisse stimulis conscientiae actus ita palam profitebatur, aeque sceleratus inchoato, ac fuisset peracto parricidio. sic infra Ex. 6. *Bis parricida consilio prius, iterum spectaculo.* & Ex. 7. *Quem latentem uxor interficiendum, quid dicam tradidit, an jugulavit?* *Quan-*

citus, *an incolumis esset*, & *an imperatoribus satisfaceret*, interrogare eos coepit. E quibus unus: *Ab illo*, inquit, *quem tantopere diligis*, *demonstratus*, *nostro ministerio*, *filii indicio occideris:* protinusque pectus ejus gladio trajecit. [17] Collapsus itaque est infelix, auctore caedis quam ipsa caede miserior.

[18] Cujus fati acerbitatem L. Villius Annalis sortitus. [19] Cum in campum ad quaestoria comitia filii descendens, proscriptum se cognosset, ad clientem suum confugit. Sed ne fide ejus tutus esse posset, scelere nefarii juvenis effectum est. Siquidem per ipsa vestigia patris militibus ductis, occidendum eum in conspectu suo objecit: bis parricida, consilio prius, iterum spectaculo. 6. Ann. urb. 710. App. Civil. IV.

Ne Vettius quidem [20] Sallassus proscriptus parum amari exitus; [21] quem latentem uxor interficiendum, quid dicam, tradidit, an ipsa jugulavit? Quanto enim levius est scelus, cui tantummodo manus abest? 7. Ann. urb. 710. App. Civil. IV.

Ex-

Quanto enim levius scelus est, cui tantummodo manus abest. prorsus sententiae hujus loci convenienter.

13 *Magii Chilonis*] Cicero P. Magium Chilonem appellat. Edit. Venet. *Cilonis* habet. Sed diversa sunt Chilo & Cilo. Festus: *Chilo dicitur cognomento à magnitudine labrorum. Cilo sine aspiratione, cui frons est eminentior.* Ergo iidem Chilones cum Labeonibus, dicti ἀπὸ τοῦ χείλεος. Glossae veteres: *Cillo* προκέφαλος. COLER.

14. *Vetus amicus & Pompejanae militiae comes*] In quatuor exemplaribus ita, *Vetus etiam Pompejanae militiae comes*, in quibus vox *amicus* non extat, & abesse potest salva sententia. PIGH. *Vetus amicus & Pompejanae militiae comes.* Pighius cum in aliquot cod. reperisset *vetus etiam Pompejanae mil. comes*, τὸ *amicus* audacter expunxit. At veteres typis expressi illud habent, & Brandeburgensium item MSS. unus. Alter etsi non habet, tamen nec habet *etiam*, sed potius *&*: ut satis appareat aliquid excidisse. Quid quod *etiam* huic loco nec aptum est? At *amicus* aptissimum est, & consentaneum ei, quod mox sequitur *amicitiae hostis.* VORST. MSS. septem *vetus amicus & Pompejanae militiae comes.* tres *vetus & Pompejanae.* unus *vetus enim Pompejanae.* Male & ego a Pighio locum interpolatum fuisse arbitror.

15. *Acerba labes*] Alii, *clades.* Legerim: *Acerba lues.* COLER. *Clades* unus Duac. *Labes* nostri retinent. *lues* Ascens. Ed.

16. *C. Toranius*] Nonnulli *Turanius*, item *Curanius.* Harl. *Gneius Turanius.* complures *triumvirorum.*

17. *Collapsus itaque est infelix, auctore caedis, quam caede ipsa miserior*] MS. addit non inconcinne, *pater*, in quo magna emphasis est. Erat enim proprie *infelix pater*, qui talem haberet filium. PERIZON.

18. *Cujus facti acerbitatem L. Tullius Hannalis sortitus, cum in Campum*] In manuscriptis, *Cujus fati acerbitatem L. Villius Annalis sortitus. Qui cum in Campum quaestoria*, &c. Recte. PIGH. *L. Villius Annalis.* In libro Daniel. *L. Julius Annalis.* COLER. *Cujus fati acerbitatem L. Villius Annalis sortitus.* Idem plane fatum est, nisi quod adhuc gravius. videtur igitur omnino legendum vel *ejusdem*, vel *cujus etiam* vel *quoque fati.* PERIZON. Ante Pighium fere legebatur *cujus facti.* Sed *fati* habent MSS. & Mog. iidem fere *L. Tullius Annalis.* Leid. quint. *L. Julius. Villius* videtur esse in Paris. prim. Vide Pighii Ann. A. DCCX. tres MSS. *sortitus fuit.*

19. *Qui cum in campum*] *Qui* deest in MSS. decem, & denuo huc intrusum est a Pighio, ut supra ex I. & alibi. pro *cognosset*, complures habent *cognosceret*, cum olim editis, Harl. *cognovisset.* Ultraj. sec. tamen cum Ed. Mog. *cognosset.*

20. *Sallassus*] MSS. nonnulli *Fallassus.* unus, *Filassus.* item *Falapsus.*

21. *Quem uxor latentem interficiendum, quid dicam, tradidit, an ipsa jugulavit*] Mihi elegantius videtur abesse τὸ *quid dicam*, vel saltem τὸ *quid.* PERIZON. Si distinguas cum vetustio-

Externa.

I. Ann. urb. 547. Livius XXVIII. Illud autem facinus, [22] quia externum, tranquilliore affectu narrabitur. Scipione Africano patris & patrui memoriam gladiatorio munere Carthagine Nova celebrante, duo regii filii nuper patre mortuo in arenam processerunt: pollicitique sunt *ibi se de regno proeliaturos, quo spectaculum illud illustrius pugna sua facerent.* Eos cum Scipio monuisset, [23] *ut verbis, quam ferro dijudicare mallent, uter regnare deberet*; ac jam major natu consilio ejus obtemperaret: minor corporis viribus fretus, in amentia perstitit. Initoque certamine, pertinacior impietas fortunae judicio morte multata est.

2. [24] Mithridates autem multo sceleratius, qui non cum fratre de paterno re-

floribus Pighio. *Quid dicam? tradidit, an jugulavit?* facilius feras adesse & *dicam*, & ipsum, *quid*. De *dicam*, dubitari non potest. adeo illud est frequens in λήκυθίῳ. MSS. hic servant utrumque.

22. *Quia externum tranquilliore*] Complures MSS *Quia externum est; tranquilliore affectu narrabitur.* Mox pro *duo regii filii.* MSS. undecim, *duo regis filii.* Quod certe nihilo est deterius. utrumque habet etiam Ed. Mog. observa interea fuisse *fratres patrueles Corbim & Orsuam*, Liv. Lib. XXVIII. cap. 21.

23. *Ut verbis contendere quam ferro dimicare mallent, uter regnare deberet*] Veteres libri habent, *Uti verbis quam ferro dijudicare mallent.* Eleganter. *Dijudicare* enim istic quod barbari Gallica voce dicunt appunctare. Sic Cicero ad Atticum Lib. XIV. *Nostras contentiones respublica dijudicabit.* Idem de Finib. III. *Eamque controversiam dijudicabis.* PIGH. *Ut verbis quam ferro dijudicare mallent.* Aldus ediderat, *Ut verbis contendere quam ferro dimicare mallent.* Sed alteram lectionem observavit Pighius in MSS. Et habet quoque eam uterque cod. Brand. nisi quod in uno est *dijudicari.* Sed & veteres typis expressi Chalcocondylae & Martini Herbip. sic habent. VORST. *Ut verbis, quam ferro dijudicare mallent.* MS. *ut verbis quam ferro dimicare.* omisso τὸ *mallent.* & sane Aldus quoque in suo cod. invenit *dimicare.* Ita enim edidit. Sed credo illum *contendere* de suo addidisse, quum *dimicare verbis* non recte diceretur, cum tamen haec *militia togata* vocetur. VII. 7. 1. certe *dijudicare* locum non habet, & deberet utique legi, ut est in uno Brandeb. *dijudicari.* illi enim non erant dijudicaturi, sed Scipio. Legendum igitur puto *dimicare.* Forte etiam omisso τῶ *mallent. Eos cum Scipio monuisset verbis quam ferro dimicare.* intellecto *potius* quod saepe fit. supra V. 3. 5. *de paternis bonis in foro dimicans.* Liv. IV. 13. *se aetate exacta tantae dimicationi obtinerent.* & L. XXII. c. 25. *Ne praesens de jure imperii dimicaret.* scil. in concione apud populum. & sic *claris majoribus quam vetustis*, Tac. Ann. IV. c. 61. 1. vide Gronov. ad Liv. L. V. c. 21. sic forte apud Florum de Carthaginiensi bello tertio. PERIZON. *Contendere* certe delent plerique MSS. praeter Ultraj prim. Porro tres Leid unus Ultraj. & Harl. habent *dimicare.* Ultraj. prim. *dimicari* Leid. tert. *decernere, l. dimicare, l. judicare.* Leid. quart. *dijudicari.* Mihi quidem non dubium videtur, quin auctoris sit. *Ut verbis, quam ferro, dimicare mallent.* ipsum enim, quod quaesivit, acumen est in verbo *dimicare.* Ceterum *mallent* MSS. retinent. Inter exc. Duac adscriptum. Cic. ad Att. *Resp. nostras controversias dijudicabit.* Idem de Fin. *Eandem controversiam tu dijudicabis.*

24. *Mithridatis autem multo sceleratius*] Ita omnino legendum; non, ut Pighius & alii ediderunt *Mithridates.* Nullum enim verbum hic apparet ad quod nominativus *Mithridates* referri possit. Si vero legas *Mithridatis* subaudiri potest *facinus*, quod initio proximi superioris exempli apparet. Et nequis dicat in nullo cod. ita scriptum reperiri, reperi ego in uno cod. Brandeburgensi; & ante me Phil. Ru-

regno, sed cum ipso patre bellum de dominatione gessit: [25] in quo qui aut homines ullos adjutores invenerit, aut deos invocare ausus sit, [26] prae admiratione haereo.

Dion. XXXVII. Eutr. Oros. de Pharnace Mithridatis filio.

3.

Quanquam quid hoc, quasi inusitatum illis gentibus miremur? cum [27] Sariaster adversus patrem suum Tigranem Armeniae regem, ita cum amicis consenserit, ut omnes dexteris manibus sanguinem mitterent, atque eum [28] invicem sorberent. [29] Vix ferrent pro salute parentis tam cruenta conspiratione foedus facientem.

4.

Sed quid ego ista consector, aut quid iis immoror, cum [30] unius parricidii cogitatione cuncta scelera superata cernam! Omni igitur impetu mentis, omnibus indignationis viribus, ad id lacerandum pio magis quam va-

Ann. urb. 783. Dion. LVII. Tacit. v Suet. Tiber. Vell. & alii.

Rubenius in pluribus. Vide Electorum ejus Lib. I. c. 19. Sed quia idem facinus Dio & alii non Mithridati, sed filio ejus Pharnaci tribuunt, idem Rubenius putat vocem excidisse, & legendum esse *Mithridatis F. autem*. ita enim solitos fuisse signare. VORST. *Mithridatis autem multo sceleratius; qui &c.* Indignum profecto Valerii interprete flagitium est Vorstii, hic omnino legendum esse contendentis, *Mithridatis*. scil. quia verbum deest, quo nominativus ille referatur, & in uno cod. Brandeb. ita invenerit. habet igitur alter cum vulgatis *Mithridates* quomodo & ego in Copesiano inveni. & omnino ita legendum est. Solet enim Valerius saepissime initio exempli verbum aliquod intelligere, *egit* scil. vel *se gessit*. vide me omnino supra ad VII. 2. ext. 2. PERIZON Idem Vir Cl. in margine codicis sui adscripsit. Rubenius Elect. I. 19. in libris priscis vidisse se ait *Mithridatis autem*, unde legendum conjicit *Mithridatis F. autem* i e. Filius. Malim ego alio ordine. *Mithridatis autem filius*. & paulo inferius. Forte fuit alius Mithridates. Haec ibi. Nescio an *Mithridatis* in ullo nostrorum exstet, si Leid. sext. excipias.

25. *In quo, qui autem homines ullos adjutores invenerit*] MSS. undecim & Ed. Mog. cum Ven. *in quo quis aut homines* &c. Leid. quart. omittit *quis*.

26. *Pro admiratione habebatur*] In manuscriptis quibusdam, *Prae admiratione habet*. Mendose. In Campensi, *haeret*. In Susiano & Pulmanniano, pro *habet* vel *haeret* legimus, *non diffinio*, quod glossema videtur esse. Forte scribendum, *Prae admiratione haereo*. PIGH. *Prae admiratione haereo*, plerique codd. *pro admiratione habetur*. An *prae admiratione ambigitur?* an *praecipuam admirationem habet*. sic *odium habere* dicitur res, quae odio est apud Petron. PERIZON. Uterque Ultraj. Leid. quatuor, & Gudian. tres *pro admiratione habetur*. Bit. prim. *latet*. Paris. prim. *non definio*. An *pro admiratione* habetur, hic significat, *habetur pro re admiranda, miraculi plena?*

27. *Sariaster*] Fabricius Lib. II. Bibl. Graec. cap. 19. p. 639. corruptum hoc pronunciat; & legendum *Artabazes*.

28. *Invicem sorberent*] Ita rectum puto, licet Lib. Dan. habeat: *Solverent*. Tacitus in simili re: *levi ictu cruorem eliciunt atque invicem lambunt*. COLER. Vide Borrem. p. 199. init. Schott. Obs. III. 10. Putsch. ad Sall. c. 22. & omnino Min. Fel. cap. 30. PERIZON. *Solverent* pro *sorberent* in multis est MSS. Sed haud dubie male. Bit. prim. *in mortem solverent*, pro *invicem sorberent*.

29. *Vix ferrent illi*] Barthius legebat *Vix ferrent alii*. in Excerptis Duac. adduntur haec. *Vix ferrent illi*. Qui *illi?* abest haec vox a chartaceo, lege igitur, *vix ferrem pro salute &c.* Haec ille. Aliquot MSS. pro eo quem *vix ferrent*. *Illi* deest in MSS. minimum decem & Edd. ante Pighium. Placet valde emendatio Gronovii *vix ferrem*. Quamvis τὸ *alii* quod Barthio in mentem venit, etiam Pighiano *illi* praetulerim, hoc enim nauci est. Quare expunxi auctoritate MSS.

30. *Unius parricidii cogitatione*] Tiberium intellige, quem Sejanus voluit interficere. Suet. in Tiberio, Dion. Lib. LVII. Tacitus Lib. V. Josephus Lib. XVIII. cap. 13. etsi in Augu-

 stum

valido affectu rapior. 31 Quis enim amicitiae fide extincta genus humanum cruentis in tenebris sepelire conatum, profundo debitae execrationis satis efficacibus verbis adegerit? Tu videlicet 32 efferatae barbariae immanitate truculentior 33 habenas Romani imperii, quas princeps, parensque noster salutari dextera continet, capere potuisti? 34 Aut te compote furoris, in suo statu mundus mansisset? 35 Urbem à Gallis captam, & trecento-

stum etiam multi conjurarunt, Dion, Tacitus, Seneca, Paterc. CORRAD. Male Brodaeus Misc. II. 27. ad *Cinnam*, qui contra Augustum conjuraverat haec refert. Vide Bernec. ad Suet. c. 19. PERIZON.

31. *Quis enim amicitiae fide extincta genus humanum cruentis in tenebris sepelire conatum*] Intelligit sine dubio Aelium Sejanum, qui, cum amicus Tiberii & arcanorum ejus particeps fuisset, subito in summum ejus odium incidit. Et apparet hinc, Valerium post Vellejum Paterculum scripsisse. hic enim Sejano utpote adhuc superstiti valde adulatur. VORST.

32. *Efferatae barbariae immanitate truculentior*] Ultraj. sec. Leid. sext. Bit. prim. & Harl. *Efferata barbariae immanitate truculentior.*

33. *Habenas Romani imperii*] MS. *indigi imperii* id est *indigeni*. non male. sic enim supra saepissime habuimus *alienigenus*. vide quae notaveram ad IV. 6. Ext. I. intelligit autem *indigenum imperium* urbis Romae & Italiae, mox enim sequitur de toto mundo; nempe qui erat subjectus imperio Romano. ut dicat eum neque Romae imperare, neque toti mundo posse. *Romanum* opponit satis magnifice *caetero mundo*. PERIZON.

34 *Haud te compote furoris in suo statu mundus mansisset*] In Atrebatensi atque etiam Gemblacensi eleganter haec per interrogationem, *Aut te compote furoris in suo statu mundus mansisset?* Sic Terentius in Eunucho. *Aut ego nesciebam quorsum tu ires?* PIGH.

35. *Urbem à Gallis captam, & trecentorum inclytae gentis virorum strage foedatam, Alliensem diem*] In veteribus libris habemus, *strage foedatum, Alliensem diem*, recte dispunctatis locis; licet mendose scriptum sit, *strage foedatum*, cum debeat scribi, *stragem foedam*. Constat enim ipsum loqui velle non de Alliensi proelio sed Cremerensi. in quo trecenti ejusdem gentis nobiles Fabii cecidere. Legendum itaque existimo, *Urbem à Gallis captam, & trecentorum inclytae gentis stragem foedam, Alliensem diem & oppressos in Hispania Scipiones, Trasimenum lacum, & Cannas, &c.* Omnes enim istic insigniores populi Romani clades bello acceptas enumerat, quas una furiosa cogitatione Sejanum repraesentasse atque vicisse dicit. Verum ut lectori studioso scopum hujus exempli clarius aperiam, quem minus attigisse commentatores video, cognoscimus ex historia Valerium hoc loco invectivae suae mucronem stringere adversus L. Aelium Sejanum Tiberio Caesari prius familiaritate conjunctissimum, sed postea ob suspiciones inimicum factum. Quem principis amicitia illustrem fecerat, atque ad summos honores evexerat, adeo ut ejus natalis publice velut Caesaris celebraretur, statuae omnis generis atque etiam aureae passim ab omnibus ponerentur, colerenturque, utque tandem apud senatum, omnemque populum majore in auctoritate, quam ipse Tiberius esset. Itaque nimis exaltatum, jamque metuendum, astu ac dolo subvertit; spe etenim affinitatis, atque tribunitiae potestatis objecta deceptum, nihilque sinistri suspicantem subito aggressus, velut res novas adversum rempublicam atque se molientem, longa & criminosa epistola è Capreis (ubi tum manebat Tiberius) ad senatum scripta infensissime accusavit. Sejanus mox ab omnibus desertus jussu senatus in carcerem raptus cum omni stirpe ac familia occiditur. Cadavera triduo publice ludibrio habita, demum in Tiberim projecta sunt, & acerba inquisitio contra ejus familiares & amicos est instituta. Ipsius nomen non diu antea consulis, tamquam pop. Rom. hostis è fastis ac monumentis publicis erasum, statuae passim dejectae atque conflatae, atque memoria decreto senatus abolita est. Illudque in causa, quod Valerius eum non nominet, licet acerbe in ipsum, Tiberio placere cupiens, invehatur. Ideoque etiam non velut civem inter domestica sceleratorum exempla, sed velut hostem inter peregrinos, & externos extremo loco collocat. Igitur ex his etiam animadver-

torum inclytae gentis virorum ſtrage foedatam, Allienſem diem, & oppreſſos in Hiſpania Scipiones, Thraſymenum lacum, & Cannas, 36 bellorumque civilium domeſtico ſanguine madentem Aemathiam, amentibus propoſitis furoris tui repraeſentare, & vincere voluiſti. Sed vigilarunt oculi deorum: 37 ſidera ſimul vigorem ſuum obtinuerunt: arae, pulvinaria, templa

vertere eſt, eodem anno quo Sejanus occiſus, Valerium hunc librum nonum conſcripſiſſe. PIGH. *Stragem foedam.* Stragem illam trecentorum & ſex Fabiorum intelligit. Sed in libro Danielis longe aliter hic locus habetur: *Trecentorum inclytae gentis virorum ſtragem, foedatum Allienſem diem.* Et paulo poſt: *Domeſtico ſanguine madentem Aemum.* Non abſurde. COLER. *Foedatum Allienſem diem.* Ita legendum arbitror. Habentque ita multi codices, inque his uterque Brand. Aldus ediderat *ſtrage foedatam*; quaſi *foedatam* ad illud quod praecedit *urbem* pertineret. Quod cum minus recte ſe habere agnoſceret & Pighius, maluit is legere *ſtragem foedam.* Verum vel ipſe poſitus verborum argumento eſt conjecturam Pighii eſſe nihil. Scripſiſſet potius Valerius, ſi quidem id voluiſſet, *foedam trecentorum inclytae gentis virorum ſtragem.* *Allienſis dies* eſt quo Romani apud Alliam fluvium à Gallis bis caeſi fugatique ſunt. Unde ipſe fluvius Allia Ovidio *flebilis* & *gravis* appellatur. Ceterum & dies ille quo Romani magna iſta clade affecti ſunt, inter *nefaſtos*, id eſt, atros & inauſpicatos, numeratus. Quodque dies ille inter nefaſtos numeratus fuit, ea cauſa videtur eſſe quod eundem noſter *foedatum* appellat. VORST. *Urbem a Gallis captam, & trecentorum inclytae gentis virorum ſtrage foedam, Allienſem diem &c.* ita Pigh. ex conjectura, quum Aldus edidiſſet *ſtrage foedatam.* quomodo & MS. Copeſianus. Caeteros fere omnes habere *ſtrage foedatum* teſtatur Pighius & Vorſtius, qui id recepit. Sed quis credat Valerium ignoraſſe Allienſem diem tam celebrem, ut exiſtimaret illic cecidiſſe trecentos Fabios, niſi igitur legere malis *ſtrage foedatam* & referre ad urbem, ut quae foedata ſit ſtrage Fabiorum, licet non illic caeſi ſint, quod etiam videtur ſuadere copula *&*, qua auctor noſter ſemper duas clades conjunxit, ut mox *Allienſem diem, & oppreſſos Scipiones. Thraſimenum lacum & Cannas*, niſi inquam ita malis, ut mihi ſane videtur faciendum, omnino mihi probanda videtur conjectura Pighii, nec eo rejicienda, ut inepte facit Vorſtius, quod *foedam* ultimo loco non primo poſitum invenitur. Forte, *foedatam* & ad luctum & ad habitum luctus referri poteſt, nec enim ſolet Valerius ſemper adeo proprie loqui. PERIZON. Plerique MSS. habent quidem *ſtrage foedatum*; tres Leid. tamen *foedatam* cum Pariſ. prim. quod bene defendiſſe judico Perizonium. Rectius profecto *urbs foedata ſtrage*, quam, *dies Allienſis foedatus* non addito ablativo. & quod de duabus cladibus per copulam ſubinde connexis obſervavit Vir Cl. id omnem ſcrupulum eximere videtur; itaque antiquarum Edd. ſcripturam reſtitui.

36. *Bellorumque civilium domeſtico ſanguine manantes furores*] Wincheliani codicis unam lectionem hic praeferendam autumo: Quae haec eſt, *Bellorumque civilium domeſtico ſanguine madentem Aemathiam.* Notat enim utramque bellorum civilium procellam quae in Macedonia olim Aemathia appellata detonuit, primum in Pharſalicis campis, auctore Caeſare; deinde in Philippicis, duce Auguſto. PIGH. *Bellorum civilium domeſtico ſanguine madentem Aemathiam.* Ita Pighius ex cod. Wincheliano reſcribendum putavit; ut per *madentem Aemathiam* intelligatur Macedonia, quae olim *Aemathia* dicta, & in qua ingentes illae pugnae, una inter Pompejum & Caeſarem in campis Pharſalicis, altera inter Octavium & Brutum in campis Philippicis, commiſſae ſunt. Ad codicem illum Winchelianum proxime accedit codex P. Danielis in quo, ut Colerus teſtatur, legitur *Domeſtico ſanguine madentem Aemum.* Alii codices tam MSS. quam typis expreſſi habent, *domeſtico ſanguine manantes furores:* quod ſane nihili eſt. VORST. Bit. prim. *Madentes furores Emathiam amentibus propoſitis.* Leid. tert. *Madentem hemtiam l. madentes furores.* Leid. quint. *Medentem Emathiam amentibus propoſitis furoris tui.* Ultraj. ſec. *Manantem furorem.* Adſcripſit Perizonius *furores furore.* Florus *periculoſiſſimum bellum periculo explicavit* Lib. I. haec ille. Caeterum, ut verum fatear, nimis antiquum aut poeticum mihi videtur illud *Emathiam* & ortum ex eo, quod ſequitur *amentibus*, vel a gloſſatore locum adſignante.

pla praesenti numine vallata sunt: nihilque quod [38] pro capite Augusti, ac patria excubare debuit, [39] torporem sibi permisit. [40] Et in primis auctor, ac tutela nostrae incolumitatis, ne excellentissima merita sua totius orbis ruina collaberentur, divino consilio providit. [41] Itaque stat pax, valent leges, sincerus privati ac publici officii tenor servatur. Qui autem haec vio-

te: *Furores manantes domestico sanguine* videtur, intelligere, auctores bellorum civilium furore instinctos, quos amenti & majori etiam furore percito Sejano opponit. Et quoties vidimus, ita adjuncta pro subjectis poni? Vel hoc ipso capite Ext. 1. *pertinacior impietas fortunae judicio morte multata est.* Pro homine pertinacius impio. & centies alibi. *Furores* igitur, quamquam audacius, dixit, pro *furiosos auctores.*

37. *Sidera suum vigorem obtinuerunt*] In Wincheliano, *Sidera simul vigorem suum obtinuerunt.* Atque haec dicere videtur, quod futurorum praesagus, & peritus matheseos fuerit Tiberius: PIGH. *Τὸ simul*, quod in textum immisit Pighius, abest ab omnibus nostris MSS. itaque delevi non necessarium, imo incommodum, nisi addatur aliqua conjunctio.

38. *Pro capite Augusti*] Forte *pro capite Augusto.* PERIZON.

39. *Torporem sibi permisit*] Elegantius in Susiano, & Pulmanniano, *Torpere sibi permisit.* PIGH. *Nihilque quod pro capite Augusti ac patria excubare debuit, torporem sibi permisit.* Quia *Augustus* hic nominatur, putarunt quidam ad Octavium Augustum haec pertinere. Verum ad ipsum Tiberium quomodo nomen Caesaris, ita & Augusti translatum fuisse notum est. Pro *torporem sibi permisit*, quod in utroque cod. Brand. & antiquioribus typis expressis est, Pighius ex cod. Susiano & Pulmanniano legi maluit *torpere sibi permisit.* VORST. Quod in Susiano & Pulmanniano invenit Pighius, video etiam exstare in Leid. quinto. reliqui *torporem sibi permisit*; *Torpere* an recte Pighius praetulerit dubito.

40. *Et in primis auctor ac tutela nostrae incolumitatis Jupiter*] Vox *Jupiter*, in melioribus exemplaribus non habetur, & profecto scioli alicujus commentum est. Non *Jovem* enim istic, sed *Tiberium*, cui semper adulatur, auctorem ac tutelam publicae incolumitatis appellat. PIGH. Abest vox *Jupiter* etiam a meliore parte nostrorum codicum, ut & Ed. Mog. Recte Pighius vidit *Tiberium* intelligi. Perizonius maluit, *sed imprimis auctor ac tutela.* Pro *excellentissima merita*, mox Copes. Leid. sext. habent, *excellentissima opera.*

41. *Itaque stat pax*] MS. *Constat pax*, quod mihi praeferendum videtur. PERIZON.

42. *Subvertere*] Alii: *Subruere.* Rectius. Glossarium: *Subrugo* ὑπορύσσω. lego *subruo.* COLER. Imo *tentavit subvertere*, scripti omnes retinent.

43. *Omni cum stirpe sua pop. Romani viribus obtritus*] In Campensi, *lapidibus obtritus.* Puto legendum esse *pedibus obtritus.* Diximus enim triduo jacuisse in publico Sejani filiorumque occisorum cadavera ludibrio vulgi exposita. Et pulcherrime his Valerii verbis consonant Juvenalis poëtae versus Satyra x. ubi multa de hac Sejani damnatione atque infortunio canit:

——— ——— *Curramus praecipites, &*
Dum jacet in ripa, calcemus Caesaris hostem,
Sed videant servi, ne quis neget, & pavidum in jus,
Cervice astricta dominum trahat. Hi sermones
Tunc de Sejano, secreta haec murmura vulgi.

Sed vide quae nos in Annalibus in ejus consulatu diximus, locum enim hunc non parum illustrabunt. PIGH. *Populi Rom. viribus obtritus.* Ita codices Brandeb. Pighius in Campensi reperit *lapidibus obtritus.* Unde ille legendum conjicit *pedibus obtritus.* VORST. *Populi Romani pedibus obtritus.* ita Pigh. ex conjectura, cum in MS. invenisset *lapidibus.* caeteri codd. habent *viribus*, MS. Copes. *viribus obruptus*, id est, *obrutus.* non male forsan; sed praefero lectionem Pighii. PERIZON. Paris. sec. Leid. sext. *viribus obrutus.* Leid. sec. *in viribus contritus.* Leid. prim. *viribus obstrictus.* ceteri fere *viribus obtritus* retinent. sic etiam in Duac. Exc. quibus adscriptum. uterque *viribus.* male mutavit Pighius. Camp. *lapidibus obtritus.* hinc conjectat Pighius *pedibus.* satis audacter.

44. *Si tamen illuc receptus*] Formula haec de flagitiosissimis & maxime impiis olim usurpata: Si tamen ab orco receptus est. Plautus: *Quem propterea Orcus ad se recipere noluit.* COLER.

45. *Sup-*

violatis amicitiae foederibus tentavit [42] subvertere, [43] omni cum stirpe sua populi Romani viribus obtritus, etiam apud inferos, [44] si tamen illuc receptus est, quae meretur, [45] supplicia pendit.

45. *Supplicia pendit*] Sic Pighius. consentiunt MSS. propemodum omnes & Mog. antea fere legebatur *pependit*. Paris. sec. *rependit*.

CAPUT XII.

DE MORTIBUS NON VULGARIBUS.

1. *Tulli Hostilii regis.*
2. *Duarum matrum.*
3. *M. Juventii Thalnae Cos.*
4. *Lutatii Catuli.*
5. *L. Cornelii Merulae.*
6. *Herennii Siculi.*
7. *Licinii Macri.*
8. *Cornelii Galli, & T. Haterii.*

EXTERNORUM.

1. *Comae, Cleonis fugitivorum ducis fratris.*
2. *Aeschyli poëtae.*
3. *Homeri.*
4. *Euripidis.*
5. *Sophoclis.*
6. *Philemonis.*
7. *Pindari.*
8. *Anacreontis.*
9. *Milonis Crotoniatae.*
10. *Polydamantis Scotusaei.*

Humanae autem vitae conditionem praecipue primus & ultimus dies continet: quia plurimum interest quibus auspiciis inchoetur, & quo fine claudatur. Ideoque [1] eum demum felicem fuisse judicamus, cui & accipere lucem prospere, & reddere placide contigit. Medii temporis cursus, prout [2] fortuna gubernaculum rexit, modo aspero, modo tranquillo motu peragitur, spe semper minor, dum & cupide votis extenditur, & fere sine ratione consumitur. [3] Nam & si eo bene uti velis, etiam parvum am-

1. *Eum demum felicem*] Multa talia apud Stobaeum. Seneca, ut solet: *Doce leve esse vanumque hoc quod felicitas dicitur, unam illi syllabam facillime accedere.* per illam syllabam intelligit infelicitatem. non, ut Vir Clarissimus nimis argute hariolatur, *Fel.* Fel enim syllaba non accedit *Felicitati*, sed jam inest. Lusi aliquando ad amicum Jambos hos:

Felicitatem quaeso ne jactes nimis
Nimisque, amice, persequare protinus.
Dolosa vulpes, versipellem animum gerit
Felicitati praestat infelicitas
Ipsa; hoc habens bonum atque commendabile
Quod nos felicitatem ferre perdocet.
Felicitati vero solum fel inest. COLER.

2. *Fortuna gubernaculum rexerit*] Sic in nummis Fortuna saepe occurrit cum gubernaculo. PERIZON.

3. *Nam & si eo bene uti velis etiam parvum amplissimum efficies*] Plane abundat & sensum turbat τὸ *&*, quod propterea non dubito accedente auctoritate MSS. ejicere. PERIZON. *Et* abest etiam a Leid. sext.

4. *Numerum annorum multitudine operum*] Vide Rupert. ad Sall. p. 300. Plin. praef. Curt. *Sibi multam potius quam longam vitam optan-*

amplissimum efficies, 4 numerum annorum multitudine operum superando. Alioqui quid attinet inerti mora gaudere, 5 si magis vitam exigis, quam approbas? 6 Sed ne longius evager, eorum mentionem faciam, qui non vulgari genere mortis 7 absumpti sunt.

1. Ann. urb. 113. Livius I. Dionys. III. 8 Tullus Hostilius fulmine ictus, cum tota domo conflagravit. Singularem fati sortem, qua accidit, ut columen urbis, in ipsa urbe raptum, ne supremo quidem funeris honore à civibus decorari posset, coelesti flamma 9 in eam conditionem redactum, ut eosdem penates, & regiam, & rogum, & sepulcrum haberet.

2. Ann. urb. 536. Livius XXII. Plin. VII. 53. discrepat. Vix verisimile est in eripiendo spiritu idem gaudium potuisse, quod fulmen: 10 & tamen idem valuit. Nuntiata enim clade, quae 11 ad lacum Thrasymenum inciderat, 12 altera mater sospiti filio ad ipsam portam facta obviam, 13 in complexu ejus expiravit. Altera cum falso mortis filii nuntio 14 domi moesta sederet, ad primum conspectum redeuntis exanimata est. Genus casus inusitatum: quas dolor non extinxerat, laetitia consumpsit.

15 Sed

optandam. supra VIII. 7. 3. PERIZON.

5. *Si magis vitam exigis, quam approbas*] Sic Pighius quum legeretur, *exigas quam approbes.* Sed Pighii factum comprobant MSS. tantum non omnes.

6. *Sed ne longius evager, eorum mentionem faciam*] In Campensi, Wincheliano, aliisque *Libet eorum mentionem facere.* Bene item. PIGH. *Libet eorum mentionem facere.* Ita scribere placuit Pighio è Campensi & aliis codd. Aldus ediderat *eorum mentionem faciam:* quomodo codices quoque Brand. habent. VORST. Itaque quum sic quoque haberent omnes nostri, illis potius, quam Pighio credendum putavi. Unus & alter habent *evagari.* Quod unde natum sit ostendit Paris. prim. *Sed ne longius evagari libeat, eorum mentionem faciam.* quod forsan Valerii fuerit.

7. *Absumpti sunt*]. Ultraj. sec. *absorpti sunt.* duo alii *absorti sunt.*

8. *Tullus Hostilius rex*] *Rex* additum fuit a Pighio praeter auctoritatem MSS. & consensum veterum Edd. necessitate etiam non postulante, itaque induxi.

9. *In eam conditionem redactum*] Hoc sollicitare vix ausim, quamvis etiam a tacito Pighio profectum sit, quum ederetur antea, *in eadem conditione redactum*, & hoc exstet in MSS. duodecim. Parisienses forsan tamen habuerint *in eam conditionem*, ex iis enim nihil notatum reperio.

10. *Et tamen idem valuit*] In Susiano & Pulmanniano, *Et tamen potuit.* PIGH. *Et tamen potuit.* Et sic scribere placuit Pighio ex uno atque altero cod. Brandeburgenses habent, ut in editione Aldina est, *& tamen idem valuit.* VORST. Probe, *& tamen idem valuit*, quod Pighius ejecit. GUDIUS. *Et tamen potuit*, sic Paris. prim. ubi tamen in margine pro varia lectione additur, *& tamen idem valuit*, quod in reliquis exstans MSS. & Edd. omnibus temere nimis a Pighio fuit mutatum. Conjicitur ita etiam in Exc. Duac.

11. *Ad lacum Trasimenum*] Ad Cannas, ut vult Agellius Libro III. capite 15. Sed neque Plinius omnino cum Valerio consentit Libro VII. capite 53. COLER.

12. *Altera mater sospiti filio*] Harl. *mulierum duarum alteri sospiti filio.* Leid. quart. & sext. *mulierum duarum altera mater sospiti filio.* Copes. *Mulierum duarum altera sospiti filio.* quod possit placere. *matrem* enim fuisse ex addito *filio* intelligitur. sic quoque Edd. Ven. Mediol. Ascens. sed Aldus *altera mater.*

13. *In complexu ejus expiravit*] Recte ita Pighius, cum vulgo omitteretur praepositio *in*, quam servant MSS. Edd. Mog. Mediol. Ascens. interea Barb. prim. habet *in conspectu ejus.*

[15] Sed minus miror, quod mulieres. [16] M. Juventius Thalna cos. collega Ti. Gracchi cos. iterum, cum in Corsica, quam nuper subegerat, sacrificaret, receptis literis decretas ei à senatu supplicationes nuntiantibus, intento illas animo legens, caligine orta, ante foculum collapsus mortuus humi jacuit. [17] Quem quid aliud quam nimio gaudio enectum putemus? En cui Numantia, aut Carthago excidenda traderetur! 3. Ann. urb. 590. Plin. VII. 53.

Majoris aliquanto spiritus dux Q. Catulus, Cimbrici triumphi [18] C. Mario particeps à senatu datus; sed exitus violentioris. Namque ab hoc eodem Mario postea propter civiles dissensiones [19] mori jussus, recenti [20] calce illito, multoque igni [21] percalefacto cubiculo se inclusum peremit. Cujus tam dira necessitas maximus Marianae gloriae rubor extitit. 4. Ann. urb. 652. Cic. Tusc. I. Juven. Sat. VIII. Ann. urb. 666. Plut. Mario. App. Civil. I. Vell. Florus alii.

Qua tempestate reipublicae L. quoque Cornelius Merula consularis, & flamen Dialis, ne ludibrio [22] insolentissimis victoribus esset, in Jovis sacrario venis incisis contumeliosae mortis denuntiationem effugit: sacerdotisque sui sanguine vetustissimi foci maduerunt. 5. Ann. urb. 666. App. Civil. I. Plut. Vell. Flor. III. 21.

Acer etiam & animosus vitae exitus Herennii Siculi, quo [23] C. Gracchus, 6.

ejus. complures etiam codices scripti, *facta obvia.* & sic excudebatur etiam ante Pighium.

14. *Domi moesta sederet*] Simile apud Plin. Lib. VII. 32. PERIZON. Ultraj. sec. Ed. Mog. *resideret.* in fine Copes. *consumpserit.*

15. *Sed minus miror*] Ultraj. prim. *sed minus mirum.*

16. *M. Juventius Talva consul collega Tiberii Gracchi consulis, cum in Corsica*] Legendum ex manuscriptis, atque fastorum Capitolinorum orthographia, *M. Juventius Thalna collega Tib. Gracchi cos. iterum cum in Corsica, &c.* PIGH. *M. Juv. Thalna collega Ti. Gracchi cos. iterum.* MS. *M. Juv. Thalna consul collega.* & sic anteriores editiones, & haud dubie plerique MSti, si non omnes, nec ulla causa est cur ejiciatur. PERIZON. Ante Pighium fere legebatur *Talva.* MSS. ut in hoc cognomine fluctuant, *Talva, Calva, Thalna* exhibentes, sic plerique *Thalna consul collega Tiberii Gracchi consulis iterum.* vel omisso duntaxat, *iterum.*

17. *Quem quid aliud quam nimio gaudio enectum putemus?*] Tota haec periodus deest in Copesiano.

18. C. *Mario particeps a senatu datus*] Optime hoc modo dedit Pighius, cum Ven. Mediol. Ascens. Gryph. Colin. Stephan. expressissent, *cum Mario particeps.* quod video extare in Ald. 1514. cum altera 1534. omittat praepositionem, nec adscribat pronomen *C.* quod tamen MSS. jubent adesse. solus Barb. prim. *cum Mario.*

19. *Mori jussus*] Saeva voce Marii *Moriatur* finire vitam coactus est. Vide Ciceronem v. Tusc. qq. & III. de Or. Causa autem haec fuit quod Marius & Catulus contenderunt inter se, uter eorum auctor victoriae habendus esset. VORST. Imo quod Catulus secutus fuerat in civilibus turbis partes Cinnae & Mario adversas.

20. *Calce illito*] Florus: *Catulus se ignis haustu ludibrio hostium exemit.* Diversus abit Augustinus Lib. III. de Civit. Dei *haustu veneni* scribens. COLER.

21. *Percalfacto*] Plerique scripti libri *percalefacto.*

22. *Insolentissimis victoribus*] Leid. sext. *hostibus.*

23. *C. Gracchus*] Bit. prim. *Tib. Gracchus.* MSS. alii quatuor, *in ejus poste illiso capite.*

24. *Dum sententiae dicerentur*] Susii & Pulmanni codices habent, *Dum sententiae darentur.* Male. In Cauchiano, *ordinarentur.* glossema est. Sed in Gemblacensi legimus, *dirivarentur.* in Atrebatensi autem, *diruirentur.* Quae lectionis antiquae sunt vestigia. scribendum

Ann. urb. 632. chus, & aruspice, & amico usus fuerat. Nam cum eo nomine in carcerem duceretur, in ejus postem illiso capite in ipso ignominiae aditu concidit, ac spiritum posuit: uno gradu à publico supplicio, manuque carnificis citerior.

7. Ann. urb. 687. Plut. Cicerone, & ad Att. 1. 4. Consimili impetu mortis C. Licinius Macer, vir praetorius, Calvi pater, repetundarum reus, [24] dum sententiae dicerentur, in menianum conscendit. Siquidem cum M. Ciceronem, qui id judicium cogebat, praetextam ponentem vidisset, misit ad eum qui diceret, se non damnatum, sed reum periisse: nec sua bona hastae posse subjici. Ac protinus sudario, quod forte in manu habebat, ore & [25] faucibus coartatis, incluso spiritu poenam morte praecurrit. Qua cognita re Cicero de eo nihil pronuntiavit. [26] Igitur [27] illustris ingenii orator & ab inopia rei familiaris, & à crimine domesticae damnationis, inusitato paterni fati genere vindicatus est.

For-

dum enim autumo; *Dum sententiae diriberentur.* Est autem *diribere*, distribuere, vel secernere. Unde *diribitores* appellati in judiciis, qui ternas singulis judicibus tabulas distribuebant, absolutionis unam, damnationis alteram, ampliationis tertiam. E quibus cum unam quisque judex pro sententia in fiscellam conjecisset, eas denuo colligebant, secernebantque in tres partes; quarum major vel absolvebat reum, vel damnabat, vel ampliabat. Utitur verbo frequenter Tullius, ut in Pisoniana. *An ergo expectem, dum de te quinque & septuaginta tabellae diribeantur?* Et Libro III. epistolarum ad Q. fratrem ubi de Gabiniano judicio. *Cato diribitis tabellis de circulo se subduxit.* Sed perperam in Aldinis, *diruptis tabellis.* Item in Planciana, *Nihil jam est quod populo supplicetur, nihil quod diribitio, nihil quod supplicatio magistratuum, renunciatio suffragiorum expectetur.* Erant enim & in comitiis *diribitores*, qui populo centuriatim tabellas diribebant. Vide quae de his Nicolaus Gruchius in libro de comitiis differit. PIGH. *Dum sententiae dicerentur.* Varia hujus loci lectio est. Aldus ediderat *sententiae dicerentur:* quomodo unus cod. Brand. habet. Alia lectio est *sententiae ordinarentur:* quam Pighius in cod. Cauchiano, ego in altero Br. observavi. At in Gemblacensi idem Pighius reperit *dirivarentur*; & in Atrebatensi *diruirentur.* Unde ille colligit legendum esse *diriberentur*; eamque vocem audacter & in textum intulit. Ego tamen assensum sustinebo, donec *diribere sententias* & alibi observatum fuerit. *Diribere tabellas* dicebatur is, qui tabellas judicibus ternas, unas absolutionis, alteras damnationis, tertias ampliationis, distribuebat. Verum ex hoc non sequitur, quod & *diribere sententias* dixerint. VORST. Vide Sigon de judic. II. 12. *cum sententiae dicerentur*, i. e. cum quisque judex sententiam diceret, cum res in eo esset, ut sententiae dicerentur. ut loquitur plene Cic. in Pison. PERIZON. *Dicerentur* inveni in MSS. undecim. *Ordinarentur* in Ultraj. prim. & Leid. quart. *darentur* Paris. prim.

25. *Faucibus coartatis*] Harl. *coarctatus.* quinque *praecucurrit.*

26. *Igitur illustris ingenii orator ab inopia rei familiaris, & a crimine domesticae damnationis inusitato paterni fati genere*] Haec verba haud dubie de Licinii filio intelliguntur. Sed cum uterque & pater & filius insignes oratores fuerint, & praecedentia omnia de patre verba sint, ambiguitas merito increpanda videtur. Certe Oliverius de patre omnia intellexit, decipiente eum transitione non vulgari GLAREAN. Satis patet quis intelligatur ex addito *paterni fati genere*, & multo sane illustrioris ingenii orator fuit filius Calvus, quam pater.

27. *Illustris ingenii*] Cicero in Bruto miram ei *δεινότητα* tribuit. Sed hoc exemplum C. Licinii probat, istis temporibus longe mitius de fama & bonis eorum, qui se metu criminis interfecissent actum fuisse, quam sub Principibus. Sane tales pro confessis habentur, eorum bona in fiscum coguntur, ut docet Paulus Lib. V. sentent. tit. 12. COLER.

28. *Inter usum puerilis Veneris absumpti sunt*]

Vox

Fortis hujus mors: illorum perridicula. Cornelius enim Gallus praetorius, & T. Haterius eques R. [28] inter usum puerilis Veneris absumpti sunt. Quanquam quorsum attinet eorum cavillari fata, quos non libido sua, sed fragilitatis humanae ratio abstulit? Fine namque vitae nostrae variis & occultis caussis exposito, [29] interdum quae sunt immerentia supremi fati titulum occupant: cum magis in tempus mortis incidant, quam ipsam mortem arcessant. 8. Plin. VII. 53.

EXTERNA.

Sunt & externae mortes dignae annotatu. Qualis in primis Comae, quem ferunt [30] maximi latronum ducis Cleonis fratrem fuisse. Is enim ad [31] Rupilium consulem [32] Ennam, quam praedones tenuerant, in potestatem nostram redactam, perductus, cum de viribus & conatibus fugitivo- 1. Ann. urb. 621.

Vox *puerilis*, in Cauchiano omittitur, nec habet eam Plinius, qui hoc exemplum è Valerio haud dubie desumsit. Et sane impertinens atque indecora videtur, cum auctor ipse mox eorum hunc exitum excuset. PIGH. *Puerilis* interponit Latinus Latinius. PERIZON. Video exstare eam vocem in MSS. quindecim & omnibus Edd. pro *Haterius*, aliquot MSS. *Heterius*.

29. *Interdum immerentia supremi fati titulum occupant*] In Atrebatensi, & Gemblacensi, *Interdum quae immerentia*. In Campensi recte, *quaedam immerentia*. PIGH. *Interdum quae sunt immerentia supremi fati titulum occupant.* Aldus voces *quae sunt* non habet. Pighius autem cum in Atrebatensi & Gemblacensi reperisset *Interdum quae immerentia*; & in Campensi *Interdum quaedam immerentia*, proximum hoc amplexus est. Ego autem sequi malim duos alios codices, voculamque *quae* retinere, & verbum subst. ei jungere. Sane unus cod. Brand. diserte habet *Interdum quae sunt immerentia*: alter *Interdum quae imm.* VORST. *Interdum quaedam immerentia supremi fati titulum occupant.* MS. *quae immerentia sunt*: unus Brandeb. *quae sunt immerentia*, & sic edidit Vorstius. alter *quae immerentia*, quomodo & Atrebatensis & Gemblacensis Pighii. Quomodo & ego scripsisse Valerium puto. *interdum, quae immerentia, supr.* &c. librarii addiderunt τὸ *sunt*, ut patet ex vario ejus situ alii ex *quae* fecerunt *quaedam*, alii *quae* omiserunt, scil. non potuerunt illud ferre, nisi verbum substantivum adderetur. Ascensius omittit *quae* & *quaedam* & *sunt*. PERIZON. Nonnulli MSS. *quae sunt immerentia*. pars, *quae immerentia*. sunt etiam qui confirmant Pighianum, *quaedam immerentia*. uterque Duac. *immergentia*.

30. *Maximi latronum ducis Diogenis*] In Campensi, *Eleonis*; sed in Wincheliano magis correcte, *Cleonis*. Sic enim hunc ducem appellat etiam Livius Lib. LVI. *Cleon quoque alter servus ad septuaginta milia servorum contraxit.* PIGH. *Cleonis fratrem.* MSS. undecim *Diogenis*, ut vulgo legebatur ante Pighium, nisi quod *Cleonis* habet Mog. cum Ultraj. sec. dum Ultraj. prim. *Eleonis* exhibet.

31. *Rupilium*] Rupilius Ennam recepit. Oros. Lib. v. c. 9. PERIZON.

32. *Post Ennam*] Magis arridet lectio Lib. Dan. *Is enim ad Rutilium cos. quem praedones tenuerant, Enna in potestatem nostram redacta.* Et spero mecum sensuros doctiores. COLER. *Enna quam praedones tenuerant, in potestatem nostram redacta perductus.* Uterque cod. Brandeb. *Ennam redactam.* Fuit autem *Enna* oppidum Siciliae. VORST. *Is enim ad Rupilium consulem post Ennam, quam praedones tenuerant, in potestatem nostram redactam, perductus.* MS. omittit τὸ *post*, ut & uterque Brandeb. & Petri Danielis codex, qui praefert, *Enna redacta*; quod probat Colerus & recepit Vorstius. Sed retineo scripturam plurium codicum. *Perductus* enim ad consulem est *Ennam redactam in potesta*tem

vorum interrogaretur, sumpto tempore ad se colligendum, caput operuit; [33] innixusque genibus [34] compresso spiritu, inter ipsas custodum manus, inque conspectu summi imperii, [35] exoptata securitate acquievit. Torqueant se miseri, quibus extingui, quam superesse utilius est, [36] trepido & anxio consilio, quanam ratione vita exeant quaerentes: ferrum acuant, venena temperent, laqueos apprehendant, vastas altitudines circumspiciant; tanquam magno apparatu, aut exquisita molitione opus sit, [37] ut corporis atque animi infirmo vinculo cohaerens societas dirimatur. Nihil horum Coma; sed intra pectus [38] inclusa anima, [39] finem sui reperit. [40] Enimvero minimo studio retinendum bonum, cujus caduca possessio tam levi afflatu violentiae concussa dilabi potuit.

Aeschyli vero poëtae excessus, quemadmodum non voluntarius, sic propter

tem Romanorum, postquam eam praedones tenuerant. Cic. Lib. III. ad Fam. 8. *cum Samum ad me venisset.* PERIZON. Parisienses soli videntur habere *Enna redacta*, cum reliqui habeant *Ennam* vel *Hennam redactam.* quod, unice verum mihi cum videretur, restitui.

33. *Innixusque genibus*] Cop. *nixusque genibus.*

34. *Compresso spiritu*] Simile genus mortis refert Appian. p. 300. PERIZON.

35. *Exoptata securitate acquievit*] Miror Pighium maluisse *quievit*; eumque Colerum atque Thysium secutos esse. Antiquiores typis expressi, & Brand. MSS. *acquievit.* Nepos quoque ea notione usus est verbo. Scribit enim XXIII. 13. 1. *Anno acquievit septuagesimo.* Graeci quoque suo ἀναπαύεσθαι eadem notione utuntur. Herodianus I. 4. Νύκτας τε καὶ ἡμέρας ἐπιβιώσας μιᾶς, ἀνεπαύσατο. VORST. Optime restituit hoc Vorstius, quod certe in plerisque exstat MSS.

36. *Trepido & anxio*] Liber. Dan. *Intrepido & anxio.* Eleganter legamus: *In trepido & anxio.* COLER. *Intrepido* habet etiam Ultraj. sec. Leid. tres, Harl. Copes. disjuncte vero Ed. Mog. *In trepido.* Mox pro *vastas altitudines*, unus & alter *vastas solitudines* habent.

37. *Ut corporis atque animi infirmo vinculo cohaerens societas*] Cop. *Corporis atque anime.* Leid. sext. *animae.* Sed nihil mutandum. Cic. L. I. Tusc. 9. *sunt enim, qui discessum animi a corpore putent esse mortem. sunt, qui nullum censeant fieri discessum, sed una animum & corpus occidere, animumque cum corpore exstingui.*

38. *Inclusa anima*] Lib. idem *Inclausa anima.* COLER.

39. *Finem sui reperit*] Cop. Leid. sext. Ultraj. prim. *Finem suum.*

40. *Enimvero minimo studio retinendum bonum*] Aliter in Susiano & Pulmanniano, *Non enim nimio studio.* Quae non prorsus reprobanda est lectio. PIGH. *Enimvero minimo.* Nugae. scripsit Valerius: *nimio studio.* COLER. *Enimvero minimo studio retinendum bonum.* Ita sane antiquiores typis expressi. Et retinuit quoque Pighius. Monet tamen idem, in Susiano & Pulmanniano esse, *Non enim nimio studio*; eamque lectionem non plane repudiandam censet. Colerus autem τὸ *nimio* adeo amplexus est, ut id in textum reciperet, scriberetque *Enimvero nimio*; neglecta vocula negante, quam tamen & ipsam in praedictis codd. esse testatus erat Pighius. Qua ratione sensus plane contrarius exiret. Codices quoque Brand. *nimio* habent; & unus quidem *Enimvero nimio studio*: alter vero, *Enimvero in nimio studio*: omissa itidem vocula negante. Ego nihil dubito quin Valerius scripserit *Enimvero non nimio studio retinendum bonum.* VORST. Leid. prim. *id vero nimio.* Harl. Barb. prim. Leid. sext. *Enimvero in nimio.* Ultraj. prim. *nimio.* ceteri cum Edd. *Enimvero minimo.* etiam mihi *in* ex compendio scribendi ortum videtur pro *non*, legendumque *non nimio.* Pro *concussa* Cop. habet *contusa.*

41. *In qua morabatur*] Cop. cum Leid. quint. & sext. *qua morabatur*, deleta praepositione.

42. *Ut fractae testudinis carne vesceretur*] Eradenda dictio, *testudinis*, quae in manuscriptis non habetur. Et supervacua est, nam paulo ante eam expressit. PIGH. Barb. prim. *fractae testu-*

pter novitatem casus referendus est. In Sicilia moenibus urbis, 41 in qua morabatur, egressus aprico in loco resedit. Super quem aquila testudinem ferens, elusa splendore capitis (erat enim capillis vacuum) perinde atque lapidi eam illisit, 42 ut fractae carne vesceretur. Eoque ictu 43 origo & principium fortioris tragoediae extinctum est. Aristoph. in Ranis, Plin. x. 3. Suidas.

3. Non vulgaris etiam Homeri mortis caussa fertur: qui in insula, quia 44 quaestionem à piscatoribus propositam solvere non potuisset, 45 dolore absumptus creditur. Plut. in vita. sed Herodotus aliter.

4. Sed atrocius aliquanto 46 Euripides finitus. Ab 47 Archelai enim regis cena in Macedonia domum hospitalem repetens, canum morsibus laniatus obiit. Crudelitas fati tanto ingenio non debita. Gell. xv. 20. Suidas, Solin. 15. Ovid. Ibis. 59.

5. Sicut illi excessus illustrium poëtarum & moribus & operibus indignissimi.

testudines carne. Leid. sec. *fractae carnes.* Harl. *fracta carne.* Sed *fractae testudinis carne* Ultraj. sec. cum Mog. & ceteris Edd.

43. *Origo & principium*] Teste etiam Quintiliano & Horatio in Arte. Fortioris autem Tragoediae auctorem cur facit? Quia verbis & sententiis virilior & gravior est. Aristophanes Ranis: Ἀλλ' ὦ πρῶτος τῶν Ἑλλήνων πυργώσας ῥήματα σεμνὰ καὶ κοσμήσας Τραγικὸν λῆρον. Ubi scholiastes πυργώσας, inquit, αὐξήσας καὶ μεγάλα εἰπών. Horatius ita extulit:

Et docuit magnumque loqui nitique cothurno.

Sed huic etiam Menedemus primas detulit. Laërtius:

Αἰσχύλῳ δὲ τὸ πρωτεῖον ἀπεδίδου.

Celebratur etiam Epigrammate Antipatri:

Ὁ τραγικὸν φώνημα καὶ ὀφρυόεσσαν ἀοιδὴν,
Πυργώσας στιβαρῇ πρῶτος ἐν εὐεπίῃ
Αἴσχυλος Εὐφορίωνος, Ἐλευσινίης ἑκὰς αἴης
Κεῖται κυδαίνων σήματι Τρινακίην.

Quod ita verti:

Clamores Tragicos ampullatosque sonores,
Magniloqui panxit qui prior oris opus
Aeschylus Euphorionis, Eleusiniae alma propago
Mortuus, est aptus corpore Trinaciam.

Ultimo versu legitur in nonnullis Ταιναρίην pro Τρινακίην; vitiosissime. *Trinacia* vero & *Trinacria* aeque dicitur. Servius Fuldanus, cujus fragmentum nuper edidit P. Daniel. *Sed Phicostephanus* περὶ τῶν νήσων *sine* ν *litera Trinaciam appellat* ὅτι Τρίνακος αὐλῆς πρῶτος ἐξανίλδωτεν. lego: ὅτι Τρίνακος αὐτῆς πρῶτος. Et *Philostephanus*, pro *Phicostephanus*. Fuit Cyrenaeus, familiaris Callimachi. Athenaeus Lib. VIII. Unum etiam addo. Macrobius *Aeschylum* satis audacter ausus est Siculum facere Lib. V. cap. 19. contra quem manifesti testes Pausanias & Plutarchus in Cimone. Sed Saturnalium scriptorem errare fecit exsilium Tragici, quod plerumque omne in Sicilia apud Hieronem egit. COLER.

44. *Quaestionem a piscatoribus propositam*] MS. *positam*, quod doctius. Sic enim & Phaed. *Quaestione posita.* PERIZON. Sic quoque Harl. Barb. prim. Leid. sext. similiter etiam de aenigmate apud Sen. in Phoenis. 131.

Adverte mentem; saeva Thebarum lues
Luctifica coecis verba committens modis,
Quid simile posuit? quid tam inextricabile?

45. *Dolore absumptus*] Bit. prim. *consumptus.* idem in initio, *caussa* refertur.

46. *Euripides finitus*] Lege praeter Agellium Solinum cap. 15. Plutarchum in Lycurgo. Ejus sepulchrum celebrant Plinius, Vitruvius, Ammianus Lib. XXVII. COLER. *Atrocius aliquanto Euripides finitus est. Finiri* pro *mori.* Sic & Justinus XXVII. 3. 12. *Seleucus iisdem ferme diebus amisso regno equo praecipitatus finitur.* Ubi non erat quod Berneggerus suspicaretur legendum esse *finit.* Noster supra quoque III. 2. 6. eodem verbo eadem notione usus est, sed & III. 3. 4. mortem intrepido animo obitam *fortem finem* vocat. VORST.

47. *Archelai*] Vide Aelian. Var. Hist. L. XIII. 4. PERIZON.

48. *Sophocles ultimae*] De ejus morte non convenit inter Lucianum & Simonidem Lib. III. Ἀνθολογίας. lege & Ciceronem de Senectute. Plutarchum in Commentario εἰ πρεσβυ-

τέ-

Lucian. in Macrobiis aliter, & Simonides epigr. 3. Plin. VII. 13.

simi. [48] Sophocles ultimae jam senectutis, [49] cum in certamine tragoediam dixisset, ancipiti sententiarum eventu diu solicitus, aliquando tamen una sententia victor, [50] caussam mortis gaudium habuit.

Lucian. in Macrobiis. Suidas.

6. Philemonem autem [51] vis risus immoderati abstulit, [52] Paratas ei ficus, atque in conspectu positas asello consumente; puerum *ut illum abigeret*, inclamavit. Qui cum jam [53] comestis omnibus supervenisset, *Quoniam*, inquit, *tam tardus fuisti, da nunc merum asello.* Ac protinus urbanitatem dicti crebro anhelitu cachinnorum prosecutus, senile guttur [54] salebris spiritus praegravavit.

Suidas. Hesych. Illust.

7. [55] At Pindarus, cum in gymnasio super gremium pueri, [56] quo unice delectabatur, [57] capite posito quieti se dedisset, non prius decessisse cognitus est, quam [58] gymnasiarcha claudere jam eum locum volente, nequicquam

τέρῳ πολιτευτέον. sed & Aristophanis scholiasten & Pausaniam. COLER.

49. *Cum in certamen Tragoediam dimisisset*] Magis placet Wincheliana lectio, *Cum in certamine Tragoediam dixisset.* Purior atque apertior est, ejusque extant vestigia & in Atrebatensi & in Gemblacensi. PIGH. *Cum in certamine tragoediam dixisset.* Ita scribere placuit Pighio ex cod. Wincheliano. Et habet quoque ita unus cod. Brand. Aldus ediderat, *Cum in certamine tragoediam dimisisset.* Quae lectio & ipsa non contemnenda. Sequiturque eam alter cod. Brand. VORST. Imo Aldus ediderat, *cum in certamen tragoediam dimisisset.* Sed Ven. *in certamine*, & sic in pluribus est MSS. nonnulli tamen *dixisset*. Ultraj. sec. *duxisset*, cum Ed. Mog. Insolens tamen mihi videtur *dicere tragoediam in certamine.* mallem *docuisset*; vel retineo, *in certamen dimisisset.* in Exc. Duac. lege *commisisset*.

50. *Caussam mortis gaudium habuit*] Sic & Chilo Lacedaemonius apud Plin. L. VII. c. 32. alii apud Gell. L. III. cap. 15. PERIZON.

51. *Vis risus immoderati abstulit*] Sic & Zeuxis risu mortuus. Fest. in V. *Pictor*. PERIZON.

52. *Paratas ei ficos*] Manuscripti libri, *ficus* habent in quarta declinatione. Sic Juvenalis: *Si vis aliam decerpere ficum.* Satyra XIV. PIGH. *Ficus* etiam plerique nostri praeferunt. e quibus nonnulli etiam ut Cop. Leid. quint. & sext. Bit. prim. *Paratas enim ficus.*

53. *Comestis omnibus*] Alii: *Comesis:* minus probe Diomedes Lib. I. *Didymus ait de Sallustio, Comesta patrimonia.* Declamationis in Sallustium auctor: *modo patrimonio non comeso, sed devorato.* legendum haud dubie: *comesto.* Forsan etiam apud Diomedem legendum fuerit: *comesto patrimonio*, & iste auctor Didymus Declamationis in Sallustium tandem detegitur? Quaero tantum. COLER.

54. *Salebris spiritus praegravavit*] MSS. tredecim *gravavit*. Barb. prim. *privavit*. Sed idem *salubri spiritu*. *Spiritu* est etiam in Leid. prim. & sec. Nec longe abest, ut amplectar Barberini codicis lectionem, ita obscure dictum mihi videtur istud, *senile guttur salebris spiritus gravavit.* Recte vero, *privavit guttur salubri spiritu*, dum crebro anhelitu illud concutiens ipsam nimium agitati spiritus vehementiam sibi letiferam sensit.

55. *At Pindarus*] Mendacium est, quod de Pindaro scribit Solinus Lib. VII. Nam quod ille de Pindaro narrat, id Simonidi accidit. Cicero II. de Orat. Quintilianus. Valerius Lib. I. cap. 8. COLER.

56. *Quo unice delectabatur*] Harl. & Barb. prim. cum Leid. sext. *quo unico delectabatur.* alterum melius.

57. *Capite posito*] Chart. Duac. *capite inclinato.*

58. *Gymnasiarcha claudere jam eum locum volente*] Uterque cod. Brand. *gymnasiarcho.* Et dicitur sane utrumque: quia & Graeci dicunt *γυμνασιάρχης* & *γυμνασίαρχος*. VORST. *Gymnasiarcha.* Plerique scripti *Gymnasiarcho.* ut supra L. IX. 10. Ext. 2.

59. *Quem bis tantum humanae vitae modum supergressum*] Lege, *Quamvis statum humanae vitae modum supergresso* Sic enim prodit Winchelianus codex. PIGH. *Quamvis statum huma-*

quam excitaretur. Cui quidem crediderim eadem benignitate deorum, & tantum poëticae facundiae, & tam placidum vitae finem attributum.

Sicut Anacreonti quoque, [59] quamvis statum humanae vitae modum su- 8. Plin. v. 7.
pergresso: [60] quem uvae passae succo tenues & exiles virium reliquias foventem [61] unius grani pertinacior in aridis faucibus humor absumpsit.

[62] Jungam illos, quos & propositum, & exitus pares fecit. Milo Cro- 9. Ovid. in
toniates, cum iter faciens quercum in agro [63] cuneis adactis fissam vidis- Ib. 609.
set, fretus viribus, accessit ad eam, insertisque manibus divellere conatus Gell. xv. 16.
est: quas arbor excussis cuneis in suam naturam revocata compressit, eumque cum [64] tot gymnicis palmis lacerandum feris praebuit.

Item [65] Polydamas athleta tempestate speluncam subire coactus, nimio 10.
&

manae vitae modum supergresso. Ita legendum sine dubio ex cod. Wincheliano, quem inspexit Pighius. Aldus & Chalcoc. ediderant, *Quem bis tantum hum. vitae modum supergressum.* VORST. Bit. prim. *quem vix statum.* Leid. quart. *quamvis tantum.* Leid. quint. *quem iste statum.* Ultraj. sec. *quem bis statum*, cum Mog. Ceteri *quem bis tantum.* Sed omnes scripti, *supergressum* retinent, hoc modo. *Humanae vitae supergressum, dum uvae passae* &c. *vires foveret.* in quibus Pighius etiam *dum foveret*, mutavit in, *quem foventem*, ut *absumpsit* videlicet haberet suum accusativum. Ultraj. prim. *dum* omittit & habet *foventem.* Ceterum non satis intelligo, quem locum hic possit habere conjunctio adversativa *quamvis.* Quid enim illud est? *Benignitate Deorum tam placidum vitae finem attributum Anacreonti, quamvis supergresso humanae vitae modum?* an ideo durior ergo & miserabilior finis tribuendus erat? Quid si legamus? *sicut Anacreonti quoque, quem destinatum humanae vitae modum supergressum, dum uvae passae succo tenues & exiles virium reliquias foveret.* ut corruptio orta sit ex eo, quod *distinatum*, scriptum invenerit fortasse, pro *destinatum*, ut *de* & *di* in compositis subinde fuerunt confusa.

60. *Dum passae uvae succo tenues & exiles virium reliquias foveret*] Melius in Campensi, *Quem uvae passae succo tenues & exiles virium reliquias foventem.* In Wincheliano, *dum* omittur. PIGH. *Quem uvae passae succo tenues & exiles virium reliquias foventem.* Aldus, *Dum uvae passae succo ten. & ex. vir. reliq. foveret.* Nec aliter codices Brand. VORST.

61. *Unius grani pertinacior in faucibus humor &c.*] Forte pro *grani* legendum *acini*; nam in *grano* non est humor. & Plin. L. vii. c. 7. ait *Anacreon uvae passae acino strangulatus est. status humanae vitae modus* habentur centum anni, vide Petron. ergo diutius vixit. vide & supra alicubi ubi *seculi spatium* tribuitur vitae hominis, & infra ix. 13. ext. 1. vide & Borremans. PERIZON. *In aridis faucibus humor.* In quibusdam MSS. *huror.* forte *haeror* ab *haerendo.* haec Barthius: judicent de hac conjectura alii. hactenus excerpta. Equidem judico eam prorsus abjiciendam esse.

62. *Jungam illos*] Copes. *jungam & illos.* Rectius. PERIZON.

63. *Cuneis adactis*] Agellius Lib. xv. c. 16. de eapse quercu: *Vidit proxime viam patulis in parte media rimis hiantem.* Sic emendavi. nam in aliis legitur: *ramis.* Veteres cuneis non securibus ligna scindebant. Virgilius:

——— *& cuneis scindebant fissile lignum.*

Unde Prudentius Libro ii. contra Symmachum:

Primi homines cuneis scindebant fissile lignum.
Decoquat in massam fervens strictura secures
Rursus, & ad proprium restillet vena metallum.

64. *Tot gymnicis palmis*] Septies vicisse Milonem scribit Simonides illo Epigrammate.

Μίλωνος τὸ δ' ἄγαλμα καλοῦ καλὸν, ὅσποτε πίσῃ
ἑπτὰ νικήσας, ἐς γόνατ' οὐκ ἔπεσεν.

Suidas tamen & Pausanias sex tantum ei victorias adscribunt. COLER. *Cum tot gymnicis palmis:* Victorias sex, aut septem, auctores tribuunt Miloni. VORST.

65. *Polydamas*] Aliquot MSS. *Polidamus.* Bit. prim. *labefactata ea.*

66 *Ceteris comitibus fuga periculum egressis*] *Egredi periculum, egredi fuga*, dura nimis sunt. suc-

Pausanias. Suidas. & subito incursu aquae labefacta ea, ac ruente, [66] ceteris comitibus fuga periculum egressis, solus restitit, tanquam humeris suis totius ruinae molem sustentaturus. Sed pondere omni corpore humano potentiore pressus, [67] imbris caussa petitam latebram, dementis fati sepulcrum habuit. Possunt hi praebere documentum, nimio robore membrorum, vigorem mentis hebescere; quasi abnuente natura utriusque boni largitionem: ne supra mortalem sit felicitatem, eundem & valentissimum esse, & sapientissimum.

succurrit igitur hic optime MS. auctior una voce. *Ceteris comitibus fuga periculum vitantibus, egressis.* id est, postquam ceteri comites, qui fuga periculum vitabant, egressi essent. vel τὸ *egressis* e glossa est ortum. PERIZON. *Vitantibus egressis*, habent etiam Bit. prim. Leid. quart. quint. sext. uterque Ultraj. & Duac. Equidem facile mihi persuaderi patiar utrumque a Valerio esse profectum.

67. *Imbris caussa petitam latebram*] Scriptis meis abest, *caussa*: nec caussa retinendae est. LIPS. *Imbris caussa.* Lipsius omittit: *causa.* quod quomodo commode possit facere non video. Pausanias & Suidas *aestus*, non *imbris causa petitam latebram* scribunt. COLER. *Imbris causa petitam latebram.* Ita editiones Chalcocondylae, & Pighii habent. At Lipsius notat, à suis cod. *caussa* abesse: nec esse causam cur adjiciatur. Abest quoque à codd. Brand. Sed non video ego, qui abesse hinc possit; nisi cum Aldo legas, *imbribus petitam latebram:* ut *imbribus* sit pro propter imbres. VORST. Τὸ *caussa* abest a MSS. meis decem & Ed. Mog. Sed Mediol. addit, ceterae, *imbribus*. Perizonius adscripsit. Ascensius. *Imbribus.* sic VII. 3. Ext. 2. *Solis ortu.* Nec spreverim, nam ut *imbris* pro *imbribus* scriptum sit, is lapsus est frequentissimus.

CAPUT XIII.

DE CUPIDITATE VITAE.

1. *M. Aquilii legati consularis.*
2. *Cn. Carbonis Cos. 3.*
3. *D. Junii Bruti procos.*

EXTERNORUM.

1. *Xerxis Persarum regis.*
2. *Masinissae Numidiae regis.*
3. *Alexandri Pheraeorum regis.*
4. *Dionysii Siciliae tyranni.*

Verum quia excessus è vita & fortuitos, & viriles, quosdam etiam temerarios oratione attigimus, subjiciamus nunc aestimationi enerves, & effeminatos: ut ipsa comparatione pateat, quanto non solum fortior, sed etiam sapientior mortis interdum, quam vitae sit cupiditas.

[1] M. Aquilius [2] cum sibi extingui gloriose posset, Mithridati maluit tur-

1. *Marcus Aquillius cum sibi gloriosam mortem consciscere posset*] In Campensi, Wincheliano, & aliis, *Manius Aquillius cum sibi gloriose posset extingui.* Elegantius ac brevius. PIGH. *M. Aquilius.* Appianus *Attilium* vocat. CORRAD. *M. Aquilius.* M. in plerisque scriptis. Pighius tamen M? dedit. Perizonius adscripsit. Vide Reinesf. ad Rupert. p. 76. extr. & Theod. Canterum Lib. 1. Var. Lect. c. 7. addo & Def. Heraldum ad Arnob. p. 38.

2. *Cum sibi extingui gloriose posset.* Fortiter pugnando scilicet, aut voluntaria morte. Habet ita diserte unus cod. Brandeb. Alter una voce omissa *cum sibi gloriose posset.* Tantundem

turpiter servire. [3] Quemne aliquis merito dixerit Pontico supplicio, quam Romano imperio digniorem? quoniam commisit ut privatum opprobrium publicus rubor existeret.

Ann. urb. 665. Livius LXXVIII. Appianus Mithridaticis. Cic. pro L. Man. v. Plut. Sulla. Vellejus. 2.

Cn. quoque Carbo [4] magnae verecundiae est Latinis annalibus. [5] Tertio in consulatu suo jussu Pompeji in Sicilia ad supplicium ductus, petiit à militibus demisse & flebiliter, ut sibi alvum levare, priusquam expiraret, liceret; quo miserrimae lucis usu diutius frueretur: [6] eo usque moram trahens, [7] donec caput ejus [8] sordido in loco sedentis abscideretur. Ipsa verba tale flagitium narrantis secum luctantur; nec silentio amica, quia [9] occultari non merentur: [10] nec relationi familiaria, quia dictu fastidienda sunt.

Ann. urb. 671. Livius LXXXIX. App. Civil. I. Plut. Pomp. p. 454.

Quid?

dem in aliquot codd. reperit quoque Pighius. At antiquiores typis expressi pro *exstingui* habent *mortem consciscere.* Et Aldus & Chalcoc. quidem hoc ordine, *Cum sibi gloriose mortem consciscere posset:* Martinus Herbip. autem, *Cum mortem consciscere sibi gloriose posset.* VORST. Proba lectio MSS. quam mutavit Pighius. GUDIUS. Scilicet in Harl. utroque Parif. Bit. prim. erat, ut ante illum excudebatur, *cum sibi mortem consciscere gloriose posset.* quod legitur etiam in Leid. prim. sec. quint. & utroque Duac. Ceteri favent Pighio, quem hic non deserendum putavi.

3. *Quem quis non immerito dixerit*] In manuscriptis per interrogationem, *Quem ne aliquis merito dixerit.* PIGH. *Quem ne aliquis merito dixerit.* Ita per interrogationem scriptum reperit Pighius in MSS. Nec est multo aliter in codd. Brandeb. Tantum pro *ne* in his apparet *non.* Estque ita & in vetere typis expresso Martini Herbip. Editio Chalcocondylae commodissime, *Quem quis non merito dixerit.* VORST. *Quem ne aliquis merito dixerit.* MS. *quem aliquis non immerito dixerit.* Brand. codd. *quem non aliquis merito dixerit.* sic & Ed. Mart. Herbip. F. *Quem nonne aliquis merito dixerit.* Lege, *Quem nae aliquis merito dixerit.* PERIZON. Harl. Parif. sec. Bit. prim. uterque Ultraj. Leid. quart. *Quem non aliquis immerito dixerit.* Parif. prim. *Quem aliquis merito dixerit.* commodo & hoc sensu. ut & Barb. prim. *Quem non quis merito dixerit.*

4. *Magnae verecundiae est*] Copes. *Magnitudine verecundiae est.* Forsan addendum *sua*, ut sit, *magnitudine sua verecundiae est.* PERIZON.

5. *Qui tertio in consulatu*] *Qui* deest in MSS. minimum decem. Addidit Pighius more suo, quod Valerius saepius omissum voluisse videtur. Paulo post pro *petiit*, aliquot *petit*; pro *miserrimae* Bit. prim. *miserrimo* exhibet.

6. *Eo usque moram trahens*] In Campensi, Cauchiano, & aliis, *Eoque moram traxit.* PIGH. *Eousque moram trahens, donec.* Ita legendum puto cum Aldo. Pighius in quibusdam codd. legisse se ait, *Eoque moram traxit:* itaque edidit. Jam codices quoque Brandeb. veteresque typis expressi Chalcoc. & Mart. Herbip. habent *eoque:* sed non habent tamen & *traxit:* sed *trahens.* Unde colligo, syllaba *que* in voce *eoque* nihil hic opus esse; & *que* illud, quod est in *eoque*, pertinere ad *usque*; atque adeo pro *eoque* legendum esse *eo usque*, uti Aldus edidit. Ipsum quoque *donec*, quod sequitur arguit, solum *eo* non sufficere hic, sed addi oportere *usque.* VORST. MSS. tredecim & Edd. omnes, *Eoque moram trahens.* Suspicor valde Auctorem scripsisse quoque *petens.* ut constructio sit, *Carbo ductus ad supplicium est verecundiae Latinis Annalibus petens ut sibi alvum levare liceret, & eo* (levando alvum) *moram trahens, donec &c.*

7. *Donec caput ejus sordido in loco sedentis abscideretur*] *Abscideretur* est in utroque cod. Brandeb. non *abscinderetur*, ut Pighius & alii ediderunt. Et miror ita hic scripsisse Pighium, cum alibi scripserit, *abscisum caput*; non *abscissum.* Vide sup. IX. 2. I. & 2. VORST. Et hoc plerique MSS. approbant.

8. *Sordide in loco*] Lego: *sordido in loco sedentis.* *Sedere* hic significat ἀφοδεύειν. COLER. *Sordido* confirmant MSS. & Edd. vetustissimae, etiam Aldinae.

9. *Occultari non merentur*] An *meretur?* scil. flagitium.

10. *Nec*

3. Ann. urb. 710. Livius cxx. Dion. xlvi. Vellejus. Appian. iii. Civ. Quid? Brutus exiguum & infelix momentum vitae quanto dedecore emit! [11] Qui a Furio, quem ad eum occidendum Antonius miserat, comprehensus, non solum cervicem gladio subtraxit, [12] verum etiam constantius eam praebere admonitus, ipsis his verbis juravit: [13] *Ita vivam, dabo.* [14] O fati cunctationem aerumnosam! O jurandi stolidam fidem! Sed hos tu furores immoderata retinendi spiritus dulcedo subjicis, [15] sanae rationis modum expugnando, quae vitam diligere, mortem [16] non timere praecepit.

Externa.

1. Herod. vii. Eadem Xerxem regem pro totius Asiae armata juventute, quod intra centum annos esset obitura, profundere lacrymas coëgisti. [17] Qui mihi spe-

10. *Nec relationi familiaria*] Ita legendum; non *relatione*, ut Pighius & alii ediderunt. *Familiaria*, & quod praecedit *amica*, eum casum omnino requirit. Estque ita manifeste in uno cod. Brand. MS. & vetere typis expresso Mart. Herbip. Sed & alter cod. Brandeb. ejusdem casus vocabulum *orationi*, & in margine ut diversam lectionem ipsum *relationi* habet. VORST. *Relationi* recte habent MSS. decem cum Ed. Mog. & Ven.

11. *Nam a Furio*] Sic Pighius mutavit, cum legeretur, *Qui a Furio.* quod est in plerisque MSS. & ipse, credo, mutavit, quia eodem modo praecedens exemplum ex ipsius emendatione procedebat. Reposui, quod in MSS. erat.

12. *Verum etiam constantius*] Sic Pighius & MSS. vel *sed etiam.* cum antea in multis legeretur, *sed & constantius.*

13. *Ita vivam dabo. Cunctationem fati aerumnosam*] Elegantius in Campensi & Wincheliano, *ita ut vivam dabo. O fati cunctationem aerumnosam, &c.* PIGH. *Ita ut vivam, dabo.* Scribe, *Ita vivam.* Jurandi formula, quam insita vocula pervertit. LIPS. *Ita ut vivam.* Non debuit vulgatam lectionem mutare Pighius, contra editionum veterum & librorum scriptorum consensum. Formula vetus est Ita vivam dabo. Seneca Epistola octuagesima tertia. *Hic est enim Brutus, qui cum periturus mortis moras peteret, ad exonerandum ventrem secessit & evocatus ad mortem jussusque praebere cervicem: Praebebo inquit,* ita vivam. Potest tamen etiam scripsisse Valerius: *Ita vivam ut dabo.* Cic. ad Att. Lib. v. ep. 15. *Ita vivam ut maximos sumptus facio.* COLER. Ed. Thysii, *ita ut vivam dabo*, & ita Edd. ante Pighium Guyetus mallet, *ita vivam ut dabo.* GUDIUS. Edd. aliae *ita vivam dabo.* item Latin. Latinius. PERIZON. *Ut* adest in Bit. prim. Leid. quint. Ultraj. sec. Sed Gudius hic *dabo* delendum esse ex MSS. monet ad Phaed. Lib. iv. Fab. i. ubi vereor, ne *dabo* scripserit pro *ut.* nam de *dabo*, nihil addidit, nisi illud esse in marg. Barb. secundi. mei certe retinent, & retinendum omnino est. Barthius legit, *ita vivam ut dabo.*

14. *O fati cunctationem aerumnosam*] Nonnulli MSS. omittunt interjectionem. Paris. prim. *fati cunctatione aerumnosus.* sec. *cunctatione fati aerumnosam.* Bit. prim *objurgandi.*

15. *Sanae rationis modum expugnando*] Harl. Bit. Barb. prim. *Sanae rationis modum inclinando.* Barb. sec. *expugnando al' inclinando.*

16. *Non timere praecepit*] Aliquot *praecipit.* Male vulgo ante Pighium legebatur *praecipis*, in Colin. Gryph. Rob. Steph. Editionibus.

17. *Qui mihi in specie aliena re vera suam conditionem deplorasse videtur*] In Atrebatensi & Wincheliano, *Qui mihi speciem alienam.* In aliis, *Qui mihi specie aliena.* Legerem, *Qui mihi specie alienam, re vera suam, &c.* PIGH. *Qui mihi specie alienam.* Sic legendum esse assentior Pighio; non *specie aliena*, ut antiquiores typis expressi habent. Reperit Pighius in MSS. *speciem alienam*: quomodo & in uno cod. Brand. scriptum fuisse videtur. Unde genuinam lectionem proclive est odorari. VORST. Nonnulli *spem alienam. Specie alienam,* Paris. prim. Ante Pighium fere legebatur,

specie alienam, revera suam conditionem deplorasse videtur: opum magnitudine, quam altiore animi sensu felicior. Quis enim mediocriter prudens mortalem se natum fleverit?

[18] Referam nunc eos, quibus aliquos suspectos habentibus exquisitior sui custodia quaesita est. Nec à miserrimo, sed ab eo, qui inter paucos felicissimus fuisse creditur, incipiam. [19] Masinissa rex, parum fidei in pectoribus hominum reponens, salutem suam [20] custodia canum vallavit. Quo tam late patens imperium? [21] quo tantus liberorum numerus? quo denique tam arcta benevolentia constricta Romana amicitia, si ad haec tuenda nihil canino latratu ac morsu valentius duxit? 2.

Hoc rege infelicior [22] Alexander: cujus praecordia hinc amor, hinc me- 3.

tur, *in specie aliena revera suam conditionem deplorasse videtur.* Ven. *spem aliena.* Mog. *specie aliena.* Laudo factum Pighii.

18. *Referam nunc eos*] Novum caput hic incipiunt vulgati codices, ob illam inductionem Valerii, *Referam nunc eos, &c.* At aliquot manuscripti codices superiori capiti, *De cupiditate vitae*, annectunt, nec male, ut mihi videtur, cum omnia exempla sint externa ejusdem argumenti. PIGH. *Referam nunc eos, quibus aliquos suspectos habentibus exquaesitior sui custodia quaesita est* Lego *alios*, nam hoc ipso exemplo Masinissa non aliquos homines, sed alios omnes suspectos habuit, ut & in seqq. PERIZON. *Alios* habet Bit. prim. Ceterum novum caput hic inchoant plerique MSS. hoc titulo. *Quam exquisita custodia usi sint, quibus suspecti domestici fuere.*

19. *Masinissa rex Numidarum, & pop. Rom. amicissimus parum fidei in pectoribus hominum reponens*] Veteres libri sic, *Massanissa rex parum fidei in pectoribus hominum reponens.* Reliqua sunt assuta ex aliquo glossemate ocioso. PIGH. Quae delevit Pighius, quantum video, exstant in solo Barb. prim. Desunt etiam in Ed. Mog. & Ven.

20. *Custodia canum vallavit*] Similiter de Simone Mago Romae, ut volunt, habitante fabulatur Joh. Malala Antiochenus, ex cujus opere Historico MS. excerptum nuper vulgavit Frid. Spanhemius Diss. de Petri in Urbem Romam adventu. Fingitur enim ille habuisse κύνα μέγαν ἐν τῷ πυλεῶνι ποιμενικόν, qui neminem ad Simonem accedere sineret, nisi jubente illo. ὅς εἰ μὴ κελεύσῃ ὁ Σίμων τῷ κυνὶ, καὶ συγχωρεῖ ὁ αὐτὸς κύων τινὰ ἀπελθεῖν, ἀλλ' ἐπερχόμενος φονεύει τὸν πλησιάζοντα αὐτῷ. PERIZON. Malalae Chronogr. p. 326.

21. *Quo tantus liberorum numerus? Quo denique tam arcta benevolentia constricta Romana amicitia*] Veteres libri per quartum casum haec proferunt; *Quo tantum librorum numerum? quo denique tam arcta benevolentia constrictam Romanam amicitiam?* Recte, quemadmodum Horatius:

Quo mihi fortunam, si non conceditur uti? PIGH. *Quo tantus liberorum numerus.* Ita per casum rectum efferuntur haec in antiquioribus typis expressis. Pighius tamen maluit *Quo tantum liberorum numerum: quo denique tam arcta benevolentia constrictam Rom. amicitiam*; quoniam, ut ait, in quibusd. codd. ita scriptum reperit; & quia Horatius similiter dixerit *Quo mihi fortunam, si non conceditur uti.* Codices Brand. rectum casum habent in posterioribus: eorumque unus & in prioribus. VORST. Complures etiam MSS. in recto casu haec habent, quartum tamen ut elegantiorem praeferunt Viri Eruditissimi. Vide viros summos, J. Fred. Gronov. ad Sen. Lib. 1. Nat. Quaest. 16. R. Bentlejum ad Horat. Lib. 1. Ep. 5. 12.

22. *Alexander Pheraeus*] A Pheraea civitate denominatus inquit Oliverius, cui imperavit: est autem in Asia. sic Badius etiam post Oliverium. Strabo & Ptolomaeus tres Pheras faciunt, duas in Peloponneso, tertiam Pelasgorum in Thessalia. Homerus Odys. ο. Φήρας Dioclei ponit oppidum inter Pylum ac Elidem; in Ptolomaei codice supra Elidem. Pherarum in Thessalia Alexandrum hunc dominum fuisse puto. De Pheris in Asia non memini quemquam scribere praeter hunc Olive-

Cic. Offic. II. 7. & de Inv. II. 49. Ep. ad Fam. IX. 22. Diod. Sic. XVI. Ovid. in Ib. Plut. Pelopida.

metus torserunt. Nam cum [23] infinito ardore conjugis Thebes teneretur, ad eandem ex epulis in cubiculum veniens, barbarum compunctum [24] notis Threiciis, stricto gladio jubebat anteire: [25] nec prius se ibidem lecto committebat, quam à stipatoribus diligenter esset scrutatus. Supplicium irato deorum numine compositum, neque libidini, neque timori posse imperare. Cujus timori eadem & caussa, & finis fuit. Alexandrum enim Thebe [26] pellicatus ira mota interemit.

Age,

verium. GLAREAN. *Hoc rege infelicior Alexander.* Non Macedo ille; sed Pheraeus, ut Cicero in II. de Off. diserte eum vocat. Mentionem ejus faciunt & Nepos XVI. 5. 1. & Aelianus Var. Hist. XIV. 40. & Plutarchus in Or. de fortuna Alexandri. De Jasone Pheraeo vide sup. I. 8. ext. 6. & ad eum locum Notas. VORST. *Infelicior Alexander.* Nob. Heinsius ex suis codicibus legendum monet. *Hoc rege inferior Alexander.* ad Ovid. Trist. Lib. IV. I. 21.

23. *Infinito ardore conjugis Thebes teneretur*] Copes: *infinito amore.* sic etiam Leid. quint.

24. *Notis Threiciis*] Liber Colmariensis: *notis Thracis.* non rejicula lectio. Ipsa Thracia aliquando Thraca dicitur. Servius: *Thraca pro Thracia Cicero de Republica: Colonia vero quae est deducta à Graecis in Asiam, Thracam, Italiam.* De compunctionibus illis Strabo libro septimo, ubi de Japodibus: Κατάστικτοι δ' ὁμοίως καὶ τοῖς ἄλλοις Ἰλλυριοῖς καὶ Θραξί. id est, *Compuncti notis ut aliae gentes, Illyrii & Thraces.* PIGH. *Barbarum compunctum notis Threiciis.* Ita prorsus & Cicero habet. Qui mox & *stigmaticum*; vel *stigmatiam* vocat. Unde apparet Threicias illas notas fuisse stigmata, quibus Thraces usi fuerint. Strabo Lib. VII. Κατάστικτοι δ' ὁμοίως καὶ τοῖς ἄλλοις Ἰλλυριοῖς καὶ Θραξί. Nimirum mos apud quasdam gentes fuit faciem notis compungere. Vide Herodotum L. V. Sextum Emp. L. III. Sed pro *Threiciis* quidam codices, inque his & Brandeburgenses, habent *Thraciis* vel *Thracis.* VORST. *Thraciis* est etiam in plerisque nostris vel *Traicis*, aut *Tracis.* vide & Heins. loco citato.

25. *Nec prius se idem*] Alexander Pheraeus puta. Pighius pro *idem* scripsit *ibidem*; nescio qua de causa. Sane & in antiquioribus typis expressis & Brandeb. MSS. legitur *idem.* VORST. *Nec prius se ibidem lecto committebat.* Barb. prim. Bit. prim. Leid. tert. quart. quint. Cop. uterque Ultraj. *Nec prius se idem lecto* quod mutavit Pighius. Leid. sext. *nec prius se eidem lecto.*

26. *Pellicatus*] Lib. veteres tam Valerii, quam aliorum auctorum malunt scribere *Pelicatus.* sic *pelex* & *pelicatio.* Mendosam arbitror veteris Glossarii scripturam: *poelex & poelicatio* εἰρωνία, ζηλοτυπία. Sed ego Pellicem, si analogiam spectes, puto rectius scribi: Si scribendi morem priscum, Pelicem. Veteres enim liquidas geminare vel non, nihil pensi habebant. Pellicem autem à pelliciendo dici, quis dubitet? Valerius noster allusit, libro IV. capite 3. ubi de Phryne: *quia tam formosa tamque elegans poti senis animum illecebris pellicere non potuisset.* Inscriptio Brixiae:

D. M.

QVI. ME. VOLENT.
VALETE. MATRONAE. MATRESQVE FAMILIAS.
VIXI. ET. VLTRA. VITAM. NIHIL. CREDIDI.
ME. VENERI. ALVMNAE. ADDIXI. QVOS. POTVI.
PELLEXI. FILTRIS. ET. ASTV. VIRO. HVMATO.

Agellius scribit Pellicem dici, quasi πάλλακίν, quem frustra sequuntur viri doctissimi. Sed illud verum est παλλακὴν apud Graecos dici, quae apud Latinos Pellex. Glossarium: παλλακὴ *Concubina, succuba, Pellex* παλλακὴ ἀπὸ τοῦ πάλλειν recte deducemus. nam palpare significat. COLER.

27. *Huiusce tormenti*] Bit. Barb. prim. Cop. *Hujuscemodi tormenti.* Ultraj. prim. *quam longam fabulam.*

28. *Duodequadraginta annorum dominationem*] Bit. prim. *duorum & quadraginta annorum.* Leid. quint. *duorum ex quadraginta annorum.*

29. *A familiis locupletum*] Mos ille Tyrannorum non praeteritus à Plat. Lib. VIII. de Rep. COLER. *Et a familiis locupletum.* Copes. *ac familiis locupletibus.* idem paulo ante, *in eorum loco.*

30. *Electos*] Quibus tamen prius servitutis nomen ipse demserat, ut scribit Cicero. COLER.

31. Sub-

Age, Dionysius Syracusanorum tyrannus [27] hujusce tormenti quam longa fabula: qui [28] duodequadraginta annorum dominationem in hunc modum peregit. Summotis amicis in eorum locum ferocissimarum gentium homines, & [29] à familiis locupletum [30] electos praevalidos servos, quibus latera sua committeret, [31] substituit: [32] tonsorum quoque [33] metu tondere filias suas docuit. Quarum ipsarum, postquam adultae aetati appropinquabant, manibus ferrum non ausus committere, instituit, ut candentium [34] juglandium putaminibus barbam sibi & capillum adurerent. [35] Nec secu-

4. Cic. Tusc. v. & Offic. II. 17. Diodor. xx. Plut. Dione Aelian. IV. 18.

31. *Substituit*] Pighius dedit *substitit*, typorum, credo, errore; quod tamen Lipsius & Colerus sunt secuti, cum priores *substituit* dedissent, quod firmant MSS. quorum nonnulli tamen *substinuit* exhibent.

32. *Tonsorumque metu*] Codices Brandeb. *Tonsorum quoque metu*, ut Aldus. Alterum reperit Pighius in MSS. VORST. *Tonsorum quoque metu*, exstare etiam video in undecim MSS.

33. *Tonsorum quoque metu tondere filias suas edocuit, quarum ipsarum, postquam &c.*] Glossematibus contaminatus est locus, qui nitidior in manuscriptis, *Tonsorumque metu tondere filias suas docuit. Quarum postquam adultae, &c.* PIGH. *Quarum postquam.* Codices Brand. *Quarum ipsarum*; itidem ut Aldus. Pighius *ipsarum* expunxit, quod in quibusdam codd. id non reperisset. VORST. *Quarum manibus ferrum non ausus committere.* MS. *Quarum ipsarum*, quomodo & codd. Brandeb. & Aldus. Pessime igitur Pighius eam vocem expunxit, quam miror cur Vorstius non receperit; necessario enim addenda est, quia erant filiae ejus. imo Cicero in hac ipsa re ut citatur a Pighio. *Et tamen ab illis ipsis ferrum removit.* PERIZON. Et sic MSS. minimum tredecim, itaque non cunctatus sum hoc revocare.

34. *Ut candentium juglandium aut nucum putaminibus*] Verba, *aut nucum*, è glossemate adjuncta videntur: est enim nucum genus juglans. Cicero Tusculana v. iisdem pene verbis haec dicit. *Et tamen ab illis ipsis cum jam essent adultae ferrum removit; instituitque ut candentibus juglandium putaminibus barbam sibi & capillum adurerent.* PIGH. *Juglandium.* Pighius ita ex Cicerone fecit, cum ante legeretur: *Juglandium aut nucum.* In edit. Veneta reperi: *glandium aut nucum* Puto vere & emendate scribi in libro Dan. *nucum juglandium.* Hoc modo *Pinus juglans* apud Varronem legitur lib. IV. de ling. Lat. Commodum etiam Antoninorum pessimum, timore tonsoris comam & barbam adurere solitum legimus apud Aelium Lamprid. COLER. *Candentium juglandium putaminibus.* Aldus *juglandium aut nucum.* Nec aliter Chalcoc. & Martinus Herbip. Sed & codices Brandeb. *nucum* habent: & unus quidem vocula *aut* omissa. Quid si ergo legamus *juglandium nucum putaminibus?* Alioquin *juglandes* aliquid aliud quam nuces esse putandae forent. *Nux juglans* per appositionem dici potest, ut *nux castanea*, apud Virgilium. Liber quoque P. Danielis, ut Colerus testatur, habet *nucum juglandium.* VORST. Quod Aldus edidit, est etiam in Mog. & Ascens. Edd. Sed Ven. & Mediol. habent, *candentium glandium aut nucum*, quod est in Paris. prim. Bit. Barb. prim. Leid. quart. utroque Ultraj. Harl. vero *vigladium muicupatam manibus barbam.* Cop. & Leid. sext. *ut candentium vi carbonum non captam manibus barbam.* Paris. sec. *ut candenti gladio non captam manibus barbam.* Non valde abhorreo a Vorstii conjectura. Vide Macrob. Lib. II. Sat. c. 14. quem citavit Oliverius.

35. *Nec securiorem maritum egit*] Leid. quart. quint. Ultraj. sec. *Nec securiorem se maritum egit.* pronomen expunxit Pighius, quod servant Editiones ante ipsum curatae.

36. *Cloridis*] Veteres libri & Cicero: *Doridis.* COLER. *Et Locrensis Doridis.* Ita veteres typis expressi, & MSS. quoque Brand. Pighius & hunc secuti Colerus & Thysius habent *Cloridis.* VORST. Vide Aelian. Lib. IX. V. H. 8. & Lib. XIII. 10. atque ibi Schefferum. PERIZON. MSS. Variant. *Aristomachis*, *Aristomacles*, *Aristomadis*, *Aristonidis*, *Aristomaches* quod postremum verum esse ex Plutarcho & Diodoro Schefferus monuit;

curiorem maritum egit, quam patrem. Duarum enim eodem tempore Aristomaches Syracusanae, & Locrensis [36] Doridis matrimoniis illigatus, neutrius unquam, nisi excussae complexum petiit. Atque etiam cubicularem lectum, perinde quasi castra, lata fossa cinxit: in quem se ligneo ponte recipiebat, cum forem cubiculi extrinsecus [37] à custodibus opertam, [38] interiorem claustro ipse diligenter obserasset.

nuit; item *Doridis* hic legendum esse. Quod observavit etiam Davis. ad Cic. Tusc. Lib. v. 20. Neque aliter habent MSS.

37. *A custodibus*] Malim cum manuscripto *Extrinsecus custodibus opertum.* COLER.

38. *Interiorem claustro ipse diligenter obserasset*] Lege, *Interiore claustro.* GUYET. Sic Ultraj. sec.

CAPUT XIV.

DE SIMILITUDINE FORMAE.

1. *Cn. Pompeji Magni cum Vibio & Publicio.*
2. *Cn. Pompeji Strabonis cum Menogene coquo.*
3. *P. Scipionis Nasicae cum Serapione victimario.*
4. *P. Lentuli & Q. Metelli Coss. cum Spinthere & Pamphilo histrionibus.*
5. *M. Messallae & C. Curionis cum Menogene & Burbuleo scenicis.*

EXTERNORUM.

1. *Antiochi regis Syriae cum Artemone quodam.*
2. *Hybreae oratoris cum servo Cymaeorum publico.*
3. *Siculi piscatoris cum praetore Romano.*

Plut. de Philosoph. plac. v. c. 11. & 12. Plin. VII. 12.

De similitudine autem oris, & totius corporis, [1] altiore doctrina praediti subtilius disputant: eorumque alii in ea sunt opinione, ut existiment illam origini & contextui sanguinis respondere. Nec parvum argumentum ex ceteris animalibus trahunt, quae fere gignentibus similia nascuntur. Alii negant [2] certam hanc esse naturae legem, [3] sed species mortalium, prout fortuita sors conceptionis obtulit, attribui. Atque ideo plerumque [4] ex speciosis deformes, & ex robustis invalidos partus edi. Verum

1. *Altiore doctrina*] Alludit Anaxagorae Homoeomeriam; de qua Lucretius: *Nunc ad Anaxagorae veniamus Homoeomeriam.* Servius: *secundum Anaxagoram, qui Homoeomeriam dicit, id est, omnium membrorum similitudinem esse in reb. creandis, id est, ex ossibus sanguine & medullis.* Lege Plutarchum Placitis Lib. v. cap. 11. & 12. Plinium Lib. VII. Solinum cap. de Homine. COLER.

2. *Certam*] Chart. Duac. *certissimam.*

3. *Sed species mortalium prout fortuita sors conceptionis obtulit, attribui*] Nonne legendum *conceptioni?* Fors nempe, prout mulieri in concipiendo species quasdam obtulit, tales mortalium species hominibus attribui. PERIZON. Non favent scripti.

4. *Ex speciosis deformes, & ex robustis invalidos partus edi*] MSS. octo cum Mog. & Ven.

rum quoniam iſta quaeſtio in ambiguo verſatur, pauca inter alienos conſpectae ſimilitudinis exempla referemus.

Magno Pompejo [5] Vibius ingenuae ſtirpis, & Publicius libertinus ita ſimiles fuerunt, ut permutato ſtatu, & [6] Pompejus in illis, & illi in Pompejo ſalutari poſſent. Certe quocunque aut Vibius, aut Publicius acceſſerant, ora hominum in ſe obvertebant, unoquoque ſpeciem ampliſſimi civis in perſonis mediocribus annotante. Quod quidem fortuitum ludibrium, quaſi hereditarium ad eum penetravit. 1. Plin. VII. 12. Solin. 5.

Nam [7] pater quoque ejus eo uſque Menogenis, coci ſui, ſimilis eſſe viſus eſt, ut vir & ferox animo & praepotens armis, ſordidum ejus nomen repellere à ſe non valuerit. 2. Plin. VII. 12. Ann. urb. 664.

[8] Eximiae vero nobilitatis adoleſcens Cornelius Scipio, cum plurimis & clariſſimis familiae ſuae cognominibus abundaret, [9] in ſervilem *Serapionis* appellationem vulgi ſermone impactus eſt, [10] quod hujuſce nominis [11] victimario quam ſimilis erat. Nec illi aut morum probitas, aut reſpectus tot imaginum, quo minus hac contumelia aſpergeretur, opitulata ſunt. 3. Livius LV. Plin. VII. 12 & XXXI. 3. Ejus conſulatus ann. urb. 615. laudatiſſimus fuit.

[12] Generoſiſſimum conſulatus collegium Lentuli & Metelli fuit: qui am-

Ven. *Ex ſpecioſis deformis, & ex robuſtis invalidus partus editur.*

5. *Vibius ingenuae ſtirpis*] Ceterum è plebe, ut Plinius VII. 12. ſcribit. VORST. Pauculi *Junius*, item *Vinius*.

6. *Pompejus in illis*] Unum tantum refert Solinus. CORRAD.

7. *Pater quoque ejus*] *Pompejus, Strabo* cognomine, à ſpecie oculorum hoc nactus; ut itidem praedicto loco ſcribit Plinius. VORST.

8. *Eximiae vero nobilitatis adoleſcens Cornelius Scipio*] Eſt is P. Cornelius Scipio Naſica, ut ex epit. Lib. LV. Livii apparet. VORST.

9. *In ſervilem Serapionis appellationem vulgi ſermone*] Epitome modo dicta Livii habet, ab irridente Curiatio tribuno pl. hoc ei cognomen impoſitum fuiſſe. VORST.

10. *Quod hujuſce nominis victimario*] *Victimarius*, eſt victimarum miniſter. Ceterum Plinius VII. 12. Serapionem vile mancipium negotiationis ſuariae fuiſſe ſcribit. VORST. MSS. tres *hujuſcemodi nominis*. Bit. prim. *hujuſce hominis victimarii*. *Victimarii* eſt etiam in Ultraj. prim.

11. *Victimario quam ſimilis erat*] Aliquot MS. *quam* omittunt, cum Edd. Aldi, Gryph. Steph. Colin. Sed Aſcenſ. *perſimilis erat*. Verum retinuiſſe videntur Leid. quint. & Barb. prim. *Victimario conſimilis erat*. Ut mox Ext. 1. Pro *opitulata eſt*, nonnulli *opitulata ſunt*, Perizonius, rogabat, an τὸ *eſt* delendum eſſet. nempe quia *opitulata eſt* incommode refertur ad prius *morum probitas*. malui itaque *ſunt*.

12. *Generoſiſſimus conſulatus collegio Lentuli & Metelli fuit*] Vetuſti codices legunt, *Generoſiſſimum conſulatus collegium*. PIGH. *Generoſiſſimum conſulatus collegium Lentuli & Metelli fuit.* Ita legi vult Pighius ex MSS. Habetque ita unus quoque cod. Brandeb. Alia lectio eſt, *Generoſiſſimus conſulatus collegio Lentuli & Metelli fuit.* Quae quidem lectio magis placet Gronovio. Sed contendit idem ex veteribus editionibus ac MSS. melioribus legendum potius ſic eſſe, *Generoſiſſimus conſulatus, collegium Lentuli & Metelli fuit.* Vide cap. 15. Obſ. in Eccl. Lentulus Spinther is eſt, qui in conſulatu ſuo de Cicerone ab exilio revocando retulit, & poſtea proconſule in Ciciliam profectus fuit. VORST. Pariſ. ſec. Bit. Barb. prim. *Generoſiſſimi conſulatus collegium.* Cop. *Generoſiſſimus conſulatus collegio.* & ſic Leid. tres, & uterque Duac. Sed Ultraj. uterque cum Pighio conſentit.

13. *In ſcena &c.*] Barthius legit, *in ſcena prope hiſtrionum modo ſpectati ſunt* i. e. aeque ac hiſtriones.

14. *Sed*

4. Ann. urb. 696. Plin. VII. 12.

ambo [13] in scena propter similitudinem histrionum propemodum spectati sunt. [14] Sed alter ex quodam secundarum cognomen *Spintheris* traxit: alter, nisi [15] *Nepotis* à moribus accepisset, [16] Pamphili tertiarum, [17] cui simillimus esse ferebatur, habuisset.

5. Plin. VII. 12. Solin. 5. Cens. Messalla an. ur. 698. Cos. Curio, an. ur. 677.

At M. Messalla consularis & censorius *Menogenis:* Curioque omnibus honoribus abundans, [18] *Burbuleji:* ille propter oris aspectum, hic propter parem corporis motum, uterque scenici nomen [19] coactus est recipere.

EXTERNA.

1. Abunde sint haec de domesticis, quoniam & personis sunt excellentia, &

14. *Sed alter ex quodam assectarum cognomen Spintheris traxit; alter, nisi Nepotis à moribus accepisset, Pamphili retiarii, cui simillimus esse ferebatur, habuisset*] Legendum ut in manuscriptis habetur, *ex quodam secundarum cognomen Spintheris; alter, nisi Nepotis a moribus accepisset, Pamphili tertiarum, cui simillimus esse ferebatur, habuisset.* Sic etiam Plinius rem explicat, qui hoc exemplum à Valerio desumpsit. *Sicut Spinther secundarum tertiarumque Pamphilus collegio Lentuli & Metelli consulum.* Loquitur enim Valerius de histrionibus non de gladiatoribus, inter quos *retiarii* nomen est; sed in scena quidam dicebantur *primarum*, vel *secundarum*, vel *tertiarum* actores, quemadmodum Graecis δευτεραγωνισταὶ, & τριταγωνισταὶ. Itaque Cicero Verrina prima: *Ut in actoribus Graecis fieri videmus saepe illum qui est secundarum aut tertiarum partium, cum possit aliquando clarius dicere, quam ipse primarum, multum summittere, ut ille princeps quam maxime excellat.* Vide quae istic Paedianus. PIGH. *Alter ex quodam secundarum cognomen Spintheris traxit.* Histrio fuit Spinther nomine: isque *secundarum*, sc. partium. Nimirum in scena alii primarum, alii secundarum, alii tertiarum partium actores dicebantur. *Partium* diserte addit Cicero I. in Verr. *Ut in actoribus Graecis fieri videmus saepe, illum qui est secundarum aut tertiarum partium, cum possit aliquando clarius dicere, quam ipse primarum.* Sed & ad ipsas, illas locutiones *secundarum partium, tertiarum partium*, subaudiendum aliquid amplius; & quidem *actor* vel *histrio.* Vide & Gronovium praedicto loco. VORST. Sueton. in Calig. cap. 57. *ut plures secundarum certatim experimentum artis darent.* PERIZON.

15. *Nepotis*] Dictus enim fuit *Nepos*, *Nepotem* dictum, quasi Q. Metelli Macedonici nepotem, significat Asconius. Quod videtur esse contra sententiam Valerii. Aliquando etiam suspicatus sum legendum esse apud Valerium: *nisi Nepotis à majoribus accepisset.* Sed suspicor tantum. COLER. *Nisi nepotis a moribus accepisset.* scil. *Nomen.* Falsum hoc. accepit enim a patre, qui Macedonici Nepos fuit. An ergo legendum *a majoribus?* quod & Colerus se suspicari, sed tantum suspicari dicit. qui male tamen confundit patrem & filium. Et nihil profecto obstat, quod solus pater non alii majores etiam nomen id habuerint sic enim Liv. L. III. c. 18. ubi Publicolae filius ait. *sibi hoc cognomen a majoribus relictum.* Sed tamen quia ita codd. habent malim credere Valerium existimasse *Nepotis* cognomen eum accepisse a moribus, quod eleganter, licet falso, sentire potuit. PERIZON. Inter excerpta Gudiana adscriptum est. F. *a majoribus:* ita & Colerus. Equidem credere malim cum Perizonio *a moribus* esse a Valerio profectum.

16. *Pamphili tertiarum*] MSS. plerique habent *retiarii.* tres *tertiarum actoris.* Leid. quint. *tertiarii*, quod probare Casaubonum ad Sueton. in Aug. cap. 45. notaverat Perizonius; atque etiam Turnebum Lib. I. Adv. c. 10. adscripserat codici suo Cl. Drakenborchius.

17. *Cui simillimus esse ferebatur*] Cod. *Cujus simillimus esse fatebatur.* sic ext 2. *eo usque loci sui similis esse visus est.* & in ext. 3. *praetoris admodum similem.* & *quapropter sui tam similis esset.* PERIZON.

18. *Burbuleji*] Male legi apud Sallustium *Burbuleium* monui ad fragmenta ejus. Sallust. ita loquitur: *Quia corpore & lingua percitum & inquietum nomine histrionis vix sani Burbuleium appellabant.* lege inibi: *Quem corpore & lingua.* COLER. Sic *Dorimachus* Aetolus homi-

& non obſcura notitia celebrantur. [20] Regi Antiocho [21] unus ex aequa- Plin. VII.
libus, & ipſe regiae ſtirpis, nomine [22] Artemon, perquam ſimilis fuiſ- 12. & So-
ſe traditur. Quem Laodice uxor Antiochi, interfecto viro, diſſimu- lin. Uſſer.
landi ſceleris gratia, in lectulo perinde quaſi ipſum regem aegrum collo- Ann 3758.
cavit. Admiſſumque univerſum populum, & ſermone ejus & vultu con- Polyb Exc.
ſimili fefellit: [23] crediderunttque homines ab Antiocho moriente Laodicen Leg. c. 140. Not. ad Juſt. XXVII. 1.
& natos ejus ſibi commendari.

[24] Hybream [25] autem [26] Mylaſenum, copioſae atque [27] concitatae fa- 2.
cundiae oratorem, [28] Cymaeorum ſervo ſtrigmenta gymnaſii colligenti, Strab. XIV.
[29] tam

minis impuri, ſed ſibi perquam ſimilis, *Babyrtae* nomine appellabatur apud Polyb. Lib. IV. p. 380. PERIZON.

19. *Coactus eſt recipere*] Sed aliter ſuperiores, quia etiam in Faſtis ita appellantur *Serapio* & *Spinther*, quod in his non fit. PERIZON.

20. *Regi Antiocho*] Cum ut minimum octo fuerint Syriae ac Aſiae reges Antiochi nomine, Latini ſcriptores ne uno quidem verbo lectori eos diſtinguere, quod ſaepe hactenus conqueſtus ſum, dignantur. Sed quid de externis conqueri oportet, cum nec in ſuis, hoc eſt, illuſtribus viris Romani faciant? quod in Scipionibus Fabiis ac Metellis toties indicavimus. GLAREAN.

21. *Unus ex aequalib.*] Manifeſta diſſenſio Plinii, qui ſcribit Artemonem illum, virum ex Syriaca plebe fuiſſe. Craſſus & notabilis error Valerii, aut oportet ei acceſſiſſe nimis impudentem & violentam manum. Illi ſane, quos hactenus recenſuit Valerius, qui aliquam perſonam digniorem referrent plerique ſervilis conditionis. COLER. Bit. prim. *Et ipſe egregiae ſtirpis.* MSS. Plures *Arthemo*, pauculi *Artenio*, quod vulgatas ante Pighium obſedit Edd.

22. *Artemon*] Ita & Plinius Lib. VII. cap. 12. Sed Arteon & ex plebe dicitur à Solino cap. 4. CORRAD.

23. *Crediderunttque homines*] Barthius legit, *omnes.*

24. *Hybream*] Ejus meminit Plut. in Antonio p. 675. PERIZON. p. 926. ad Franc.

25. *Hybream autem Mylaſenum.* Ita edidit Pighius. Codices Brand. habent *Hybreantem autem Milaſenum*, & *Hybreanta a. Milas.* VORST. Vulgo antea legebatur *Hibream autem Mylaium.* Sed plerique MSS. habent, *Hibreanta autem Milapium.* Harl. *Hiberanta autem.* Leid. quart. Ultraj. ſec. *Hibreantem autem.* Ultraj. prim. *Hibreantem*, deleto *autem*. Unde erroris origo cognoſcitur. *Hybrean* enim vocat Strabo loco citato a Colero, & Lib. XIV. p. 659. Ed. Pariſ.

26. *Mylaſenum*] Vide Gron. ad Liv. Lib. XXXVIII. c. 39. L. XLV. 25. Scheff. ad Aelian. Lib. I. V. H. 25. PERIZON. & ibi ipſum Perizonium etiam ex nummis rectius *Mylaſenum*, quam *Mylaſſenum* ſcribi docentem.

27. *Concitatae facundiae*] Strabo Libro XIII. Μέγιστον ῥήτορα facit & diſcipulum Diotrephae Antiocheni. Idem eodem loco ait ſuo tempore vixiſſe. Ergo & Valerii aut paulo ante. COLER.

28. *Gymnicorum ſervo ſtramenta gymnaſii colligenti*] In veteribus libris correcte, *Cymeorum ſervo ſtrigmenta gymnaſii colligenti.* De Cymaeis ita Stephanus: Κύμη πόλις αἰολίδος πρὸς τῆς λέσβου ἀπὸ κύμης ἀμαζόνος· ἐκαλεῖτο δὲ ἀμαζόνιον. τὸ ἐθνικὸν, κυμαῖος. ἐντεῦθεν ἦν ἔφορος ὁ ἱστορικὸς καὶ ἡσίοδος. Eadem Strabo ſcribit libro duodecimo. *Hybreas* orator itaque perquam ſimilis erat Cymeorum ſervo publico, qui ſtrigmenta gymnaſii colligebat. Sunt autem *ſtrigmenta* ſordes, quae deterguntur è corporibus athletarum vel exercentium ſe in gymnaſiis. Utitur vocabulo frequenter Plinius, ut Libro XV. capite 4. *Olei uſum ad luxuriam vertere Graeci vitiorum omnium genitores in Gymnaſiis publicando. Notum eſt, magiſtratus honoris ejus octogenis ſeſtertiis ſtrigmenta olei vendidiſſe.* PIGH. *Cymaeorum ſervo ſtrigmenta gymnaſii colligenti.* Ita Pighius reſtituit hunc locum. Et confirmant lectionem eam codices Brand. Aldus ediderat *Gymnicorum ſervo ſtramenta gymn. coll.* Κύμη Aeolidis urbs, ut ex Stephano de urbibus conſtat. Unde di-

[29] tam similem, ut tantum non germanum fratrem totius Asiae oculi assignarent. Ita lineamentis oris, & omnium membrorum compares erat.

3. Plin. VII. 12. Solin. 4. Ille vero, quem in Sicilia [30] praetoris admodum similem fuisse constat, [31] petulantis fuit animi. Proconsule enim dicente, *mirari se quapropter sui tam similis esset, cum pater suus in eam provinciam nunquam accessisset*: *At meus*, inquit, [32] *Romam frequenter accessit.* Joco namque lacessitam ma-

dicuntur Κυμαῖοι. *Strigmenta*, sordes quae ex athletarum in gymnasiis se exercentium corporibus deterguntur. Plinius XV. 4. *Olei usum ad luxuriam vertere Graeci vitiorum omnium genitores, in gymnasiis publicando. Notum est, magistratus honoris ejus octogenis sestertiis strigmenta olei vendidisse.* VORST. Etiam Brodaeus Lib. IX. Misc. cap. 23. emendat, *strigmenta*, quae Graeci γλοιὸς vocant. *Strigmenta* probat etiam Guyetus. i. e. ξύσματα. Praeterea Turneb. Lib. I. Adv. c. 10. *Strigmenta* legit. MSS. septem habent *stragmenta*. Parif. prim. Copes. Leid. sext. *strigmenta*. Ultraj. sec. *striomenta*. Sed Mog. Ed. *strigmenta*. Ven. *stragmenta*. Praeterea Leid. prim. pro *Gymnicorum*, *Comeorum* exhibet. Harl. Barb. prim. Cop. *Cynicorum*. Leid. quint. Ultraj. prim. *Cimeorum*. sec. *Cimieorum*. Ed. Mog. *Cumeorum*. Unde *Cymaeorum* recte a Pighio emendatum esse merito statuas.

29. *Tam similem ferunt, ut tanquam germanum fratrem totius Asiae oculi assignarent*] Vetusti codices ita, *Tam similem ut germanum fratrem totius Asiae oculi assignarent*. Recte. PIGH. *Tam similem ut*. Germana lectio Valerii ex Lib. Danielis: *colligenti tam similem, ut tantum non germanum fratrem.* COLER. *Tam similem ut tantum non.* Aldus, *Tam similem ferunt ut tanquam germanum fratrem totius Asiae oculi assignarent.* At Pighius & *ferunt* & *tanquam* expunxit; quod ita in MSS. reperiret: & pro *assignarent* scripsit *assignarunt:* non recte meo judicio; quia praecedit *ut*. Colerus ex cod. P. Dan. pro *tanquam* reposuit *tantum non*. A codd. Brand. abest τὸ *ferunt*. Iidemque praeterea nec *tam similem* habent; sed his omissis unus eorum ita, *Hybreantem autem Milasenum, copiosae atque concitatae facundiae oratorem Cymaeorum servo stragmenta gymnasii colligenti tanquam suum germanum fratrem oculi totius Asiae assignarunt.* Alter pro *tanquam suum* manifeste habet *tantum*; *non* vero in eodem expunctum videtur. *Tantum non* & in cod. Fanovictoriensi observavit; idque pro *tam similem ferunt ut* omnino legendum censet Gronovius. Vide Notas ejus in Liv. VORST. Nempe Gronov. ad Liv. Lib. IV. cap. 2. legit. *Hybrean Mylasenum* &c. *Cymaeorum servo strigmenta Gymnasii colligenti tantum non Germanum fratrem totius Asiae oculi assignarunt.* Idque recte factum judicat Perizonius. Ed. Mog. *Tam similem ferunt ut tamquam*, omittit cum Parif. prim. & Ultraj. sec. prim. solum retinet *tanquam*. Parif. sec. Barb. prim. *tam similem & tantum non.* Bit. prim. *tam similem ut Germanum fratrem.* Copes. *tantum similem ferunt, ut* &c. *assignarunt.* *Assignarunt* etiam Parif. prim. Leid. prim. sext. uterque Ultraj. Possis credere ab auctore scriptum. *Tam similem ferunt, ut germanum fratrem totius Asiae oculi assignarint.* in Exc. Duac. adscribitur. *tam similem ferunt ut*, glossema sunt.

30. *Praetoris admodum similem*] Parif. prim. Leid. quart. Ultraj. prim. *proconsuli.*

31. *Petulantis fuit animi*] Τὸ *fuit* adjectum est a Pighio, omissum in MSS. septem. servant tamen reliqui cum Ed. Mog. pro *sui tam similis*, Parif. prim. *sibi.*

32. *Romam frequenter.*] De Augusto refert Macrobius Lib. II. Saturn. CORRAD. Barthius delet *accessit.*

33. *Invicem suspicione in matrem ejus rejecta*] In Cauchiano, Gemblacensi, *regesta* legitur. ut Quinctilianus II. *Invidiamque omnem in eum regereret, qui hoc se coegisset.* PIGH. *Rejecta.* Alii libri *regesta* melius. Latinum enim est *Regerere suspicionem.* Ausonius dixit *Regerere verbera:* Quintilianus libro II. *Invidiam regerere.* COLER. *Invicem suspicione in matrem ejus rejecta.* In quibusdam codd. pro *rejecta* est *regesta:* id quod Colero magis placet. Sic enim Ausonium dicere *regerere verbera*; Quintilianum *regerere invidiam.* VORST. *Regesta* habet Cop. Leid. sext. Barb. sec. *regesta* al' *rejecta.* locus Quintil. est Lib. XI. cap. I. p. 966. Ed. Burm. de hoc verbo vide Cl. Burmannum ad Quintil. Lib. II. II.

34. *Au-*

matris suae pudicitiam, [33] invicem suspicione in matrem ejus rejecta, [34] audacius quam virgis & securibus subjecto conveniebat, ultus est.

34. *Audacius quam conveniebat virgis & securibus subjecto*] Bit. prim. omittit, *subjecto*. reliqui fere hoc ordine, *quam subjecto virgis & securibus conveniebat, ultus est.*

CAPUT XV.

DE HIS QUI PER MENDACIUM SE IN ALIENAS FAMILIAS INSERUERUNT.

1. *L. Equitius Firmanus.*
2. *Erophilus medicus equarius.*
3. *Octaviae sororis Aug. falsus filius.*
4. *Q. Sertorii falsus filius.*
5. *Trebellius Calca.*
6. *Cn. Asinius Dio falsus.*

EXTERNI.

1. *Rubria Mediolanensis falsa.*
2. *Ariarathes Cappadociae rex falsus.*

[1] Sed tolerabilis haec & uni tantummodo anceps temeritas. Quod sequitur impudentiae genus, nec ferendum ullo modo: periculique tum privatim, tum etiam publice late patentis.

[2] Nam, ut Equitium [3] Firmo Piceno monstrum veniens, relatum jam in hujusce libri superiore parte, praeteream, cujus in amplectendo Ti. Graccho patre, evidens mendacium, turbulento vulgi errore, amplissima tribunatus potestate vallatum est, [4] Herophilus equarius

I. Ann. urb. 657. Cic. pro Rab. 7. App. Civil. I. p. 173.

1. *Sed tolerabilis haec, & uni tantummodo anceps temeritas*] Non minus eleganter abest copula a MS. Sed considera sequentia. PERIZON. Ceteri MSS. copulam retinent, sed pro *nec* Ultraj. prim. & Leid. quint. habent *non*.

2. *Nam ne Equitium &c. relatum jam in hujusce libri superiore parte praeteream, ejus in amplectendo Ti. Graccho patre evidens mendacium turbulento vulgi errore vallatum est*] Legendum omnino videtur, ut est in MSto. *Nam ut Equitium &c. praeteream. Cujus in amplectendo &c. vallatum est.* Sic enim haud dubie scripsit Valerius. & hoc exemplum, quia jam supra retulerat, breviter repetit, & sequenti annectit. quod cum librarii non ferrent, ex eo singulare & separatum voluerunt facere exemplum: cum tamen non verisimile videatur, tanta cum praefatione illius non omittendi locuturum Valerium, quem tamen tam parce attingit, & supra jam retulerat. PERIZON. Invenio hoc etiam in MSS. quatuordecim. Temere omnino contra omnes Edd. mutavit Pighius.

3. *Firmo Piceno*] Lib. Danielis: *Formo Piceno*. Lavernianus *Furno Piceno*. *Firmum* quidem Picenum, agri Piceni opidum esse constat, quod Strabo Φίρμον πικηνόν appellat. Hinc *Firmani*, incolae illius apud Plinium. Sed *Furnum* etiam *Picenum* elegantissime dici posse istud opidulum, quis negabit; qui quidem sciat pistoribus abundasse, ut totum agrum Picenum, unde & *Pistoriensis* dictus fuit? Panes Picentinos celebrat Martialis peculiari lemmate:

Picentina Ceres niveo sic nectare crescit,
Ut levis accepta spongia turget aqua. VORST.

Equitium Firmo Piceno. Mentionem hujus & supra facit III. 2. 18. III. 8. 6. IX. 7. 1. *Firmum Picenum* oppidum agri Piceni. Unde & *Firmani* dicti. VORST. Unde Colerus probaturus fuerit agrum *Picenum*, etiam *Pistoriensem* dictum, idque quod totus pistoribus abundaverit, nescio. *Pistoriensis ager* est vicinus urbi Pi-

Ann. urb. 709. Cic. ad Att. xiv. & Philip. 1. 2. Livius cxvi. App. Civil. iii.

1. rius medicus C. Marium ſepties conſulem avum ſibi vindicando ita ſe extulit, [5] ut coloniae veteranorum complures, & municipia ſplendida, collegiaque fere omnia patronum adoptarent. Quinetiam cum C. Caeſar, [6] Cn. Pompejo adoleſcente in Hiſpania oppreſſo, populum in hortis ſuis admiſiſſet, proximo intercolumnio [7] pene pari ſtudio frequentiae ſalutatus eſt. Quod niſi divinae Caeſaris vires huic erubeſcendae procellae obſtitiſſent, ſimile vulnus reſpublica excepiſſet, atque in Equitio acceperat. Ceterum decreto ejus extra Italiam relegatus, poſtquam ille coelo receptus eſt, in urbem rediit, & conſilium interficiendi ſenatus capere ſuſtinuit. Quo nomine juſſu patrum necatus in carcere, feras prompti animi ad omne moliendum ſcelus poenas pependit.

2. Nec divi quidem Auguſti etiamnum terras regentis excellentiſſimum numen ab hoc injuriae genere [8] intentatum. Exſtitit enim, [9] qui *clariſſimae ac ſanctiſſimae ſororis ejus Octaviae utero ſe genitum* fingere auderet: [10] *propter ſummam autem imbecillitatem corporis, ab eo, cui datus erat, perinde atque ipſius filium retentum, ſubjecto in locum ſuum proprio filio* diceret: videlicet, ut eodem

Piſtoriae, quae in Etruria fuit ſupra Faeſulas, unde & Catilina ex agro Faeſulano in Piſtorienſem ſuos abducit, ut per occultos tramites in Galliam fugerent. apud Sall. B. Cat. c. 57. *Furno* tamen habent Bit. prim. Leid. quart. Ultraj. prim. *Furnio*, ſec. Sed retinendum *Firmo*.

4. *Herophilus*] Ab Apppiano Lib. iii. init. dicitur *Amatius*, ſed in Epit. Liv. 116. *Chamaricus*. GUDIUS. Jam *C. Amatius* reſcripſerunt V. D. in Livio. Perperam etiam apud Appianum, Μαρίου γὰρ ὑπεκρίνετο υἱωνὸς εἶναι vertitur *quaſi filius*. cum *ſe Nepotem* ipſum ſimulaſſe auctor dicat. Marii nempe ſenioris, ut noſter diſerte. *C. Marium ſepties conſulem avum ſibi vindicando*.

5. *Ut coloniae ſe veteranorum complures &c.*] *Se* poſt nomen coloniae non habet locum, quamquam in omnibus, quae nos vidimus, exemplaribus ſic legitur. Badius in ſuo exemplari habuit, at in ordine, quem facit pro pueris, non habet. GLAREAN.

6. *Cn. Pompejo adoleſcente in Hiſpania oppreſſo*] Filii Cn. Pompeji Magni, Cnaeus & Sextus exſtincto patre bellum contra Caeſarem inſtaurarunt. Sed major natu Cnaeus proelio in Hiſpania commiſſo profugus atque avia petens à Ceſonio pugnans interfectus eſt: minorem Sextum aliis poſt Caeſarem bellis fortuna reſervavit. Vide Florum iv. 2. 86. VORST.

7. *Pene pari ſtudio frequentiae ſalutatus eſt*] Inſolens locutio, *frequentia* pro hominibus ipſis, & *frequentiae* tribui ſtudium. Forte *ſtudio & frequentia*. PERIZON. *Pari ſtudio frequentiae*, retinent MSS. omnes. bene vero Pighius, quod reſcripſit *in hortis ſuis*. ſic enim MSS. non ut vulgo circumferebatur *in hortos ſuos*.

8. *Intentatum ab hoc genere injuriae exſtitit, cum quidam*] Lego; *Ab hoc injuriae genere intentatum: exſtitit, qui clariſſimae & ſanctiſſimae ſororis ejus utero ſe genitum fingere auderet. propter ſummam autem imbecillitatem &c.* tantum laborabat diſtinctione; in reliquis ſequimur MSS. GUDIUS. Nempe plerique MSS. omittunt *cum*, & pro *quidam*, *qui* exhibent. non omnes tamen, rectius utique uterque Ultraj. Leid. quart. & quint. Ed. Mog. *intentatum. Exſtitit enim, qui &c.* quod repoſui.

9. *Qui clariſſimae ſororis ejus*] In MSS. undecim & Edd. omnibus eſt *clariſſimae ac ſanctiſſimae*, quae poſteriora expunxit Pighius; quod probare non potui.

10. *Propterque ſummam imbecillitatem*] Etiam haec ita concinnavit Pighius, cum legeretur *propter ſummam autem imbecillitatem:* id quod comprobant omnes MSS. in fine pro *fertur*, Bit. prim. exhibet *ferretur*.

11. *Trebellius Calca*] Harl. Bit. prim. uterque

dem tempore sanctiſſimi penates, & veri ſanguinis memoria ſpoliarentur, & falſi ſordida contagione inquinarentur. Sed dum plenis impudentiae velis, ad ſummum audaciae gradum fertur, imperio Auguſti remo publicae triremis affixus.

Repertus eſt etiam, qui ſe diceret eſſe Q. Sertorii filium, quem ut a- 3.
gnoſceret uxor ejus, nulla vi compelli potuit.

Quid [11] Trebellius Calca, [12] quam aſſeveranter ſe Clodium tulit! & 4.
quidem dum de bonis ejus contendit, in centumvirale judicium adeo favorabilis deſcendit ut vix juſtis & aequis ſententiis conſternatio populi ullum relinqueret locum. In [13] illa tamen quaeſtione neque calumniae petitoris, neque violentiae plebis judicantium [14] religio ceſſit.

Multo fortius ille, qui Cornelio Sulla [15] rerum potiente, in domum 5.
Cn. [16] Aſinii Dionis irrupit, filiumque ejus patriis penatibus expulit; vociferando *non illum, ſed ſe Dione eſſe procreatum.* [17] Verum poſtquam à Sullana violentia Caeſariana aequitas reduxit gubernacula Romani imperii, juſtiore principe remp. obtinente, in publica cuſtodia ſpiritum poſuit. Ex-

que Ultraj. *Calcha.* duo alii *Calcas.*

12. *Quam perſeveranter ſe Clodium tulit*] Harl. Barb. prim. Cop. Leid. ſext. Duac. memb. *ſe Clodio genitum tulit.* Ultraj. ſec. cum Mog. *aſſeveranter ſe inſerere Clodium tulit.* Chart. Duac. *ſe inſerere Clodio tulit.*

13. *Illa tamen quaeſtione*] Rectius vetuſti libri, *In illa tamen quaeſtione.* PIGH. Etiam MSS. noſtri addunt praepoſitionem cum antiquiſſimis Edd. nonnulli cum Mog. *conſternati populi.*

14. *Religio*] Vide Gud. ad Phaed. Lib. III. 13.

15. *Rerum potiente*] Forte, *Remp. potiente*, ut eſt in Bit. prim. GUDIUS. Harl. *Rep. potiente*, & ſic uterque Ultraj. Leid. quint. Mog. & ceterae Edd. Verum Leid. alii tres & Cop. *Cornelii Sullae Dictatoris potentia.*

16. *Aſſidionis*] A ſecundo Syllae conſulatu, uſque ad Auguſti Imperium 37. ſunt anni, nimis longum tempus ad ulciſcendum hunc hominem: ideoque dubium de utro Caeſare loquitur author, cum tamen ſequentia omnia ſint de Auguſto. GLAREAN. *Qui Cornelio Sylla republica potiente, in domum Cn. Aſſidionis irrupit*] Multo correctius in Atrebatenſi aliiſque ſcriptis libris, *Qui Cornelio Sulla rerum potiente in domum Cn. Aſinii Dionis irrupit.* Sic paulo poſt legendum, *Sed ſe Dione eſſe procreatum*, non *Aſſidione.* PIGH. *In domum Cn. Aſinii Dionis.* Ita Pighius ex MSS. Aldus ediderat *Cn. Aſſidionis.* Unus cod. Brand. *In domum Cn. Bionis:* moxque iterum *Bione.* VORST. *Forte Aſellionis*, quod ſupra in MS. ſcribebatur *Aſelionis*, vel forte rectnm erit, *Aſidionis:* nam fuit gens *Aſidia.* ceterum *Aſinius Dento* occurrit apud Cic. Lib. V. ad Att. 20. PERIZON. MSS. Sex *Gn. Aſſidionis.* Harl. *Gn. Aſſindonis* Bit. prim. Leid. quint. Mog. Ed. *Gn. Aſiani Bionis.* Ultraj. prim. *Gn. Bione.* ſec. *Gn. Axiani Bionis.* Leid. quart. *Gn. Bionos.* tert. *Aſſilionis Saradinis.*

17. *Verum poſtquam à Syllana violentia Caeſariana aequitas reduxit gubernacula Romani imperii juſtiore principe obtinente rempublicam*] Extrema verba *rem publicam*, in vetuſtis codicibus quinque non extant. Et abeſſe ſalva ſententia poſſunt, legendo *reluxit*, pro *reduxit*, hoc modo, *Verum poſtquam à Sullana violentia Caeſariana aequitas reluxit, gubernacula Romani imperii juſtiore principe obtinente.* Quae forma loquendi a Valerio non aliena eſt, nec adeo ab ipſa veritate; conſtat enim poſt Sullae dominationem non ſtatim imperii gubernacula ad Caeſarem eſſe revoluta. PIGH. Videtur legendum, *Poſtquam a Sullana violentia Caeſariana aequitas reduxit gubernacula Romani imperii, juſtiore principe*

EXTERNA.

1. Eodem praeſide reipublicae in conſimili mendacio muliebris temeritas Mediolani repreſſa eſt. Siquidem cum ſe pro Rubria quaedam, perinde ac falſo [18] credita eſſet incendio periiſſe, nihil ad ſe pertinentibus bonis inſereret, nec ei aut tractus ejus ſplendidi teſtes, aut [19] cohortis Auguſti favor deeſſet, propter inexpugnabilem Caeſaris conſtantiam irrita nefarii propoſiti abiit.

2. Item [20] barbarum quendam, ob eximiam ſimilitudinem Cappadociae regnum affectantem, tanquam Ariarathes eſſet, quem [21] à M. Antonio interemptum luce clarius erat, quanquam pene totius Orientis civitatum & gentium [22] credula ſuffragatione fultum, caput imperio dementer imminens juſto impendere ſupplicio coëgit.

cipe obnitente in publica cuſtodia &c. Ita quam proxime ad ſcriptos codices accedimus: deinde turpem ταυτολογίαν evitabimus. Hoc etiam verbum *obniti* valde ad rem facit. Nam ſtatim exemplo ſequenti dicit de eodem: *propter inexpugnabilem Caeſaris conſtantiam.* GUDIUS. Equidem *reduxit, & obtinente Remp.* in omnibus ad unum MSS. reperi. Niſi quod *Remp.* deſiderari video in duobus Leid. Itaque hunc conſenſum ſecutus ſum, de iſta ταυτολογία, qua quaſi per ἐξεργασίαν Caeſar laudatur, ſecurus.

18. *Credita eſſet*] Barthius delet *eſſet.*

18. *Cohortis Auguſti favor*] Minime profecto convenit eundem hic *Auguſtum* altera linea *Caeſarem* vocari. Lege omnino cum MS. *Cohortis Auguſtae.* ſic σπεῖρα Σεβαστή Act. xxv. v. 21. & xxvii. v. 1. *Auguſtum numen* Ovid. Pont. iii. 1. 163. *Auguſti dii* iii. 6. 16. *morumque vitio nomen Auguſtum inquinat.* Sen. Octav. v. 251. *Auguſto nomine dictus* Ovid. I. Faſt. v. 590. & L. v. v. 552. 557. & Ponto I. 2. 117. ii. 2. 26. ſic στρατόπεδον. Αὔγουστον ἐπονομασθὲν. Dio p. 528. ſimiliter, *Herculea & Jovia cohors,* Claudianus. Vide Spanhemium p. 747. Supra noſter, L. ii. 8. Extrem. *Artes Auguſtae domus* vi. 1. init. *Auguſti Penates* iterum *Auguſta domus.* viii. 15. init. πρεσβευτὴν σεβαστοῦ inſcr apud Spon. T. 1. p. 43. bis. tamen Σεβαστοῦ & Καίσαρος in uno commate in Act. Apoſt. xxv. 21. PERIZON. Leid. prim. & ſec. *Auguſtie*, ſext. *Auguſte.*

20. *Barbarum quendam ad eximiam ſimilitudinem Cappadociae regnum affectantem*] Videtur legendum vel *Ob eximiam* vel cum MS *propter eximiam.* Sed forte *ad* hic ſignificat *propter.* PERIZON. *Ob eximiam* eſt in MSS. novem. Pariſ. prim. Leid. ſext. *propter eximiam.* Leid. tert. & quart. *ad eximiam.* ex quibus *ob* praetuli.

21. *A. M. Antonio interemptum*] Idem & Artavaſden Armeniae Regem interemit. Vell. Lib. ii. 82. Liv. Epit. 131.

22. *Credula ſuffragatione ſuffultum caput*] *Fultum* in manuſcriptis. Sic *fultum gloria imperium,* dixit Cicero Officior. iii. Item Plin. in epiſt. *Praeterea qua gratia, quibus amicitiis fultum?* PIGH. Diſtingue, *Fultum, caput imperio dementer imminens juſto* &c. PERIZON. *Fultum* etiam MSS. noſtri omnes exhibent. male aliquot MSS. *clementer*, item *impendi.*

FRA-

FRAGMENTUM
LIBRI DE NOMINIBUS:
QUI IN QUIBUSDAM CODD. TITULUM
LIBRI DECIMI
PRAEFERT.

C. TITI PROBI [1] IN EPITOMEN SUAM
PRAEFATIO.

DECIMUS hujus operis liber, qui & ultimus est, vel ex negligentia, aut malevolentia librariorum deperiit. Abbreviator titulos ejus habebat integre fortassis, tamen de uno tantum, hoc est, de praenomine, epitoma repraesentabat.

ALIA

1. *In epitomen suam C. Titi Probi praefatio*] Hic titulus in multis veteribus libris non habetur, & in aliquibus, ut dixi, sunt aliae praefatiunculae librariorum arbitratu compositae. At in Campensi codice nulla est praefatio. Quemadmodum enim in aliis novem Valerii Maximi libris, ita & hic solummodo praefiguntur tituli; quos abbreviatorem Julium Paridem omisisse dicunt librariorum praefatiunculae, & sunt quidem tales,

De nominibus,
De pronominibus,
De cognominibus,
De agnominibus,
De appellationibus potestatum,
De verbis Romanae historiae.

Ex quibus facile colligi potest, librarios fragmentum istud epitomes de nominum ratione non solum: sed & alia quaedam collectanea veluti appendices ad declarandum Valerium ejus libris adjecisse, ex antiquis quidem auctoribus deprompta, sed quae posteriores pro suo judicio male consarcinarunt, mutarunt, & detruncarunt. Nam huic fragmento de nominibus, quod continue post titulos istos sequitur, in Campensi codice annexa est alia quaedam epitome de appellationibus potestatum, & de Rom. historiae vocabulis; velut arguunt etiam ex dictis titulis duo postremi. Attamen haec ab alio recentiore videtur esse composita, & vix digna luce, nedum Valerio Maximo; qualiscunque tamen est, non minus prodesse forsan posset imperitioribus, quam illa quae ex Pomponio juris consulto de origine juris ac magistratuum non admodum fideliter est compilata. PIGH. Tota Epitome deest in Paris. sec. Praefatio prima in Harl. & Ultraj. prim. item in Leid. quint.

ALIA PRAEFATIO.

Decimus atque ultimus hujus operis liber seu studiosorum inertia, seu scriptorum segnitia, seu alio quovis casu aetati nostrae perditus est. Verum Julius Paris abbreviator Valerii post novem libros explicitos, hunc decimum sub infra scripto compendio complexus est; per quod de nominibus, praenominibus, cognominibus, atque agnominibus fuisse eundem. à Valerio compositum conjectari licet. Verba quidem Julii Paridis haec sunt. Liber decimus de praenominibus, & similibus.

PRAEFATIO STEPH. PIGHII EPITOMAE DE NOMINIBUS PRAEFIXA.

Veteres libri omnes, quos vidimus, tam manuscripti, quam impressi nobis repraesentant Valerii Maximi hoc opus ita libris novem distinctum: in aliquibus tamen reperitur cujusdam epitomes fragmentum, in fine annexum pro libro decimo, prorsus tamen remotum & alienum ab argumento scopoque librorum Valerii Maximi. Nihil enim aliud docet, nisi aliquarum appellationum, seu nominum Romanorum rationes. Quae quidem Epitome ex alio antiquo auctore collecta est a Julio Paride, sicut nonnulli produnt codices: cujus fragmentum hoc duntaxat de praenominibus repertum quidam librarii priores Valerio Maximo adjunxerunt, tamquam ex ejus libro exemplorum decimo contractum; moti, quod apparet, quod in eodem fragmento citetur Valerius; non tamen Maximus: istud enim non potest affirmari ex simplice isto nomine, sicut in multis exemplaribus reperitur. Sed Antiadem citari unum exemplar manuscriptum J. Sambuci liqui-

& sext. utraque. posterior praefatio deest in Bit. prim. & Ed. Mog.

2. *Decimi hujus operis libri per C. Titium Probum Epitome De praenomine*] Atque haec item inscriptio non habetur in manuscripto Campensi, nec in aliis. PIGH. Abest etiam a quibusdam nostris.

3. *Quod Romulus, & Remus, Faustulus*] Deest ali-

quide declarat, quemadmodum ſuo loco dicemus in annotationibus. Jam addiderunt alium errorem, qui [2] C. Titium Probum, neſcio quem, ut hujus epitomes auctorem protulerunt, id quod ex hujus argumenti fine temere deprompſiſſe videntur. Nam id ipſum praefatiunculae librariorum judicio diverſimode confictae palam faciunt tam ipſo ſtilo, quam quod alterius, ut ſuo modo loquuntur, abbreviatoris mentionem adferunt: eas autem duas imprimis diſcrepantes, mox cum eodem epitomes fragmento ſubjungemus, quamvis clare liqueat, non eſſe Valerii Maximi & ejus auctor in obſcuro lateat. Attamen quia ſapit antiquitatem non ineruditam, & Scholiorum loco ſtudioſis ſervire poterit ad linguae & hiſtoriae Romanae cognitionem, rituſque veteres diſcendos, id ipſum emendatum ex fide exemplarium manuſcriptorum, ſicut ante Valerio Maximo fuit annexum, nunc viſum eſt Plantino noſtro cum eodem libro recudere & publicare. Vale Vienna Auſtriae anno ſalutis noſtrae MDLXXIV.

DE PRAENOMINE.

Varro ſimplicia in Italia fuiſſe nomina ait, exiſtimationiſque ſuae argumentum refert: [3] quod Romulus & Remus & Fauſtulus neque praenomen ullum, neque cognomen habuerunt. Qui ab eo diſſentiunt, ajunt matrem eorum [4] Ream Silviam vocatam; avum Silvium Numitorem; fratrem ejus, Amulum Silvium: & ſuperiores Albanorum reges, Capetum Sil-

altera copula. Nam in Campenſi, v. c. & aliis manuſcriptis ſic legitur, *Et Remus*, *&* *Fauſtulus*. Ceterum Varronis opinionem iſtam ſequitur item Appianus Alexandrinus, ſcribens Romanos ab initio uſos uno nomine, dein duobus, poſtea tribus. PIGH. *Et Remus*, *&* *Fauſtulus* etiam MSS. noſtri.

4 *Rheam Sylviam*] V. c. *Ream Sylviam*. Quae orthographia antiqua eſt Romana non Graeciſſans; quippe ſine aſpiratione vel y in Silviorum nomine. Mox ſequitur, *Amulium Sylvium*. v. c. *Amulum Silvium*. Nec adeo male. nam priſca haec fuere praenomina apud Albanos, Amulus, Romulus, Numitor, Tutor, nec non Romus, Remus, & alia quae poſtmodum non uſurpata obſoleverunt. Deinde habetur, *Agrippam Sylvium*. In v. c. *Agripam Silvium*. Item antiq. ſimplici p. Nam ab aegro partu praenomen inventum eſt. In Sambuci codice hic omittitur. PIGH. De *Rhea Silvia* videndae omnino Epiſtolae Theod. Rykii & Iac. Perizonii, quas hic Aeliani Lib. VII. Var. Hiſt. ſubjecit. Pro *Amulum* plerique MSS. exhibent *Amulium*.

5. *Tutorem Clodium*] V. c. *Tutorem Cloelium*. Recte. Nam *Cloelia* gens à *Cloelio* Aeneae comite appellata eſt Dionyſio & Feſto teſtibus. Quae apud Albanos in Latio inter anti-

Silvium, Agrippam Silvium; posterioresque duces Metium Suffetium, & [5] Tutorem Cloelium vocatos. Nec contenti his ad Sabinos transgrediuntur, & Titum Tatium, Numam Pompilium, & patrem ejus [6] Pompum Pompilium; ejus denique regionis principes enumerant, [7] Pirtilianum Lavianium, [8] Volesum Valesium, Metium Curtium, Allum Funnisillaticum. [9] Ex Tuscis recitant, Lartem Porsennam; ab Aequicolis, Septimum Modium primum regem eorum, & Sertorem Resium, [10] qui primus jus feciale instituit. In hunc modum Varronis sententia subruitur.

Romanos autem arbitrandum est maxime ab Albanis & Sabinis multiplicandorum nominum consuetudinem traxisse: quoniam ab illis orti sunt.

[11] Omnia

tiquissimas, & nobilissimas fuit. Post Sylviam etenim in Numitore deficientem ejus regni principatum & gubernacula tenuit sub Numa, & Tullo Hostilio regibus; & demum Alba, sub Suffetio dictatore diruta, Cloelii Romam à Tullo rege cum omni alia nobilitate traducti etiam sunt, atque inter patres lecti, Sicut Livius, Dionysius & alii scripsere. PIGH. Leid. tert. *Cleolium.* Harl. *Cleosium.* Ultraj. prim. & Par. prim. *Celium.* ceteri *Clodium.*

6. *Pompejum Pompilium*] V. c. *Pompum Pompilium.* In Livio, Dionysio, Valerio Max. patrem Numae regis Pomponem Pompilium appellatum legimus, in Plutarcho autem Pomponium Pompilium. Atque haec varietas librariorum negligentiae imputanda est. Ceterum praenominis antiqui formam magis retinent illa, Pompus, vel Pompo: tertium Pomponius, gentilitium nomen potius est, quam praenomen. PIGH.

7. *Putilianum Lavianum*] In quibusdam manuscriptis, *Pirtilianum Lavianium*, in Sambuci libro *Postulanum Lavianum* habemus. Sed aeque obscura haec; immo, ut Verrii Flacci verbis dicam, intermortua, & sepulta jam sunt vocabula. PIGH. *Pirtillianum Lavianum.* Corrupta haec MS. *Putilianum Lauranum.* Sambuci liber *Postulanum Laxianum.* F. *Petillum Lajanium*, vel *Paetulanum Lajanium.* Notum est librarios saepe duobus nominibus dedisse eamdem formam, sic cum invenirent *Lajanium*, videntur ex *Petillo* etiam fecisse *Petillanum.* esset autem *Paetulanus*, ut *Vibulanus* a *Paeto* unde gens *Paetilia.* Fuerunt autem multa ejus formae nomina, ut patet ex gentibus *Pedania* &c. sic *Lajanius* est nomen gentis a *Lajano*, & hoc eandem habet originem ac Laïa gens. Forte Graecum illud nomen *Lajus. Lauranius* apud Quintil. L. IX. p. 618. extr. PERIZON. Par. prim. *Postulanum Lauzanum.* Harl. Bit. prim. *Putolanum Lauranum.* Leid. quint. sext. Ultraj. prim. *Putulanum Lauranum.* Leid. tert. *Putulanum Laulanum.*

8. *Volesium Valentium*] V. c. *Volesum Valensium.* Praenomen hoc extat ita quoque, *Volesus.* in antiquissimi termini marmorei fragmento Romae apud Maffeios.

P. VALESIVS. VOLESI. F. POPLICOLA.

Verum in marmoribus Capitolinis, *Volusus*, non *Volesus*, scribitur. Priscum valde in Sabinis fuit, & genti *Valesiae*, quae deinde *Valeria* dicta est, vel ante Romam conditam familiare: quo item usus est primi Poplicolae pater. Hinc apparet primum *Volesos*, postea *Volusos* dictos esse *Valesios:* & hoc loco *Volesum Valesium* legendum esse. Hic enim ille videtur esse princeps gentis *Valeriae*, quem cum T. Tatio rege Romam transtulisse domicilium, tradunt Dionysius Halicarnass. & Plutarchus. Proximus locus, *Alium Sumusileaticum.* nihil habet sani. In v. c. *Allum Funnisilaticum* Suspicor duos hic nominari & adduci pro exemplo, scilicet praenomine & nomine. *Allus* enim praenomen priscum est, unde gens *Allia* nuncupata. Reperiuntur vetustissimi nummi argentei cum Apollinis capite, & biga Dianae, quam cervi juncti trahunt, inscripto titulo C. ALLI. Sic etiam ab *Aulo* praenomine gens *Aulia* nomen accepit, atque aliae multae ab aliis. Nisi fortasse quispiam hic *Tallum Turanium* adferri velit opinari, quem etiam cum T. Tatio rege Romam è Sabinis habitatum scribit Diony-

sius

[11] Omnia autem, quae ad unumquemque nostrum definiendum excogitata sunt, eandem vim significandi hominis obtinent. Quod per proprietatem dicitur, hoc distat, quia eo gens cognoscitur, ideoque dicitur gentilicium. Cetera ordine variantur. Nam quod praeponitur, praenomen; quod postfertur, cognomen; [12] quod ad ultimum adjicitur, agnomen est. Quorum series non ita, ut exposui, semper servata est. Animadverto enim in consulum fastis, perplexum usum praenominum & cognominum; fuisse dictum, [13] Postumum Cominium Auruncum, & Postumum Aebutium Elvam, & Vopiscum Julium, & Opitrem Virginium Tricostum, & Paullum Fabium Maximum. Quinetiam quaedam cognomina in nomen versa sunt,

sius libro secundo. Sed in tam obscuro, & lubrico loco pedem figere difficile est. PIGH. *Album Funnisillaticum.* Error est typographi ut patet ex Pighii notis, qui voluit *Allum.* cum antt. Edd. habeant *Alium*, secutae tamen illud magna stupiditate sequentes Editiones Amstelod. nempe & Vorstiana. PERIZON. Harl. Bit. prim. duo Leid. Ultraj. uterque *Volesum Valentium.* vel *Valensium* Ultraj. prim. *Fumiscilleaticum.* Paris. prim. Leid. quint. *Firmus illeaticum*, Leid. sext. *Firmum illeaticum.* Bit. prim. & Harl. *Fumi Silleaticum.* Mog. *Alium Sunnisilleaticum.* ut & reliquae Edd.

9. *Hetruscis, recitant Lartem Porsenam ab Equicolis; Septimium Medium*] Correctius, & dilucidius haec ita habentur in v. c. Campensi, & Sambuciano, *Ex Tuscis recitant Lartem Porsennam; ab Aequicolis, Septimum, Modium primum regem eorum. Septimus*, est rarum quidem praenomen; sed ejusdem tamen rationis ac *Quinctus, Sextus, Octavus, Decimus*; quae ab ordine nascendi imposita fuisse affirmat M. Varro. Ejus mentionem reperio apud Livium Libro XXV. fine, ubi juvenem illum equitem Rom. qui Scipionibus occisis in Hispania reliquias exercitus servavit appellat. *L. Marcium Septimi filium.* Ita namque legendum, quando constat moris esse Romani, praenominibus solis patres ac avos notare. Et ab eodem gentilitium quoque nomen provenit *Septimiorum*, sicut ab aliis etiam *Quinctii, Sextii, Octavii, Decimii*, sunt appellati. *Modiae* quidem gentis meminit etiam Cicero, *M. Modium* equitem Romanum nominans actione in Verrem IV. PIGH. *Ex Tuscis* praeferunt etiam nostri MSS. *Septimum Modium* habet Ultraj. prim. Harl. Paris. prim. Leid. tert. & quint.

10. *Qui primus jus Feciale instituit*] Ultraj. prim. *qui Jus Feciale constituit*, deleto *primus.*

11. *Omnia autem, quae ad unumquemque nostrum definiendum accommodata sunt, eadem vim significandi hominis obtinent*] Lege *eandem.* Dicit enim omnia nomina habere eandem vim significandi hominis praeter nomen gentilitium, quo gens cognoscitur. & ita editur in Auct. Ling. Lat: vide Quintil Lib. VI. cap. 3. PERIZON. Mutavit hoc Pighius, qui etiam in margine adscripsit pro varia lectione *quamdam*; sed *eandem* habent vetustiores Edd. MSS. Harl. uterque Ultraj. cum tribus Leid. e quibus sext. etiam *ad unumquemque virum* pro *nostrum.*

12. *Quod ad ultimum dicitur, agnomen: quorum, &c.*] V. c. *adicitur agnomen est.* Unde colligimus legi debere, *Quod ad ultimum adjicitur, agnomen est.* Quae brevis, & apta definitio agnominis. PIGH. Vide Perizonii Animad. Hist. cap. 2. & P. Servii Miscel. cap. 8. in Praefatione J. Georg. Graevii ad T. 2. Thes. Ant. Rom.

13. *Posthumum Cominium Aruntium, & Posthumum Ebutium Helvam, & Vopiscum Julium, & Opitrem Virgineum Tricoscum, & Paulum Fabium Maximum*] Haec nomina varie admodum exprimuntur in exemplaribus: at in v. c. non male omittuntur aspirationes, quae antiquitus omitti solent. Sic & nos ea correximus ex fide veteris orthographiae, quae adhuc residua est in Capitolinis marmoribus & nummis antiquis. PIGH. Harl. *Postumium Corvinum Auruncum, & Postumium Ebutium Ebiam & Nopiscum.* uterque Ultraj. *Postumum.* prim. *Aruncum*, in quo hic fere, ut in Bit. cetera desunt. *Postumum Aruncum* etiam Leid. sext.

ſunt, ut Caepio: namque hoc in Bruto nominis locum obtinuit.

[14] Gentilicia nomina Varro putat fuiſſe innumera, & praenomina circa triginta. Pueris, non priuſquam togam virilem ſumerent; puellis, non antequam nuberent, praenomina imponi moris fuiſſe, Q. Scaevola auctor eſt. Quae olim praenomina fuerunt, nunc cognomina ſunt: [15] ut Poſtumus, Agrippa, Proculus, [16] Caeſar.

Opiter, qui patre mortuo, avo vivo gignebatur. Vopiſcus, qui in utero

14. *Gentilitium nomina Varro putat fuiſſe numero, & praenomina circa triginta*] V. c. *Gentilium nomina Varro putat fuiſſe in numero.* Sed eſſe legendum ſuſpicor, *Gentilitia nomina Varro putat fuiſſe innumera, & praenomina circa triginta* PIGH. Pariſ. prim. *Gentilium nomina Varro putat fuiſſe quinque praenomina.*

15. *Ut Poſthumius Agrippa*] V. c. *Poſthumus, Agrippa.* Atque haec quidem fuiſſe in patriciis gentibus quibuſdam antiquis praenomina, faſti conſulares demonſtrant. Nempe *Poſtumus* reperitur in Cominia, & Aebutia: *Agrippa* autem, in Menenia, & Furia; ſic *Proculus*, in Julia, Gegania, & Virginia. Quae praenomina, ut & alia, poſteriores plebejae praeſertim gentes quaedam pro cognominibus acceptarunt. *Poſtumus* enim in gente Vibia, & Rabiria cognomen eſt; *Agrippa* autem in Fonteja, Vibullia, Vipſania, & Aſinia; item *Proculus* in Licinia, atque Plautia. PIGH.

16. *Caeſar & Opiter*] Admodum confuſe. Sed in manuſcriptis pleriſque copula omittitur, nec male. Nam in Opiter ſignificationes praenominum incipit exponere; quod ipſum quidem fuiſſe cognomen, non liquet. Porro, *Caeſar*, Juliorum cognomen eſſe conſtat; ſed an praenomen antea fuerit, obſcurum quoque nobis eſt. Adjungit tamen iis, quae ex praenominibus cognomina facta ſunt. Atqui *Caeſo* vetus praenomen eſſe ejuſdem originis & ſignificationis ac *Caeſar* cognomen Juliae gentis plures opinantur. Ait enim Plinius Libro VII. capite 9. *Primum Caeſarem à caeſo matris utero dictum, eademque de cauſa & Caeſones appellatos fuiſſe.* PIGH. *Caeſar.* Sic etiam legiſſe videtur Jac. Curtius Emend. Lib. I. cap. 26. Qui ex Valerio Probo etiam praenomen fuiſſe aeque ac *Proculus* putat. Sed legendum fortaſſe pro *Caeſar*; *Ceterum.* Ut hoc vocabulo tranſeat ad expoſitionem ceterorum praenominum, videtur enim alioquin nimis abrupta eſſe tranſitio, quae ſpeciem lacunae praefert: ſcriptum autem fuit *ceter.* ut *dier.* pro dierum, & ſimilia ſcribuntur decurtate. Iſid. Lib. I. 4. *Ceterum proprie vocata Nicoſtrata.* PERIZON. Pariſ. prim. Leid. tert. *Caeſar.*

17. *Hoſpes praenomen fuit*] In v. c. *Hoſtes* legitur, item mendoſe. Verum ex Livio, Macrobio, Caſſiodoro, marmoribuſque Capitolinis colligere eſt, *Hoſtus* legi debere, quemadmodum libro tertio Annalium in iſtius Lucretii, qui hic adducitur, conſulatu demonſtravi. Inſuper XII. tabulae oſtendunt peregrinos omnes olim appellatos *hoſtes* fuiſſe; quod etiam Cicero, & Sex. Pompejus annotarunt. Ex qua voce deducitur iſtud praenomen, quo uſi ſunt primi *Hoſtilii* & ante urbem conditam; *Lucretia* item gens, ſicut ex faſtis conſularibus conſtat. PIGH. Pariſ. prim. Leid. tert. Ultraj. ſec. Ed. Mog. *Hoſpes.*

18. *Lucretius Tricipitius*] *Tricipitinus* legendum eſt ex auctoritate marmorum Capitolinorum, quibus nihil eſt correctius. PIGH.

19. *Volero enim in praenomen abiit*] V. c. *Volero in praenomen abiit*, ſine cauſali conjunctione, quae ſuperflua eſt. Deinde ſequitur, *Quia nolentibus naſci liberis parentibus videbatur.* v. c. *Et nolentibus naſci, &c.* Locus ſine ſenſu multum obſcurus eſt, & è manuſcriptis codicibus nihil lucis hactenus depromitur. Poterit tamen duarum literarum mutatione, & unius tranſpoſitione ſic fieri multo correctior, & dilucidior; ſi (*indebatur*) legamus, pro (*videbatur*) & (*volentibus*) pro (*nolentibus*) ita: *Volero in praenomen abiit, & volentibus naſci liberis parentibus indebatur.* Nam ominis quiddam in ſe habet praenomen iſtud, ſicut *Tullus, Aulus, Manius*, & alia. Mox illud, *Publius Philo.* Muta in *Publilius Philo*, ad imitationem Capitolinorum marmorum, in quibus adhuc extat inter tribunos conſulari poteſtate, qui fuerunt A. V. CCCLIV. PIGH. *Volero in praenomen abiit, & volentibus naſci*

ro matris geminus conceptus, altero abortu ejecto, incolumis editus erat. [17] *Hostus*, praenomen fuit in eo, qui peregre apud hospitem natus erat; idque habuit [18] Lucretius Tricipitinus collega L. Sergii. [19] Volero, in praenomen abiit, & volentibus nasci liberis parentibus indebatur; quo usus est Publilius Philo. [20] Lar Lartis praenomen est, sumptum à laribus, Tuscum autem creditum est praenomen esse: fuitque consul Lar Herminius cum T. Virginio Tricosto. [21] Statius, à stabilitate; [22] Faustus, à favore prae-

Coss. fuerunt. Ann. urb. 324.

Coss. fuerunt. Ann. urb. 324.

liberis, parentibus videbantur. forte leg. *Quia volentes nasci liberi parentibus videbantur* vel *volentibus.* Nota autem manifeste hunc cod. habere *volentibus*, & videntur aeque *Volerones* potuisse dici, qui *volentibus parentibus nascebantur*, ac *Sertores* qui per *sationem* nascebantur. Malim tamen *volentes.* posset & legi. *Quod volentibus nasci liberis a parentibus indebatur.* PERIZON. *Quod volentibus.* Paris. prim.

20. *Laërtis praenomen est sumptum à Laribus*] Locus hic prodigiose corruptus est, & variis erroribus, quem obiter etiam libro Annalium tertio correximus in consulatu hujus Herminii. Nunc vero eundem ad manuscriptorum librorum examen revocare non incongruum videtur. In Campensi legitur, *Lalertis praenomen*, in alio v. c. *Lacertis.* Sed malim, *Lar lartis*; ad differentiam *Lar laris.* Has enim duas voces ita distinguunt veteres grammatici Priscianus, Sosipater, & alii; ut *Lar*, si familiarem deum significet, genitivum, *Laris*, faciat: si praenomen, ut *Tolumnii*, vel *Porsennae*, qui Etruscorum Reges fuerunt, faciat *Lartis.* Jam quae sequuntur, sunt prorsus ab imperitis historiae librariis confusa & male distincta, qui ex gentilitio nomine, *Herminius*, inauditum praenomen, *Heriminus*, fingere voluerunt. Quid enim succi trahes ex ista lectione vulgata? *Tuscum ante creditum esse fuitque consularis. Heriminus est praenomen Tito Virgineo Casto.* Et manuscripti libri nihil fere dant lucis, nisi quod in quibusdam legatur (*autem*) pro (*ante*:) quodque distinctiones illae vulgatae sint omissae. Ceterum studiosius animadvertenti palam fiet, duas voces istas (*est praenomen*) transpositas esse perperam apud *Herminium*, uti hoc praenomen fieret; & eodem errore simul alia quaedam esse vitiata. Nam si duas voces illas transferamus altius, & consulum nomina corrigamus ex fastorum fide, meliusque sententiam distinguamus; offeret se verior & multo correctior periodus illa, in hunc modum, *Tuscum autem creditum est praenomen esse, fuitque consul Lar Herminius cum T. Virginio Tricosto.* PIGH. *Lar Lartis praenomen est sumptum a Laribus Tuscum autem creditum est praenomen esse, fuitque Consul Lar Herminius cum T. Virg. Tricosto.* Egregius hic iterum est MS. prae caeteris codd. habent enim *Laertis praenomen sumptum esse a Laribus Tuscum autem esse creditum fuit, quia consularis Herminius cum T. Virginio Casto.* Nusquam hic *Herminius* praenomen est, ut alii habent cod. pessime, quod Pighius transpositione sanare voluit. lege omnino ex MSto hoc Copesiano. *Lartis praenomen sumptum est a Laribus* (vel cum Pighio *Lar Lartis* &c.) *Etruscum autem esse creditur, fuitque eo Consul Lar Herminius cum T. Virginio Tricosto. Creditur.* Sic infra de *Cajis* lege ex MS. *Cajo vero judicantur dicti a Gaudio parentum* ibid. *Fertur enim C. Caeciliam.* PERIZON. Paris. prim. *Tuscum autem esse creditum, fuitque consularis Herminius cum T. Virginio Tricosto.* item Leid. tert.

21. *Statius à stabilitate*] Lege, *Status*; & paullo postea, *Tullus*, pro *Tullius.* Ita enim in v. c. Nec male. nam praenomina haec sunt ex omine sumpta, non secus ac Faustus & Aulus; item Vibus ab omine vitae, quod ad differentiam alterius appellativi per b. scribitur. Caeterum Statius, Tullius, Aulius, Vibius gentilitia sunt nomina, non praenomina. Ibidem, ubi vulgo legitur, *Praenomen ceperunt.* v. c. noster habet; *Praenomina sumpserant.* At legendum esse suspicor, *Praenomina sumpta erant.* PIGH. *Status a stabilitate.* Male ita Pigh. ex veteri cod. ut ait, & quia *Statius* sit nomen gentilicium. Rectius MS. Copesianus *Statius.* PERIZON. *Statius* MSS. item nostri.

22. *Faustus a favore praenomina sumpta erant*] MS. *praenomina ceperunt.* Forte *coeperunt*, id est *praenominari coeperunt:* sic infra *Tiberii nomine citari coeperunt.* sic *Lucii coeperunt appellari*, paullo post. PERIZON. *Praenomina coeperunt* nostri.

23. Et

praenomina ſumpta erant. [23] Tullus praenominatus eſt ominis gratia, quaſi tollendus, O litera in U converſa. Sertor, qui per ſationem [24] natus erat, appellatus eſt. Ancum praenomen Varro à Sabinis tranſlatum putat. [25] Valerius autem ſcribit, quod cubitum vitioſum habuerit, qui Graece vocatur ἀγκών. Lucii coeperunt appellari, qui ipſo initio lucis orti erant; aut, ut quidam arbitrantur, à Lucumonibus Etruſcis. Manii, qui mane editi erant; vel ominis cauſſà, quaſi boni. Manum enim antiqui bonum dicebant. [26] Gnaeus ob inſigne naevi appellatus eſt; quod unum praenomen varia ſcriptura notatur. Alii enim Naeum, alii Gnaeum, alii Cnaeum ſcri-

23. *Et Tullus*] Recte MS. omittit *&*, quod omnino delendum. PERIZON. Video & in noſtris hoc deeſſe, addidit opinor Pighius. Pro *Ominis gratia.* Pariſ. prim. *honoris gratia.*

24. *Natus eſt, appellatus eſt*] V. c. melius, *natus erat.* Igitur hoc praenomen ex eorum genere eſt, quae à tempore naſcendi ſumpta ſunt: veluti *Lucius, Manius, Marcus*, ita & *Sertor*, qui ſationis tempore natus eſt. PIGH.

25. *Valerius autem ſcribit*] Joannis Sambuci codex, item alius manuſcriptus habet, *Valerius Antias ſcribit.* Et facile credo librarios cognomen hoc ipſis inſuetum mutaſſe, exiſtimantes Valerii Maximi mentionem hic fieri. PIGH. *Valerius Antias ſcribit quod cubitum vitioſum habuerit.* Sic Pigh. ut quidem ait ex Sambuci & alio codice, de quo tamen dubito. certe anteriores editiones habuere *Valerius autem.* ſcribit optime cod. Copeſian. *Varius autem ſcribit quod cubitum intonſum habuerit.* ex quo lego omnino *Verrius autem ſcripſit, quod cubitum intortum habuerit.* Eſt enim is *Verrius Flaccus* celeberrimus Grammaticus, qui Auguſti tempore vixit, cujus fragmenta habemus; a Feſto & Paulo truncata, ex quibus tamen veritas hujus emendationis maxime patet. Inquit enim Paulus *Ancus appellatur qui aduncum* (id eſt *intortum*) *brachium habet ut exporrigi non poſſit.* cum quo facit & Servius ad VI. Aeneid. *Valerius* etiam pro *Vario* apud Quintil. L. V. c. 12. p. 347. Sic & in Feſto ſeu Paullo in Voc. *Bellitudinem*: *Varus* pro *Verrius.* ſimpliciter autem *Verrius* ſaepiſſime appellatur a Grammaticis. Vide teſtimonia & citationes ex *Verrio* praemiſſa Feſto. *Varro* pro *Verrius* apud Servium. vide Cuper. Obſ. 1. 6. ſi recte emendavit. PERIZON. Pariſ. prim. Leid. tert. Ultraj. ſec. *Valerius autem.* unus neſcio quis *Valerius antea.*

26. *Cneus, ob inſignem rem appellatus*] In noſtro v. c. haec multo emendatius habentur, *Gnaeus ob inſigne naevi appellatus eſt.* Naevum enim maculam antiquitus *Gnaeum* vocari ſolere, mox etiam ipſe dicit; ſicut item Sex. Pompejus affirmans, *Gnaeus*, corporis inſigne & praenomen eſſe. PIGH. Leid. tert. *Ob inſigne novi.*

27. *Olim enim dicebant frugmentum nunc frumentum profertur, & gnatura modo natura*] Auctior adhuc uno exemplo videtur eſſe MS. licet corrupte ita habeat. *Olim enim dicebatur frucmentum & feretur & foritis nunc fortis & cnatura nunc natura.* Forte *olim enim dicebat frugmentum nunc frumentum effertur, & forgtis nunc fortis & gnatura nunc natura.* nempe *frumentum* cum repeti deberet omiſit librarius. ſecundum ejus vero ſententiam antiqui litera *c* multum uſi, quamvis etiam illud verum ſit, ut *fuciunt* pro *fugiunt* & ſimilia, tamen in hoc negotio non approbo. nam *frugmentum* dicitur quaſi *frugementum* a *frugibus.* PERIZON. Cum Copeſ. convenit Pariſ. prim.

28. *Igitur etiam qui in corporibus gigni ſolet, Gnaeus appellatur*] Plenius & correctius haec in veteri codice noſtro, *Qui in corporibus naevus gigni ſolet, gnaevus appellabatur.* PIGH. *Qui in corporibus naevus gigni ſolet, gnaevus appellabatur.* Recte MS. cum Vett. Edd. omittit *naevus*, nec enim deſideratur. PERIZON. Omittit etiam Pariſ. prim.

29. *Qui C. Ponunt corruptione Syllabae delectantur, qui Naeus lenitatem velle judicantur Gaji dicti a gaudio parentum.* primum MS. *correptione.* τὸ *corruptione* diligenter ſervant omnes Edd. poſt Pighium. extrema ita conſtituit Pighius ex uno Campenſi cod. ante eum fuiſſe apparet, *qui Naeus levitatem Gaji judicant a gaudio parentum dicti.* cum quo fere conſentit MS. Copeſianus. niſi quod paulo correctius. *Qui Naeus lenitate C judicantur* di-

scribunt. Qui G litera in hoc praenomine utuntur, antiquitatem sequi videntur, quae multum ea litera usa est. [27] Olim enim dicebant frugmentum, nunc frumentum profertur: & gnatura, modo natura. [28] Igitur etiam qui in corporibus naevus gigni solet, gnaevus appellabatur. [29] Qui C ponunt, corruptione syllabae delectari videntur: [30] qui Naeus, lenitatem velle judicantur. Gaji dicti à gaudio parentum: Auli, qui diis alentibus nascuntur: Marci, Martio mense geniti: Publii, qui prius pupilli facti erant, quam praenomina haberent; alii ominis caussa, ex pube. Tiberii vocitari coeperunt [31] qui ad Tiberim nascebantur. Titus, è Sabino no-

dicti a gaudio parentum, quae manifeste ducunt ad veram scripturam, quae haec est. *Qui Naeus lenitate* (scil. delectantur) *Caji vero judicantur dicti a gaudio parentum.* Sic Festus in *oscillum*, *quod nusquam apparuerit, judicatus sit factus Jupiter Latiaris.* sic plane Appian. Syr. p. 89. διαφθείροντες τὸ ὄνομα ut nempe Ἄργος pro Ἄργειος vel Ἀργοναυτῶν, qui locus pessime vertitur, nec intellectus est interpreti. Vide & eund. Appian. Mithrid. p. 114. itidem pessime versum & corruptum. sic Plut. Quaest. 54. p. 167. Varro de Ling. Lat. p. 4. Ovid. L. IV. Fast. v. 195. *Chloris eram, quae Flora vocor, corrupta Latino Nominis est nostri litera Graeca sono.* & Ponto IV. 12. omnino retinendum *corruptione* quae dicitur de omni mutatione vocabuli Quintil. I. c. 9. p. 58. *Composita autem ex integro & corrupto, ut malevolus, aut ex corrupto & integro ut noctivagus. Sermonari rusticius videtur sed rectius, sermocinari crebrius, sed corruptius* Gel. L. XVII. c. 2. *Qui propterea Sibylla cognominatus, & postea corrupto nomine primus Sylla coepit vocitari.* Macrobius I. Sat. c. 17. p. 228. *Longo usu loquendi corruptam esse vocem ex bidemnibus bidentes factum, quoniam id videbatur esse dictu facilius.* Gel. L. VI. 6. etiam Sigon. de nomin. p. 363. citat *corruptione & levitate. Corruptione* etiam apparet in Edit. quae Pighium non sequitur in Auct. Ling. Lat. *Levitatem Gaji indicant. Quincentum antiquos dixisse sed postea levius visum, ita ut nunc dicimus pronunciari nempe Quingenti.* Fest. in *quincentum.* At Gell. L. XV. c. 3. *versare, & mutata ab praepositio in au Syllabam propter lenitatem vocis.* in compositis scilicet. paulo ante ex Cicerone *eam praepositionem, quo fieret vox pronunciatu audituque lenior.* Donat. ad Phorm. prol. v. 2. *transdere* veteres sonantius, quod nos *tradere.* PERIZON. Paris. prim. *Qui Neus levitate, Cn. judicantur.* Leid. tert. *levitatem indicantur dicti.* Ultraj. sec. *levitatem Gaji indicantur a gaudio parentum dicti.*

30. *Qui Naeus, levitatem Gaji judicant a gaudio parentum dicti*] Confuse perperam haec, & mutile: sed melius, & distinctius in Campensi manuscripto: *Qui Naeus, lenitatem velle judicantur. Gaji dicti a gaudio parentum.* PIGH.

31. *Qui ad flumen Tiberim nascebantur*] V. c. *Qui ad Tiberim nascebantur.* Deinde, *Titus à Sabino nomine Tito fluxit.* v. c. noster ita: *Titus è Sabino nomine Tito refluxit.* Itidem mendose, sed aperit tamen aliquantulum. Non enim verisimile est, *Titum* à *Tito* fluxisse, quando idem praenomen sit; sed potius alio nomine, velut *Titurio*, sive *Titulio.* Sex. Pompejus autem, *Titus* praenomen ortum scribit, à *Titulis* militibus, ita dictis, quasi tutuli, quod patriam tuerentur. Unde & *Tituria* gens nomen traxisse videtur unius literae mutatione, quam valde priscam in Sabinis fuisse, demonstrant antiquissimi nummi argentei cum effigie Sabi dei. Eos autem inscriptio indicat cusos esse à *L. Titurio Sabino.* & repraesentant insuper ex his aliqui raptum Sabinarum mulierum, & aliqui Tarpejam virginem in Capitolio scutis oppressam; idque in primi cum Romanis belli memoriam, & consortii per affinitatem contracti. Quos nummos in principio fastorum suorum Hubertus Goltzius ex Laurinianis bellissime delineavit. Fortasse igitur legendum est, *Titus è Sabino nomine Titurio fluxit*, vel *Titulio fluxit.* Ejusdem autem originis & significationis est gentilitium nomen *Titius.* PIGH. *Titus e Sabino nomine Titurio fluxit.* ita fecit ex conjectura Pighius cum in uno cod. invenisset *Tito refluxit*, ante eum edebatur *Tito fluxit* MS. habet *Titus e Sabino nomine Tito fluxit.* Sensus potest, *Titum praenomen Romanum ortum esse a Sabino nomine Tito.* Forte etiam legere poteris, *Titus a Sabino homine Tito fluxit.* ut dicat aliquem hominem apud Sabinos *Titum* appel-

la-

nomine Titurio fluxit: [32] Appius, ab Atto ejusdem regionis praenomine. Kaesones appellati sunt, qui è mortuis matribus execti erant. Servius, qui mortua matre in utero servatus est. Spurii, patre incerto geniti, [33] quasi σπόροι. Numerii sola patricia familia usa est Fabia; idcirco quod trecentis sex apud Cremeram flumen caesis, qui unus ex ea stirpe extiterat, [34] ducta in matrimonium uxore filia [35] Numerii Otacilii Maleventani sub eo

latum, inde ortum esse illud praenomen, vel ut cum Verrio conveniat, quod saepe facit, *Titus e Sabino nomine Titulo fluxit.* vide Fest. in voce *Titus.* & sane illud multo verisimilius ést, quam praenomen *Titus* ortum a nomine Gentilicio *Titurius* ut inepte vult Pighius, quod potius e *Tito* descendit, ut *Calpurnius* a *Calpo*, *Pinarius* a *Pino*. PERIZON. *Sabino nomine Tito*, servant MSS. nostri.

32. *Appius ab Acteo*] Sambuci codex habet, *ab Atto.* Quae vox majorem formam praenominis praefert, unde Atteja gens dicta esse videtur, & Attia: quae deinde simplici consonante scribi coeperunt. PIGH. Unus *ab Acto* Leid. tert. *ab Ateo.* Ultraj. sec. & Mog. *Ab Acteo.*

33. *Quasi Epopae*] In Campensi; *Epopa alii:* in Sambuci libro, *Ethiopani*; atque ita in omnibus aliis codicibus hic locus admodum monstrose corruptus est, ut hactenus nemo eum corrigere potuerit. Mihi autem in mentem venit opinari, librarios imperitos ibi in Graecam vocem ΣΠΟΡΟΙ, id est, semina impegisse: Ideoque Latinis characteribus imitando Σ. in E. & P. in p. item oi. in oe, vel ae. perperam mutasse. Constat enim antiquitus *Spurios* vocari solere, vel vulgo vel adulterio conceptos; & veluti temere sparsa semina, patre incerto natos. Atque idipsum veteres jurisconsultos etiam affirmasse, Plutarchus scribit in Problematibus; nam volunt ita natis à vero & genuino patre praeter semen nihil esse reliquum. Adjecta autem vox, *aliter*, vel *ani*, sane videtur ex variarum lectionum notis è margine fluxisse in contextum, & prorsus nihili esse. Verum quae sequuntur, varie partim annotationibus conspurcata, partim mutila sunt: quae sic in vulgatis leguntur, *Numeri, sola patricia familia usa est Fabia.* Et ita in quibusdam manuscriptis, in aliis autem vox, *familia*, deest. In Jo. Sambuci libro sic: *Numeri sola patricia tantummodo usa est Fabia.* Ubi redundat vox, *tantummodo*, ex annotationibus, ut apparet, inserta, & aliae desunt. in Campensi autem clarius elucent tales annotatiunculae. nam sic habetur: *Numeris sola patricia gens familia est usa Fabiae praenomen est.* Ibi nempe monstratur alia suppositiția vox, *Familia*, quae omnino rejicienda est. Loquitur enim hic auctor de tota gente *Fabia* ad Cremeram caesa, non de una *Fabiorum* familia, quorum postea plures familiae praenomen *Numerii* acceptarunt: sicut primum *Vibulani*, deinde *Ambusti*, *Pictores*, & *Buteones.* Posset igitur ab his erroribus ita vindicari locus iste, & recte suppleri, *Numerii sola patricia gens usa Fabia est praenomine.* Videlicet auferendo voces duas superfluas; & mutando, *Numeris*, in *Numerii*; &, *Fabiae praenomen est*, in *Fabia praenomine. Fabiam* vero gentem inter patricias primam fuisse, quae *Numerii* praenomen adscivit, etiam Sex. Pompejus scribit, & eandem adfert rationem. PIGH. *Numerii sola patricia gens usa est Fabia praenomine.* MS. omittit *gens* & *praenomine*, quomodo & Sambuci cod. & sane ultimam vocem *praenomen* quod in uno Campensi cod. formavit Pighius, cum & in Antiqq. Edd. omittatur. F. *Numeriis sola patricia usa est Familia Fabia.* pleraque enim praenomina supra in plurali posuit. ut *Auli*, *Marci*, *Publii*, *Tiberii*, *Kaesones*, *Spurii.* Nam cur *familia*, rejiciat Pighius nulla caussa est, cum & Festus in hoc negotio dicat *Familia Fabia.* PERIZON. *Numeri sola patricia familia usa est Fabia.* sic MSS. nostri.

34. *Ducta in matrimonium uxore filia, Numerii Otacilii Maleventani*] MS. *Ducta in matrimonio Nuyn uxore filia, Nuyn Jotacilii Maleventani.* Ex quo videtur etiam filia illa dicta esse *Numeria. Nuyn* est scriptum pro *Num.* Solet enim hic librarius vocalem *i* initio vocis vel post aliam vocalem scribere per *y. Nuin* vero patet esse scriptum pro *Num.* id est *Numerius*, vel *Numeria.* Eo vero magis credo *Numeriam* esse dictam, atque illud scripsisse hunc Auctorem, quod postea inter nomina foeminarum ponet *Numeriam.* ubi male Pighius mallet *Maniam*. quia Varro negat *Numeriam* dici. cum aperte codex Copes. habeat *Muneria* pro *Numeria.* PERIZON.

35. *Numeri Jotalicii Malemitani*] V. c. correcte, *Numerii Otacilii Maleventani.* Sic quoque

eo pacto, ut quem primum filium sustulisset, [36] ei materni avi praenomen imponeret, obtemperavit.

Antiquarum mulierum in usu frequenti praenomina fuerunt, [37] Rutilla, Caesella, Rodocella, Murcula; Burra à colore dicta. Ista praenomina à viris tracta sunt, Caja, Lucia, [38] Publia, Numeria. Ceterum Caja, usu super omnia celebrata est. Fertur enim, Cajam Caeciliam Tarquinii Prisci re-

que nominat eumdem Sex. Pomp. PIGH.

36. *Et Numeri praenomen imponeret*] V. c. *materni avi praenomen.* Recte. sicut & Sex. Pompejus. insuitatum enim erat apud Romanos praenomen à parte materna accipere. PIGH.

37. *Rutilia, Caesellia, Rodocilla, Mutrulla*] In v. c. nostro, *Rutilla, Caesella, Rodocella,* legitur. Et veterum praenominum formam haec magis repraesentant. Sex. Pompejus Caesullam vocari dicit, à caesiis oculis; & Ravillam à ravis, quod postea cognomen in Cassia gente. Pro, *Mutrulla*, Sambuci codex habet, *Murcula*, atque id diminutive fortassis à Murcus, cognomine virili. Sequitur, *Burra à calore dicta* v. c. *à colore.* Nec male. Burros enim Romani appellarunt fulvos ac rubicundos, quos Graeci πυῤῥούς. Haec quidem jam dicta praenomina à proprietatibus desumpta transiisse deinde in cognomina reperimus, sicut & Rutilla, teste Sex. Pompejo, qui dicit rutili coloris studiosas etiam antiquas mulieres fuisse, atque inde etiam traxisse cognomina Rutillas, idque etiam Afranium frequenter indicare. PIGH.

38 *Publia Moerea*] In Sambuci libro, *Publia, Numeria.* Et haec quidem praenomina à viris sumpta sunt. Varro tamen putat Marcam & Numeriam muliebri forma non dici: Luciam, Maniam, Postumam, ut mulierum praenomina agnoscit Libro VIII. De lingua Latina. Ergo fortasse *Mania*, hic legendum erit, pro *Moerea* PIGH.

39. *Cajam esse se dicerent*] In Campensi ita, *Cajam esse se dicerent C. Titii.* Deinde sequitur, *Finit epitoma de nominibus historiarum & exemplorum Romanorum.* Quid autem ex his colligi possit, videant docti. Mihi quidem suspicio oboritur librarios quosdam temere haec aliter distinxisse hoc modo, C. *Titii finit epitoma, &c.* atque inde opinionem natam C. Titium auctorem esse hujus epitomes, sicut nunc in impressis exemplaribus proditur. Praefatiuncula tamen, licet à diversis diversimode fabricata, nullibi hoc indicat; sed in quibusdam codicibus, ut dixi, Julius Paris abbreviator decem librorum Valerii nominatur, quorum decimi epitome haec est de nominum ratione. Sed cujus quaeso Valerii? nam ad Maximi argumentum ne puncto quidem uno accedit. Itaque videtur potius esse alterius alicujus veteris, qui decem libros non exemplorum, sed de Lingua Latina scripsit, quos Julius Paris in Epitomen redegit: & eorum decimi epitome propterea à librariis Valerii Maximi libris novem adjecta est appendicis vice, quia breviter & succincte Romanorum nominum rationes explicet, quo melius Romana Valerii exempla possent intelligi ab imperatoribus. Quo fine & alia illa epitome in Campensi libro post hanc adjuncta est, de Appellationibus magistratuum, & vocabulis historiae Romanae. Quis autem hic Julius Paris, fateri necesse est, non liquere: quamvis ex nominis forma colligi fere possit, libertum fuisse doctum aliquem domus Juliae, qualibus uti solent grammaticis, vel paedagogis, vel anagnostis. At multo magis obscurum est, quis fuerit C. Titius Probus hic velut auctor epitomes in impressis libris praefixus: quem ego quidem in manuscriptis veteribus nondum repperi, praeterquam in unius, ut dixi, Campensis calce adjectum; atque ita, ut ad ipsam extremam fragmenti illius sententiam potius pertinere, quam auctorem ejus notare videatur. Nam si respiciamus ad solemnem illum ritum nuptiarum, cujus ibi fit mentio, & quem etiam pulchre Plutarchus in Problematibus exponit; profecto non inepte nova nupta ex more interrogata semet sponsumque suum bene ominate nominando, *Cajam se esse dicebat C. Titii*, vel *C. Titii Probi*, ut videntur habuisse quidam codices, ex quibus nomen auctoris istius translatum est ad praefationem illam primam. Inter priscas enim nuptiarum caeremonias & illud erat, quod auspicatum habebatur, sponsum vel sponsam ab initio nuptiarum non tam propriis, quam bene-

regis uxorem optimam lanificam fuisse: & ideo institutum esse, ut novae nuptae ante januam mariti interrogatae, quaenam vocarentur, 39 Cajam esse se dicerent C. Titii.

ne faustis, ac ominatis appellare nominibus. Quemadmodum & virgines Vestae sacrandas, pontifex maximus cum caperet, non suo nomine, sed Amatas vocare solebat. Quin & sponsa, ut idem Plutarchus testatur, ad sponsum deducta, & profari jussa; his verbis eum alloqui solet: *Ubi tu Cajus, ego Caja* ita scilicet de paciscendo fortunarum facultatumque omnium communionem: quasi diceret, ubi tu dominus ac herus, ego domina & hera: ubi tu gaudebis, ego gaudebo. Quam paritatem conjugii duobus semicirculis signarunt antiquitus, uti dexter maritum, sinister uxorem repraesentet. Qui conjugii copula connexi circulum absolvunt, id est, rem omnibus numeris integram & absolutissimam constituunt. Hinc ni fallor, ortum est, ut antiqui praenomen, *Cajus*, C. &, *Caja*, litera eadem inversa, sic Ɔ, notarint; quae circulum junctae constituunt, eodemque mundus, conjugium, generatio, & aeternitas hieroglyphice significabatur. *Cajos* autem a *gaudio*, *Titos*, ac *Titios* a *tuendo* nuncupatos volunt, ut ante dictum est: quae idcirco nomina habebantur auspicata, ut & cognomen *Probus*. Atque ista occasione fortassis ita usu vulgata sunt, ut jurisconsulti in suis scriptis quoscunque fere viros, vel *Cajos*, vel *Titios* appellarint; & quascunque mulieres, *Cajas* vel *Titias*: cum de controversiis inter personas ortis disserunt, & casus exempli caussa proponunt. PIGH. *Cajam esse se dicerent C. Titii.* Multa hic disputat Pighius ut probet recte hic scribi *Caii Titii*. ego tamen malim credere omnino delenda haec esse cum antiquis Edd. & cod. MS. Copesiano, ubi *dicerent* ultima est hujus Epitomes vox. & cum tam multi tradiderint haec de *Caia* nemo tamen addit dicere solitas mulieres esse se *Cajas C. Titii.* PERIZON.

F I N I S.

ADDENDA ET EMENDANDA.

Pag. 7. *Majores nostri &c.*] Operae pretium est videre, quam statim hic initio ac velut in vestibulo laboriosae hujus expositionis, & mirifice impingant commentatores: & lector ipse dubius, cujus sit sententiae, haereat. Duplex enim est hic lectio, altera quae quaternis clausulis accusativum cum ablativo connectit hoc ordine: *Majores explicari voluerunt statas solennesque cerimonias, Pontificum scientia: Majores voluerunt explicari bene gerendarum rerum auctoritatem, augurum observationem: Majores vol. expl. Apollinis praedictionem, vatum libri: Majores vol. expl. portentorum depulsa, Hetrusca disciplina.* Et hanc lectionem Badius sequitur, & placet. Altera est lectio, quae omneis hosce accusativos per ablativos legit; atque ita plerique codices habent: hoc sensu, *Majores explicari voluerunt statas solennesque cerimonias, Pontificum scientia, bene gerendarum rerum auctoritate, augurum observatione, Apollinis praedictione, vatum libris, portentorum depulsis Hetrusca disciplina.* atque ita legisse Janus Parrhasius dicitur. Sed quomodo *cerimoniae explicantur auctoritate bene gerendarum rerum?* Sane meo quidem judicio Badii lectio augustior est & magnificentior: continet enim longe plura ad religionem pertinentia. Certe Oliverius Arzignanensis, qui in hunc auctorem plurimum operae pretium fecit, ac multo labore plurima dignissime congessit, hunc locum neque intellexit, neque recte legit. Connectit enim *aut libris portentorum depulsis*, mox subnectens triplicem expositionem, ut est faecunda ignorantia, quoties recte explicare se nequit, locus videtur sumptus ex Ciceronis oratione de Aruspicum responsis: sed & apud Ciceronem naevi sunt distinctionum, ut sileam verborum, quae omnia prosequi non est hujus instituti. GLAREAN.

Prisco instituto rebus divinis opera datur] Secun-

cunda haec pars prope difficilior, in qua gerundiis in *dum* singulari respondent ablativi: unde & quinque videntur clausulae hoc ordine. *Prisco instituto rebus divinis opera datur.* Primum, *cum aliquid commendandum est diis, id fit precatione* (quidam contextus habent, *placatione*) Secundo *quando aliquid exposcendum a diis, id fit voto.* Tertio *cum aliquid exsolvendum, id fit gratulatione.* Quarto, *cum quid inquirendum vel extis vel sortibus, id fit impartito.* Quinto, *cum quid solenni ritu peragendum, id fit sacrificio, quo etiam ostentorum ac fulgurum denuntiationes procurantur.* Quamvis ultimae duae clausulae possent etiam in unam ita coërceri. *Cum inquirendum est aliquid vel extis vel sortibus impartito, id peragendum est sacrificio cum solenni ritu, quo etiam ostentorum ac fulgurum denuntiationes procurantur.* Ut *cum*, sit praepositio ad ablativum *solenni ritu*. Badius autem ita ultimas duas particulas ordinat. *Cum inquirendum est aliquid, id fit vel extis vel sortibus: sed cum quid solenni ritu peragendum, id fit impartito sacrificio.* Qui ordo placeret, si adjectivum *impartito*, non nimis longe suo substantivo, *sacrificio*, semotum in contextu esset. Lector sequatur quod volet, participium hercle *impartito*, utut ordinaverimus, ubique negotium facessit. Oliverius connectit τὸ *impartito*, cum *solenni ritu*, ac exponit, *adhibito*: Badius, *Diis non voto, sed jam impenso.* Quidam, *non diviso*, sine discrimine Ego quid addam quod placeat, non habeo. GLAREAN.

p. 10. *Decem principum filii*] Cicero de divinatione Lib. I. ait, *De principum filiis sex electi.* hic autem *decem* produntur: discordant igitur numero. Atqui cum omnes veteres Geographi Hetruriam in 12. populos divisam fuisse fateantur: suspicio vehemens est, si singulis propriis traditi sint filii principum, hosce 12 fuisse, non vel 6, ut Ciceronis codex habet, vel 10 ut hic a Valerio proditur. Et verba Ciceronis quidam depravate sic legerunt, ut pro *de principum filiis*, supposuerint *Decem principum filiis.* Idem error si Valerio obtigerit, nescio. Certe cum singulis civitatibus Hetruriae traditi sint principum filii, quid opus erat numerum filiorum adjicere, cum civitatum numerus omnibus esset notus? Et in Ciceronis codice, qui est corruptissimus, quam facile ex XII. fieri potuit VI? cum quotidie experimur longe tortuosiores in describendo errores. Porro *Caliphenae*, de qua hic paulo post, meminit etiam Cicero in oratione pro L. Cornelio Balbo, non ita longe a fine, *sacerdotis Veliensis, civis Romanae factae.* Item quomodo *Cereris templum Gracchano interitu fuerit pollutum*, haesito. Cum Tiberius Gracchus in Capitolio caesus dicatur. C. autem in luco Furinae, ut ait auctor de Viris illustribus. Oliverius etiam, ut puto, *Aetnam* hoc loco pro *Ennam* legit, ὁμοιοτονίᾳ duorum locorum unius insulae deceptus. GLAREAN.

p. 13 *Metellus vero Pontifex Maximus*] Haec acta sunt anno ab U. C. 511. sub finem primi belli Punici Meminit Florus in Livii Epitome Lib. XIX. Item paulo post hic legendum, *Quod tuto:* non, *quo tuto* & *quod*, pro *quia*. GLAREAN.

p. 14. *Laudabile duodecim fascium religiosum obsequium*] Meminit Cicero Lib. I. de divinatione, sed clarius Lib. II. de Natura deorum, non ita longe ab initio, ubi de P. Scipione Nasica & C. Martio Figulo Coss. Porro haec acta sunt inter secundum ac tertium Pun. bel. anno 502 ab U. C. quo anni hi fuere Coss. Corculum hic erat Scipio. GLAREAN.

p. 15. *Consimili ratione post P. Coelius*] In quibusdam codicibus & nominatim in Aldino legebatur, *P. Coelius, M. Cornelius, M Cethegus, & C. Claudius*, quasi de IIII. hic esset mentio, non de tribus duntaxat. Sed errat, legendum enim conjunctim de uno, *M. Cornelius Cethegus.* Qui tertio post memoratos jam Coss. anno, Cos. ipse factus videtur anno ab U. C. 594 De *P. Coelio* nihil memini me legere. *C. Claudii* mentio est apud Livium Lib. VI. de secundo Punico, anno ab U. C. 544. Illud igitur *Post*, quod hic ait Valerius, in reliquos duos fortassis congruerit, non etiam in hunc *C. Claudium.* Ipse tamen auctor, paulo post dicet variis temporibus, bellisque diversis ea accidisse. Tempora sane hic auctor, & secundum tempora virorum nomina toto hoc opere saepe non distinguit, ut paulo post de *Sulpitio.* (Nam de quo loquatur *Sulpitio*, incertum est, cum fuerint innumeri) vel quia omnibus hi tum noti viri, vel solita Romanorum historicorum negligentia. GLAREAN.

Occentus autem] Sic legendum, non *concentus*, ut perperam habent quidam codices: ait enim Plinius Lib VIII. cap. 57. *Occentu soricum dirimi auspicia annales refertos habemus.* De *Q.* autem *Fabio Maximo Verrucoso* intelligo, & *C. Flaminio*, qui caesus est secundo bello Punico ad Trasymenum lacum, quamvis haec antea facta fuerint. GLAREAN.

p. 16. *Adjiciendum his quod P. Licinio P. M.*] Haec eadem Livius Lib. VIII. tertiae deca-

dos, anno ab U. C. 544. qui erat decimus tertius secundi belli Punici, narrat. De *Aemylia* autem virgine, quae hic Valerius commemorat, consona sunt iis, quae habentur in Lib. II. Dionysii Halicarnassei, ubi de Numa. Ceterum ex Dionysio satis clarum est hic apud Valerium legendum *discipulam*, non *disciplinam*, ut Badius legisse videtur. Nam Aemyliam virginem, prope jam emeritam, ignis custodiam nuper captae, & adhuc discenti virgini commisisse scribit. *Carbasum* autem Valerius vocat, quam Dionysius τὸ τῆς Καρπασίνης ἐσθῆτος τελαμῶνα. GLAREAN.

p. 18. *Simulacra statueret*] *Statueret*, inquit Valerius, non *dedicaret*. Non igitur dissentit Valerius a Livio, quod existimavit Oliverius. GLAREAN.

Furius Bibaculus] Idem Oliverius hunc Praetorem secundo bello Punico fuisse scribit. At inter secundi belli Punici Praetores apud Livium ejus nomen non facile reperias. Quamvis primi ac secundi anni Praetores vix unus aut alter in Livio appareant. Potest autem alicubi suffectus intelligi. Paulo post *L. Albanius* hic vocatur, qui virgines Vestales in plaustrum susceperit, is apud Livium *L. Albinus* legitur. Lector videat, uter locus ex utro sit emendandus. Videndum etiam sit ne paulo post legendum potius, *Caere oppidum provexit*, dissyllabon, ut apud Livium Lib. v. ac VII. ab U. C. quod hic *Caerete* trisyllabon legitur. Virgilius genitivum ejus *Caeritis* protulisse videtur Lib. VII. Aeneidos, *prope Caeritis amnem*, penul. corr. quem genitivum quidam putant a nominativo *Caeres* esse. Certe pro patrio in *Caeretis* in secundam vocalem *e*, est longa apud Virgilium, *Qui Caerete domo*. At Livius *Caerites* in plurali pro populo. In singulari *Caere* oppidum appellat, sed *Caeriti* populo Lib. VII. ab U. C. dixit. Grammatici litigent, ut volunt. Strabo Lib. v. de *Agylla* egregie notat Romanorum ingratitudinem in hanc urbem *Caere*, propter *Caerites tabulas*. unde proverbium, *Caerite cera dignus*, apud Horat. in epistolis ad Numicium. At Livius Hetruscorum ac Gallorum osor, mire eos humiles ubique facit. GLAREAN.

p. 22. *In capitolium post divinam venerationem*] Distinguendum videtur post accusativum *Venerationem*. Neque enim genitivus *victricium armorum*, ab accusativo *venerationem*: sed a nominativo *victor* regitur, hoc ordine. *C. Fabius Dorsuo post divinam venerationem rediit in Capitolium perinde ac victor victricium armorum.* Badius intellexit de armis Romuli, nescio quibus: cum hic de Gallorum armis sit mentio. GLAREAN.

P. Cornelio & Bebio Pamphilo] Hoc in loco melius Badius. Nam titulum hic recte emendat, hoc modo: *De libris Numae repertis ac crematis P. Cornelio & Bebio Pamphilo* Coss. Nihil enim Coss. hi egerunt, sed sub his haec acta est historia anno ab U. C. 573. De numero autem horum librorum variatum esse fatetur. Plin. Lib. XIII. cap. 13. Et cum apud Livium & Valerium septem essent Graeci ac Latini. Valerius ait Latinos servatos, Graecos crematos. Livius libros lectos, ait, non addito, qui, Graecine ac Latini: quasi omnes combustos dicere velit. GLAREAN.

p. 23. *Tarquinius autem Rex*] Mirum de utro *Tarquinio* loquatur, cum prior longe religiosior fuerit. Oliverius constanter de *Superbo* intelligit, ac de uno Sibyllinorum libro: quod quo auctore faciat, scire velim. Porro quod deinde in contextu legitur, *Idque supplicii genus non multo post parricidis lege irrogatum est*: in vetustis codd. absque negatione legitur. Quippe plus quadringentis annis post irrogatum. Quinto enim consulatu C. Marii P. Malleolus primus matre interempta culeo insutus in mare praecipitatus est, ait Florus in Livii Epitome Lib. LXVIII. qui fuit annus ab U. C. 653. Cum prior Tarquinius regnare coeperit, anno ab U. C. 180. Superbus, anno 220. GLAREAN.

p. 24. *Insidiis Asdrubalis & Xantippi Lacedaemonii*] Polybius nobilis & antiquus scriptor, ex quo multa Livius ac alii Latini auctores exceperunt, non insidiis, sed aperto Marte Attilium & victum & captum esse scribit Lib. I. unde non parum miror Romanorum impudentiam, qui aliis mendacia exprobrare soleant, ipsi non satis ubique a mendaciis puri GLAREAN.

Ab eorum cultu absterreri potuerit] Post haec verba in plerisque codicibus sequitur caput de neglecta religione, sed in magis emendatis tria hic desunt exempla observatae religionis, quae ad hoc addentur caput de cultu deorum: primum est de Persarum in Apollinem religione, secundum Atheniensium, tertium Diomedontis in alios deos.

Multo post parricidis] Marcil. ad L. XII. tab. c. 81. legit *non multo post*.

Infestos deos] Vide & Marcil. ad Horat. L. III. Ode. 5.

p. 26. *Creditum est Varronem*]. Creditum est, ait, Varronem consulem tam infeliciter pugnasse ob neglectam religionem. Non sane vana, sed certissima improsperae militiae causa, vel Horatio teste:

DI

DI multa, inquit, *neglecti dedere*
Hesperiae mala luctuosae.

Contra feliciter pugnandi ratio non tam in disciplina, ut Vegetius Libro I. cap. I. aliique censent, quam in pietate & religione consistit; quod etiam Cicero adfirmat Orat. de harusp. resp. *Quam volumus licet, P. C. ipsi nos amemus: tamen nec numero Hispanos, nec robore Gallos, nec calliditate Poenos, nec artibus Graecos, nec denique hoc ipso ejus gentis ac terrae domestico nativoque sensu, Italos ipsos ac Latinos, sed pietate ac religione, atque hac una sapientia, quod Deorum immortalium numine omnia regi gubernarique perspeximus, omnes gentes nationesque superavimus.* Legantur multa huc pertinentia apud Aurelium Augustinum de Civitat. & Lactantium. Inter maxima autem pietatis opera, quae militiae praestarentur, pudicitiam numerabant: ac vicissim impudicitiam disciplinae militaris pestem esse maximam minime dubitabant. quod tot illustrium gentium ac nationum devastationes ac ruinae longo etiam post intervallo testatae sunt. Salvianus Libro VII. *Cur Deus Vandalis occupandam dederit Hispaniam fortissimam imbellissimis? Ad impudicitiae damnationem, ut impudicis pudicissimi imperarent.* COLER.

Romanarum virium] Vide Marcil. ad Horat. L. III. Ode 5.

p. 31. *Tegulas Locros reportandas curavit*] Livius Lib. IV. de secundo bello Punico, non ita longe ab initio, *Junonis Laciniae* templum non *Locris*, sed ad *Crotonem* fuisse cum Luco, quem fabulosissime describit, testatur. Idem Strabo Lib. VI. *Proserpinae* autem *templum Locris* fuisse idem Livius Lib. IX. ejusdem belli in Locrensium oratione adversus Plemminium asserit, de eo sequenti exemplo. Quare hoc in loco legendum censeo, *Tegulas Crotonem reportandas curavit:* non *Locros*, ut vulgo codices habent. Annotat hoc etiam Oliverius. GLAREAN.

p. 32. *Quae quod ad Pleminii facinus attinuit*] Hic incipiunt externa exempla: nempe de Pyrrho rege Epirotarum, quod plerique codices negligunt. GLAREAN.

p. 33. *Factum Masinissae animo, quam Punico sanguini conveniens*] Ita legitur in omnibus, quae nos quidem vidimus exemplaribus. Quod si bene legitur, omnino notandum est id genus sermonis & rerum inusitatum. Oliverius, *quam*, pro *non*, exposuit: ut sit, factum non conveniens Punico sanguini, sed animo Masinissae. Badius mallet *convenientius* & *pendi* pro *perpendi*, cui ego subscribo: sed nihil mutarim. GLAREAN. Vide & Marcil. ad Horat L. I. Ode 19.

p. 34. *Aestate gravem aureum amiculum esse*] Rursus hoc loco Badius recte reprehendit vulgatam lectionem, *gravem amiculum:* cum *amiculum* sit generis neutri, ut mox ipse auctor subjungit, *ad utrumque tempus anni* (inquiens) *aptius: aptiorem* haud dubie dicturus, si *gravem* recte scriptum esset pro *grave.* Oliverius autem de manubiis Carthaginensium hic auctorem loquentem exponens, quas (inquit) a Scipione Africano superiore acceperat, ubi plus quam ducentis errat annis. Loquitur enim hic auctor de superiore Hierone, qui vixit Olympiade 76. quem Pindarus celebrat. Posterior autem Hiero vixit Olympiade 141. quando coepit secundum bellum Punicum, cujus initio statim mortuus est. Unde ne posterior quidem Hiero ullum cum Scipione commercium unquam habuit. GLAREAN.

p. 35. *Tametsi debita supplicia non exsolvit*] Nota sunt Ciceronis verba Lib. III. de Natura deorum, de hoc Dionysio, conformiter cum Valerio. Quod *feliciter mortuus sit, in triumphantis modum in rogum illatus.* Quem Justinus Lib. XX. prorsus ad finem, *insidiis suorum caesum, assiduis bellis victum fractumque fatetur.* Porro proxime in pulcherrima illa Valerii sententia de *tarditate poenae*, genitivus *supplicii* & bis repetitur, & ad priora ac posteriora referri potest. GLAREAN.

p. 38. *De simulata religione*] Quidam hoc caput forte intercidisse putant, ac nunc demum inventum. Alii consulto sublatum existimant, quippe quod fidem publicam labefactare videatur, unde & libros Numae publice Romae incensos. Non sane magna jactura intercidisset. Nobis tamen Christianis omnes leges, quae non ex vero rationis judicio, & aequitate procedunt, aut non auctore Deo processere, merito suspectae esse debent. Sunt autem hic domestica exempla quatuor, ac totidem externa. Quorum ultimum de Zaleuco est Locrorum Epizephyriorum rege, de quo Lib. VI. Geographiae Strabo. Cui male assutum est de Bacchanalibus sacris sublatis exemplum. Quid enim id ad priora exempla, quae ad bonum pertinuisse, ac divino numine inducta praedicantur? haec sublata hic referantur. GLAREAN.

p. 41. *Luctatius, qui*] Admonuisse hic lectorem necesse duxi, ad finem primi belli Punici duos fuisse *Luctatios* viros Consulares praecipuos. Alterum *C. Luctatium Catulum Caeremonium*, qui Carthaginenses ad Aegateis insulas vicit, ac bello finem imposuit. Alterum *Q. Luctatium Catulum Cereum*, qui proximo post *C. Luctatium* anno Cos. pacem Carthagi-

nen-

nensibus firmasse videtur. Prioris mentio est apud Livium Lib. III. de secundo bello Punico, in oratione Hannonis. Collega ejus fuit A. Posthumius Albinus. *Quinti* autem apud Livium mentio est Lib. x ejusdem belli Punici secundi, non ita longe a fine: ejus Collega fuit A. Manlius Atticus. Horum itaque duorum virorum praenomina mire confusa leguntur, ac corrupte etiam in plerisque auctorum codicibus, ut ipsius Liv. ac Polyb. GLAREAN.

C. Cornelius Hispallus] Haec acta videntur anno ab U. C. 615. quo Coss. fuere M. Popilius Lenas, & Cn. Calphurnius Piso. pro Popilio, hic Pompilio: & pro Cn. hic L. legitur, haud scio, utrum rectius. Exemplum sane ipsi Badio visum est parum ad auspicia facere, atque haec quoque exempla. mista ac suffarcinata esse. Quale est de Sabazio Jove, cujus mentio quidem est apud Strabonem Lib. II. Geographiae admodum obscura, de quo quid aliud dicam, non habeo. GLAREAN.

p. 42. *L. Aemilius Paullus*] Duo insignes hoc nomine Romani fuere: alter qui secundo bello Punico apud Cannas, Apuliae vicum, Cos. periit, ab Hannibale caesus: alter hujus proles, qui Persea Macedonum ultimum regem & vicit & cepit. Valerius de utro loquatur, ne uno quidem verbo innuit, quod tamen oportuit. Multi de posteriore intelligere malunt. GLAREAN.

p. 44. *P. Claudius*] Non *P.* sed *Ap. Claudius Pulcher* hic vocatus est. *Ap. Claudii Caeci nepos*, ut Plinius ait Lib. XV. cap. I. Cos. fuit cum *L. Junio Pullo*, de quo mox, anno ab U. C. 504. meminit ejus Florus in Livii epitome Lib. XIX. bis igitur hic erratum est. De *L. Junio* nihil Florus, sed Polyb. Lib. I. ubi & de *Appio* paulo ante, quomodo uterque cum Reip. Romanae damno mari bellarint. At de poenis eorum nihil. GLAREAN.

p. 45. *L. Metellus*] *L. Caecilius Metellus* bis Cos. primo bello Punico anno 14. & 18. ejusdem belli, de quo miranda Plinius, *Q. Metello* filio ejus praecone Lib. VII. cap. 43. Bis & Cicero de eo in Catone majore. templum arsit proximo post Punicum primum bellum, anno, ut refert Florus Lib. XIX. GLAREAN.

p. 46. *Architectus Democrates*] Alexandriae designator apud Plinium bis nominatur non *Democrates*, ut vulgo Valerii habent exemplaria, sed *Dinocrates*. Vide Plinium Lib. V. cap. 10. & Lib. VII. cap. 37. Cum autem hic polentae fit mentio, non possum non videre quosdam Grammaticos scribere ausos, *polenta* esse generis neutri, deceptos ex non intellecto Ovidii carmine,

Dulce dedit testa, quod coxerat ante polenta.

Cum ordo, *Dedit ei dulce, quod ante coxerat, de polenta.* Quod ex quinto inde versu eodem in loco satis adverti poterat, si voluissent,

Cum liquido mixta perfudit diva polenta.
GLAREAN.

p. 47. *Proximo lacu*] Scheff. de Re Vehic. p. 227. legit *primo lacu.* Cl. Burmannus ibidem conjiciebat. *Advenarum frequentia alimentis vix suffecturam urbem.*

Dejotaro vero Regi] *Dejotari*, penultima correpta est apud Lucanum Lib. V. Caeterum Ciceronis verba de eadem re Lib. I. de Divinatione, longe luculentiora sunt, ubi de Dejotaro, ut saepe alias, multa locutus, tandem haec ait: *Qui cum itinere quodam proposito & constituto revertisset, aquilae admonitus volatu, conclave illud, ubi erat mansurus, si ire perrexisset, proxima nocte corruit.* Haec ille. Porro hoc exemplum non pertinet ad *omina*, ut perperam Oliverius indicavit, sed ad *auspicia*, ut ex transitione mox sequente facile notatu est. GLAREAN.

p. 48. *De Ominum observatione*] Ut multa alia Romani a Graecis: Graeci ab Aegyptiis: Agypti porro ab Hebraeis: ita hanc quoque vocem Omen, Romanos ab exteris habere puto. Accedit enim camez Hebraica vocalis proxime ad Latinum, אָמֵן. Ad finem autem hujus primi exempli, ingens obscuritas est, quam ego inexplicabilem relinquo: tria ibi sunt verba, quae negotium obscurant, *Modo*, *Abjectas & ruinis.* Nam duplex Romanorum victoria fuit, altera de Vejis oppido, altera de Gallis Camillo duce: at de utra loquatur Valerius, incertum. Deinde Veji, si Romae comparentur, abjecti dici possunt. Et Roma ipsa propter ruinas abjecta non minus dici potest. Sed neque hic certum, de utra loquatur. Badius valde brevis est, praeter solitum. Lector dispiciat. GLAREAN.

Signifer statue signum] Simile quiddam Venetis accidit. Illi enim capta Constantinopoli noluerunt imperium transferre, cum conclamatum esset *Venetias* a *Veniendo* dictas. COLER.

p. 50. *Catellus nomine Persa*] Nullum aliud aptius exemplum ominis est, quam hoc de *Persa* cane, Romani regum nomina canibus imponebant, ut nos hodie *Turcorum* nomina. Sed mirum est hoc nomen, quod secundae declinationis erat, *Perseus*, ut *Tydaeus*, nunc in tertiam nunc in primam venisse. *Persem* enim accusativum, & *Persa* nominativum reperias apud Latinos. Sed Romani pro imperii

rii auctoritate, multa ut volebant, non ut debebant, fecêre. GLAREAN.

Caecilia Metelli] Cum tot fuerint *Metelli*, viri consulares, multa dignitate praediti, multis honoribus functi, hic ne uno quidem verbo dignatur Valerius indicare, de quonam *Metello* loquatur. De *Numidico* quidam suspicantur dictum, qui Cos. fuit ab anno U. C. 611. GLAREAN.

p. 54. *Petilius consul*] *Q. Petilius Spalo* Cos. fuit, anno ab U. C. cum *Cn. Scipione Hispalo*. Quidam non *Spalonem*, sed *Spurinum* hunc *Petilium* cognominatum ajunt. GLAREAN.

p. 55. *Auxilium adversus Caras implorantibus*] *Caras* accusativus est Graecus a nominativo *Car*. *Caria* vicinia Ionibus in Asia: similiter & *Samos* insula, unde *Sibylla Samia* non magnae existimationis in patria, ut verissimum appareat quod Christus dicit, οὐκ ἔστι προφήτης ἄτιμος, εἰ μὴ ἐν τῇ πατρίδι αὐτοῦ, καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ. GLAREAN.

p. 56. *Flumen vicinum moenibus suis nomine Aeantem*] Strabo L. VII. ait, *Aous* amnis super quo Apollonia civitas extat: a flumine quidem stadiis X. longe abest, a mari vero LX. Caeterum *Aoum*. ἄιαντα Hecataeus appellat. Haec ille & plura alia. GLAREAN.

p. 61. *De C. Volumnio & Ser. Sulpicio*] Passim in hoc auctore tituli corrupte leguntur. Nihil hic de *C. Volumnio* aut *Sulpitio* scribitur: sed de prodigiis, quae consulatu eorum contigerunt. Quare titulus ita poni debebat. *De prodigiis C. Volumnio & Ser. Sulpitio Coss.* Caeterum quem hic Valerius *C. Volumnium* vocat, Plinius Lib. II. cap. 56. *L. Volumnium* nominat. At Livius Lib. III. ab U. C. & Dionysius Halicar. initio Lib. X. *P. Volumnium* appellant, quibus accedendum puto. Annus erat ab U. C. 293. GLAREAN.

Ejusdem generis monstra] Horum exemplorum titulus ita esse debebat, *De diversis prodigiis*: qui in plerisque codicibus temere omissus est. Neque enim haec contigerunt Coss. P. Volumnio, Ser. Sulpitio, sub quibus priora acciderant: sed diverso tempore. Primum anno secundo, secundi belli Punici, in foro Holitorio, ut ait Livius Lib. I. ejusdem belli, ad finem. Secundum prodigium anno decimo ejusdem belli, ut idem Livius Lib. VII. ejusdem belli tradit. Tertium ac quartum rursus anno secundo, ut in fine Lib. I. ejusdem idem narrat Livius. Quintum, sextum ac septimum eodem anno, sed paulo post, ut Lib. II. ejusdem belli scribit Livius ab initio. Ultimum non hoc, sed Macedonico bello recitat Livius Lib. V. quartae decados, L. Quintio Flamminio, Cn. Domitio Aenobarbo Coss. anno ab U. C. 562. GLAREAN.

p. 62. *Cn. Domitii*] Gifan. Obs. L. L. *Cn. Pompeji legit.*

p. 65. *Consul cum in Lucanis sacrificasset*] Ex Livio legendum est *Proconsul*. Septimo enim anno ejusdem belli caesus est *Gracchus*, quo anno Coss. erant Q. Fulvius Flaccus, & App. Claudius Pulcher. *Gracchus* autem anno praecedente cum Qu. Fabio, Maximi filio Cos. fuerat, hoc autem anno, quo periit, Proconsul. GLAREAN.

Et consulatus collegium] Non hoc, quo periit, anno *Marcellus* collega Gracchi fuit, sed secundo suo consulatu, quem tamen non gessit vitio creatus, suffectus Posthumio, anno quarto secundi belli Punici, cum ipse caesus sit anno XI. ejusdem belli, cum jam quintum Cos. esset cum T. Quintio Crispino. Ex Livio haec omnia clara sunt. GLAREAN.

p. 68. *Vellem quidem placidius, sed quod relatu verum est*] Ita vulgo nunc habent codices. Et Badius ut minimum quatuor ejus eruit sensus, quorum nullus tamen satisfacit cordato lectori. In vetusto nostro codice ita legitur: *Vellem quidem placidius. Sed quia relatu verum est, sic deorum spreti praemonitus*, quasi, quae sequantur, ad praecedentia attineant. Sed ego me hic plane non explico. GLAREAN.

p. 70. *Te enim accepimus eo die, quo &c.*] Suetonius longe antea de *corde* prodigium refert Caesari visum. Non sane eo die, quo caesus est, sed Spurinam ibi non nominat, in posteriore nominat: nam eo die, quo caesus est, refert eum *pluribus hostiis caesis litare non potuisse, sed spreta religione curiam ingressum atque tum Spurinam irrisisse*. Longe igitur antea hoc prodigium factum, non hercle eo die, quo interiit: Quod igitur bis factum est, Valerius semel narrat, & temere miscet. GLAREAN.

p. 71. *Eidem montem Atho juxta Idam transgresso*] Hic locus haud dubie corruptus est, nec a commentatoribus intellectus. Oliverius de *Atho* longum sermonem infert, de *Ida* vero, ne unum quidem verbum, quod tamen factum oportuit. *Athon montem* propter navium periculosum circuitum in Isthmo suffodere jussit Xerxes, ut initio Lib. VII. refert Herodotus. Eum autem ipse non est transgressus, sed ejus naves. Ipse a Strymone per Bisaltida Achantum pervenit, deinde Thermam, ac postremo incolumi exercitu Thermopylâs usque. Ibi vero diversam fortunam ex-

pertus, ex parva admodum Lacedaemoniorum manu. At in Graeciam tandem venit per *Aetan* montem ad ipsas pylas, ubi caesus erat Leonides. Quare ego hunc in Valerio locum ita legendum puto: *Eidem montem Aetam juxta pylas transgresso.* Lector quod volet, sequatur. GLAREAN.

p. 75. *Aliud coelo decus daretur, aliud promitteretur*] Non temere fortassis Grammatici etiam hic inveniunt, quod cavillentur. *Aliud* pro *alterum* positum. Item paulo post, ubi de P. Decio & T. Manlio dicit: Convenitque inter eos, cujus cornu prius laborare coepisset. Ubi Livius dicit, utrius cornu, non cujus, sed id nos nunc non agimus. GLAREAN.

p. 77. *Cum plebeis ludis quidam pater familias*] Cicero Lib. I. de Divinatione, hos *ludos maximos* vocat, ubi eandem tractat historiam, non *plebejos.* Livius autem Lib. II. *Magnos* appellat, Lactantius Lib. II. cap. 8. *Circenseis* eosdem. Non sunt iidem *ludi magni*, & quae *Megalesia* dicuntur. *Magni* enim, qui & *Romani* & *Circenses* longe vetustiores sunt, longe item magnificentius fiebant, quam *Megalesia.* Quippe *Megalesia* primum Romae suscepta sunt anno 15. secundi belli Pun. *Matris magnae* nomen referentes, & *Scenici* esse videntur: Imo ipse Livius *scenicos* vocat Lib. IV. decados quartae anno ab U. C. 561. Et rursus Lib. VI. ejusdem decados, non ita longe a fine, anno ab U. C. 563. Quanquam Livius quando primum celebrati sint, parum sibi constat. Celebratos enim primum ait, tum anno 15. secundi belli P. tum alteris jam indicatis duobus annis. *Circenses* autem jam inde a regibus Romanis, voti acti, ac instaurati leguntur. Hoc igitur Valerii loco non *plebejos* accipimus, sed *magnos.* Verum de iis plura commodius dicentur Lib. II. cap. I. Hic illud addendum, in Livio deesse Coss. hujus anni, quando haec *Latini* hominis historia acta refertur: quin & sequentis quoque anni Coss. In Dionysio autem eos probe recenseri, cum ad finem Libri VII. tum initio Octavi. GLAREAN.

p. 82. *Aterii Rufi equitis Romani somnium certo eventu admonitum est*] Recte Lipsius Lib. I. cap. 7. *Admotum est*, Metaphora ducta a lineis Circensibus. & ita Seneca locutus est Epist. 50. COLER.

p. 83. *Hannibalis quoque ut detestandum*] Meminit hujus exempli Cicero Lib. I. de Divinatione. Et Livius Lib. I. de secundo bello Pun. Polybius ut histrionicam fabulam irridet. Caeterum in medio fere hujus exempli ita legitur, *Primo vestigia nullam in partem secutis oculis mox humani ingenii prona voluntate:* legendum videtur, *Nullam in partem inflexis oculis secutus, mox humani ingenii prona voluntate.* Nam juvenis ille ei praecepit, *ne quoquam ab se dimoveret oculos:* ait ille *aliquandiu secutus nullam aliam in partem inflexis oculis*, at tandem victus humana imbecillitate continere se non potuit. Id quod luce clarius ex Ciceronis & Livii verbis percipitur. GLAREAN.

p. 88. *Dionysio Syracusano*] Puto auctorem loqui de superiore Dionysio, quem Eusebius ait tyrannidem Syracusis exercuisse Olympiade 93. Mortuum autem Olymp 103. Ergo per 46. annos in imperio fuisset. Historia ejus est apud Justinum. L. XX. GLAREAN.

p. 90. *Carthaginiensium dux Hamilcar*[Cicero Lib. I. de Divinatione, satis innuit hunc Hamilcarem fuisse tempore Agathoclis, de quo post Dionysios patrem ac filium, Justinus Lib. XXII. Non igitur de Hannibalis patre locutus est auctor, qui ut minimum sexaginta postea annis vixit. Latini auctores ne uno quidem verbo indicare dignantur, de quo loquantur, quod saepe conquerimur. GLAREAN.

Castor & Pollux] Historia notissima est. Dionysius tamen triennio serius gestam, quam Livius narrat: ille anno ab U. C. 258. hic vero 255. Livius miraculi non meminit: aedem tamen Castori, votam a Dictatore scribit. Dionysius autem copiose narrat. Valerius noster tria de his nobis exhibet exempla, quando Romanis in summis necessitatibus adfuerint, & de duobus prioribus nulla est difficultas, de tertio autem nihil certi: imo Lactantius Firmianus Lib. II. cap. 8. eadem miracula narrans, ait, *primum ad lacum Juturnae, visus equorum sudorem abluere, ac aedem eorum, quae juncta fonti erat, sua sponte patuisse.* Dionysius ait, *ad Vestae templum lacum fuisse, ubi sudorem abluerint.* Ita nihil certi adferri potest de tertio, quin sit idem quod primum. GLAREAN.

p. 99. *Quid Martis Auxilium*] Credo hanc historiam (si modo vera est) fuisse in secunda Livii decade. Mirum autem Florum in neutra Epitome, vel unum verbum de ea scripsisse. Mihi plane suspecta: maxime cum dicit, *Collatis unum in locum utriusque partis copiis, Martem arreptis scalis per mediam hostium aciem ad contraria castra evasisse, & admotis vallum conscendisse.* Primum si per mediam hostium aciem evadere potuit, quae ante castra stabat, ut opinor, quid opus erat castra invadere, ac Romanos ad idem invitare negotium?

cum

cum unus per medios iret. quare eum non potius conficiebant, quam castra defenderent? Perpendat lector hunc locum, & videbit non temere hic haesisse nos, nisi Homericum Martem credamus. Sed ad alia progrediamur. GLAREAN.

p. 103. *Euboeae cellam obtinebis*] Quotquot nos vidimus exemplaria hoc loco corrupta videntur. Vel enim *Caelam* legendum, vel (quod ego potius opinor) *Coela*. Graece enim *κοῖλα* est. Strabo Lib. x. ab initio vocat *τῆς Εὐβοίας τὰ κοῖλα*, id est, *Euboeae cava*, quae inter Aulidem atque Geraestum continentur. Valerius inter Rhamnunta ac Carystum ponit: quae non magna differentia dicuntur, nam ut Attici soli est Rhamnus, ita Aulis: & ut Geraestus in Euboea, ita & Carystus. Meminit & Ptolemaeus in Euboeae descriptione. Lucanus Lib. v. multis verbis conatus est periphrasi indicare hunc locum. Sed commentarii silent, quanquam Sulpitius Valerii hunc citat locum, verum corrupte, & sine expositione. GLAREAN.

p. 105. *Eris Pamphilii*] Non minus impudens & hoc loco error de *Ere Pamphylio* Harmenii filio. Quem quidem *Phaeraeum* perperam vocant, ut Oliverius a *Pheris* Peloponnesi oppido. Platonis verba apponam, quae satis clara sunt. non ita longe a fine decimi de Rep. Libri, ἀλλ' οὐ μέντοι σοι ἦν δ' ἐγὼ Ἀλκίνου γε ἀπόλογον ἐρῶ, ἀλλ' ἀλκίμου μὲν ἀνδρὸς Ἠρὸς τοῦ Ἀρμενίου, τὸ γένος Παμφύλου, id est, *Atqui non tibi inquam ego Alcini utique apologum narrabo, sed eximii sane viri Eros Harmenii genere Pamphylii:* & quae deinde sequuntur reliqua. GLAREAN. Vide & Clementem Alex. Strom. v. p. 710. & ibi notas Potteri.

p. 106. *Gorgiae quoque Epirotae*] Varia in hoc exemplo est tum lectio, tum expositio. Oliverius post verbum *origo*, supplet *Fuit admirabilis*: deinde addit conjunctionem *que*, post verbum *Novum*. Badius, verba omnia post *Origo*, velut in parenthesi legit, usque ad verbum *novum*: hoc sensu, *Gorgiae origo praebuit spectaculum novum patriae, qui in funere matris suae* &c. Atque haec lectio placet. Porro deinde pro hac periodo, *Non tantum ex ipso genitricis rogo lucem, sed etiam cunas assecutus.* Oliverius ita legit, *Tantum non ex ipso genitricis rogo lucem cunasque assecutus.* Atque haec posterior, ut Valerii stylo magis apta, mihi probatur, vulgata enim lectio frigide *cunas*, post *lucem*, infert. Lector quod ipsi videatur, sequatur. GLAREAN.

p. 109. *Subnecto Daphitam*] Hujus *Daphitae* meminit Strabo Geographiae Lib. XIV. ubi de Magnesia ad Maeandrum, quo in loco montem *Thoraca* vocat, urbi illi imminentem: unde proverbium, *Cave Thoracem:* quem hic Valerius *Equum* nominatum scribit. D. Erasmus credidit montem in Libya esse, qui est ad Magnesiam. GLAREAN.

p. 113. *Lilybaeo portu*] Oliverius connectit *Lilybaeo portu*, sed perperam: distinguendum enim post *Lilybaeo*, ut sit ordo, *ut a Lilybaeo intueretur Carthaginiensium classes egredientes portu.* Est tamen dura auctoris compositio, & quae non attendentes facile decipere poterit, praesertim Geographiae ignaros. GLAREAN.

Quod Athenienses] Plinius Lib. XI. cap. 37. ubi de corde, *Lacedaemonios* refert *hunc Aristomenem cepisse*, non *Athenienses*. Nam *Athenienses* cum *Messeniis* bellum gessisse, non puto uspiam lectum. At *Messenios* cum *Lacedaemoniis*, omnes auctores referunt. GLAREAN.

Sylvestres capreas] Idem Plinius Lib. VIII. cap. 27. *cervis* attribuit, quod hic Valerius *capreis*. Ceterum de ea herba copiose Lib. XXV. cap. 8. Badius putat Valerium, *Quid ita*, dixisse pro *cur*. Quia *Tantopere* subnectitur, quod verbum cum *Ita*, non apte cohaeret. Annotavit & Erasmus *Tantum non*, quod proxime hic sequitur, dictum a Valerio pro eo, quod Graeci dicunt μονονουχὶ. Latini *tantum non:* quasi dicas *propemodum*. Sed haec omnia prosequi non est nostri instituti. Quemadmodum quod Valerius de *pecudibus Cephaleniae insulae* prodit *de siti vento levata*, Oliverius *de equis ad Olysipponem vento concipientibus exponit:* sicut & illud *Crotone* in auferendi casu dictum, idem per gignendi casum exponit, ut *Vincentiae*. Denique quod ad finem hujus libri ex Livio refert Valerius exemplum, cavillationibus omnino obnoxium videtur. Si enim *pestifero afflatu vicina regione polluta, Romana inde castra summota sunt*, quis eum excoriavit? Id etiam Latino Herodoto explicandum: sed diceret *Psyllos*, quibus serpentes nocere non possunt. GLAREAN. *Cervas* scribit Plinius. CORRAD.

p. 132. *Tutissimum vinculum*] Eadem mente Alexander Severus ad milites Antiochenos apud Lampridium. *Disciplina majorum remp. tenet, qui si dilabatur nomen Romanum & imperium amittemus.* COLER.

p. 135. *Idem à senatu legatus*] Historias confundere hic videtur Valerius. nam diversi fuere Fabii. Livius Lib. XXIV. CORRAD.

p. 155. Post notam. n. 66. Broukh. L. IV. II. 3. adde, Propertii.

p. 161. *Eam autem aedem P. Cornelio Len-*

 tu-

tulo] Perperam refert Valerius. CORRAD.

p. 164. *Quas populi oculis subjicere*] Spectat huc illud Salviani Lib. I. de priscis illis Romanis: *Cum viles ac rusticos cibos, ante ipsos, quibus coxerant, focos sumerent, eosque ipsos capere, nisi ad vesperam non liceret.* COLER.

p. 239. *Q. Catulo, Sempronio Atracino Coss.*] *Quae C. Sempronio Atracino Cos. cum Volscis* videtur legendum. Livius Lib. IV. CORRAD.

p. 240. *Male commissi praelii*] Imo *bene*. Livius Lib. VIII. CORRAD.

p. 247. *Hannibal Capuam*] Imo Romani Capuam obsessuri erant absente Hannibale. Livius Lib. XXV. CORRAD.

p. 249. *Hannibalem paulo ante*] *Hannonem* potius. CORRAD.

p. 264. Post notam n. 88. adde Plin. Lib. I. Ep. 12. *Nam utcumque in illis qui morbo finiuntur magna ex parte solatium est.*

p. 284. *Primus ab his indoctis erroribus*] Emendaveram *doctis erroribus*. Sed ita olim Lipsius Elect. Lib. II. cap. II. quoque. Hercle factum gaudeo. COLER.

Alterius matrem olera] De Euripidis matre contrarium ostendit Suidas. CORRAD.

p, 285. *Monstro similius*] Imo nisi tenui fuisset valetudine alterum extitisset lumen civitatis, inquit Cicero in Catone. CORRAD.

p. 288. *Augendo exercitum*] Profecti sunt legati, ut quae vulgata erant de cultu ac desidia Imperatoris, solutaque militiae disciplina comperta referrent. CORRAD.

p. 292. *Senatu vetante*] Non vetabat senatus, sed permittebat, si id è Rep. videretur. Livius Lib. XXIX. CORRAD.

p. 300. *Pro rostris accusaretur*] Quintilianus Lib. V. & auctor De viris illustribus, & Asconius accusatum volunt, quod socios ad arma concitasset, ut forte Valerius velit id factum auctore Mithridate hic Lib. VIII. cap. 6. CORRAD.

p. 302. *Capenam portam*] Ad *portam Collinam* progressum Annibalem scribit Livius. CORRAD.

p. 306. *Apud Prusiam regem exsularet*] Cicero Lib. II. de Divinat. & Plutarch. de Exsilio, hoc Antiocho dictum refert. CORRAD.

p. 311. *Calenam transgressus*] *Cales* ex Livio leges. nisi ad custodias referas. CORRAD.

p. 314. *Q. Scaevolam Augurem*] Augur ante bellum civile mortuus videtur ex Laelio Ciceronis. CORRAD.

p. 323. *Insidias ei nectentes*] Post Heraclidae mortem hoc dictum refert in vita Plutarchus. qui etiam de insidiatore à Probo dissentit. CORRAD.

p. 337. *Literae redditae essent*] Livius Lib. LXIX. sed de loco dissentit & Plinius de vir. illustrib. qui ne factas quidem literas scribit. CORRAD.

p. 339. *Speusippo amico*] Diogenes Laërtius hunc amicum Xenocratem vocat. CORRAD.

p. 340. *Theodorum principem*] Plutarchus Pteodorum Megarensem divitem vocat, non Theodorum. CORRAD.

p. 346. *Sexti quoque Livii*] *Marcus* ab aliis dicitur. CORRAD.

p. 351. *Indibili desponsatam*] *Luccejus* dicebatur. *Indibilis* enim alter regulus fuit, de quo Livius Lib. XXVII. & XXVIII. CORRAD. *Indibili desponsam*] Imo *Luceio*, ut habet Frontinus. *Indibilis* Rex fuit, de quo Livius & alii. Fuit & opidum hoc nomine apud Frontinum, Lib. II. Sed Frontini illa verba nescio quem mihi scrupulum injiciunt: *Qua multiplici magnificentia universa gens victa imperio pop. Romani cessit.* Scipio enim dum *Luceio* sponsam cum auro reddidit non magnificus, sed munificus audire debuit. Quare legerim: *Qua multiplici munificentia.* Atque ita Valerius quoque claudit: *Qua continentia ac munificentia* &c. COLER.

p. 354. *Agresti in scamno*] Gifan. *in foro. de Lingua Latina* p. 99.

Popularis assignationis modum] Septem jugerum, ut modo dixit. Olim enim modus iste agri civibus assignatus fuerat à C. Licinio Tr. Pl. Varro de Re Rust. Lib. I. cap. 2. *Ejusdem gentis C. Licinius Tr. Plebis cum esset post Reges exactos anno CCCLXV. primus populum ad leges accipiendas in septem jugera forensia è comitio eduxit.* Valerius paulo post de Attilio Regulo: *Villicum in agello, quem septem jugerum in Pupinia habebat.* Et illud de Cincinnato egregie ἐπιτωθ: *Anguste se habitare nunc putat, cujus domus tantum patet, quantum Cincinnati rura patuerunt.* Posteriori etiam seculo septenarium numerum in metiendis agrorum jugeribus usitatum fuisse, nescio quid conjectare liceat ex illo Martialis disticho turpiculo:

Vicini, moneo, sanctum celebrate Priapum,
Et bis septenis parcite jugeribus. COLER.

p. 359. *Tribusque servis comitatus*] Plutarchus in vita quinque servos scribit. CORRAD. *Eodemque vino, quo nautae.* Spartianus de Hadriano: *Cibis etiam castrensibus in propatulo libenter utens, hoc est, larido, caseo, & posca, exemplo Aemiliani & Metelli, & auctoris sui Trajani.* COLER.

p. 360. *Duodecim servos habuit*] Plutarchus in

in Apoph. & Athenaeus Lib. VI. quinque scribunt. CORRAD.

p. 362. *Nobile Athenarum scortum*] ἡ Φρύνη ἐκ Θεσπιῶν inquit Athenaeus Lib. XI. CORRAD.

p. 370. *Quaeque modo arantium boum*] Ita Salvianus Lib. I. *Cum ab aratro arcesserentur ad fasces; & illustrandi habitu consulari, illis fortasse ipsis, quas assumpturi erant, imperialibus togis madidum sudore pulverem detergerent.* CORRAD.

p. 372. *Minus multo cultores*] Vide Nic. Heins. ad Ovid. L. IV. Fast. v. 765.

p. 380. *Larissam intraret*] Dion. Lib. XLII. non intrasse, & Plutarchus in vita hoc *Mitylene* dixisse, refert. CORRAD.

p. 386. *Mithridatem conjugem suum*] Pellicem fuisse scribit Plutarchus. CORRAD.

Uxoriae fidei specimen] Cleombroti uxorem intelligere videtur, de qua Plutarch. in Agide. CORRAD.

p. 387. *Minyae*] Herodot. Lib. IV. Sed Plutarchus De claris Mul. *Tyrrhenas* vocat. CORRAD.

p. 390. *Rutilio & Laenati*] *Sulpitio* videtur legendum hic & in Laelio. A Nasica interrogatum scribit Plutarchus in Gracch. CORRAD.

p. 391. *Lectorius*] *Lycinium* vocat Plutarchus. CORRAD.

p. 394. *Pectori suo applicavit*] More quodam peculiari, nisi fallor. Idem notat Prudentius in Hymno Romani Martyris:

Talia retexens applicabat pallium,
Manusque tendebat sub ictu & sanguine,
Venarum ut undam profluam manantium
Et palpitantis oris exciperet globum:
Excepit, & caro applicavit pectori. COLER.

p. 395. *Servius Terentius*] Dion. Lib. XLVI. & *Elbium Blasium* vocat, & rem multo aliter narrat. CORRAD.

p. 413. *Musicanes*] *Misagenes* dicitur à Livio Lib. XLV. CORRAD.

420. *Ejusdem viri humanitas*] Hoc de superiore Africano refert Livius Lib. XXVII. & Plutarch. in vita. CORRAD.

p. 424. *In summo terrarum orbe*] Libri veteres: *In suo modo terrarum orbe.* ἐξοχὴ est. potentiae Cn. Pompei. de qua passim etiam Cicero & stomachose quidem ἐπικεράτην* appellitat ad Att. CORRAD.

p. 428. *More Macedonum*] An igitur *causia* vox Macedonibus propria. Militare tegumentum capitis fuisse & ex hoc loco & ex Vegetio discas, imo ex Plauti Persa, & Milite. Scena:

—— —— —— *Sequimini.*
Causiam habeas ferrugineam, culcitam ob oculos laneam.

Utebantur ea pugnatores, ne oculi à solis radiis perstringerentur. Fuisse tamen & Romae gestatam significat Martialis Lib. XIV. hoc lemmate:

Causia.
In Pompejano tectus spectabo theatro:
Nam ventus populo vela negare solet.

Graeca origine esse vocem non dubito. ἀπὸ τοῦ καίειν. Suidas: Καυσία, εἶδος πίλου βαρβαρικοῦ. COLER.

p. 430. *In agro Brutio*] *In Apulia* inquit Livius Libro XXVII. CORRAD.

436. *Quintio & Minutio coss.*] Romulio & Veturio cos. Livius Lib. II. & Dionysius Libro decimo. CORRAD.

p. 438. *In Samnio*] *In agro Larinari*, inquit Livius. CORRAD.

p. 439. *Duo millia Romanorum*] Livius Lib. XXXIV. non ponit numerum, sed Plutarchus in vita 1200. ait fuisse. CORRAD.

p. 533. *Consulis jussu centurio*] *Injussu* fortasse melius ex Livio. CORRAD.

p. 544. *Directis in Pompejum manibus*] Atqui tunc Pompejus Capuae videtur fuisse, ut apparet ex epist. Ciceronis XIX. ad Att. Lib. II. CORRAD.

p. 566. *C. vero Pompilius*] Cicero Philipp. VIII. & Livius L. XLV. C. Octavium vocant. CORRAD.

p. 587. *Post duorum*] Imo ante. Polybius Lib. I. Livius Lib. II. Florus Lib. I. cap. 6. CORRAD.

p. 624. *Dicere non putaram*] Seneca Fabio tribuit Lib. II. cap. 31. de Ira. CORRAD.

p. 629. *Legem ferri jussit*] Atqui multo ante discesserat. Livius Lib. I. CORRAD.

p. 632. *Bias autem*] Seneca Lib. II. ca. 5. De Tranquill. & Epist. IX. De *Stilpone* refert. CORRAD.

p. 635. *Malo inquit virum*] Cicero Lib. II. de off. quem Plutarchus hoc de sua filia dixisse refert in ejus vita & Apopht. CORRAD.

638. *Subtiliter Anacharsis*] Plutarchus in Solone Zaleuco tribuit. vide & Stob. serm. XLIII. CORRAD.

Agesilai facta] Multo aliter Plutarchus in Agesilao. CORRAD.

p. 648. *Saturnini Vetulionis*] *Pompejum* vocat Appianus Lib. IV. CORRAD.

p. 661. *Papaverum capita baculo*] Livius Li. I. Diony. Lib. IV. Florus Lib. I. cap. 7. Frontinus Lib. I. stratag. cap. I. Simile narrat

Aristoteles de Periandro Lib. v. Polit. cap. 10. COLER.

p. 673. *Quatuor & viginti millia servorum*] Livius & alii tantum *octo millia* tradunt. vide doctiss. Lipsium Lib. II. Elect. cap. 11. COLER.

p. 703. *Caelius in cubiculo*] Titum Cloelium vocat Cicero pro S. Roscio Amerino. CORRAD.

p. 715. *C. Caesarem*] *Julium Caesarem iterum & Servilium Coss*] Ita libri nonnulli habent, & Quintil. Lib. I. Appianus Lib. IV. CORRAD.

p. 719. *Cn. Cornelium*] Asconius in Orat. pro Corn. Q. Catulum ponit, & L. Lucullum omittit. CORRAD.

p. 733. *Octogesimo anno*] ἤξησεν ἔτη πθ, inquit Suidas. CORRAD.

p. 735. *Cum Chrysippo disputaturus*] Zenonis libris responsurus, ut ait Plin. Lib. XXV. cap. 5. CORRAD.

p. 745. *A Capite ejus*] Frequenter Rempub. corpori humano & ejus partibus aequiparant veteres. Agrippa Menenius apud Livium & Florum, Iphicrates apud Stoboeum. Hinc locutiones natae *Reipublicae caput*, ut hic. Florus Lib. II. cap. 1. *Adeo difficile fuerat dare Italiae caput.* Varroni etiam *biceps civitas* quae in duas partes divisa, & monstri similis. Tacitus Lib. I. *Quousque patieris Caesar non adesse caput Reipublicae?* Hunc locum nec Lipsius, nec Curtius Pichena nuper explicare videbatur satis dilucide aut vere. Puto ego talia dicentem apud Cornelium voluisse significare, Rempubl. sine capite, hoc est, principe, esse monstrosum quiddam. Simili modo Epaminondam Thebanum, magno & egregio exercitu conspecto, sed sine duce, dixisse legimus: ἡλίκον θηρίον καὶ κεφαλὴν οὐκ ἔχει: *Quanta belua sine capite?* Et Cato: *Vestra legatio neque caput neque pedes habet.* Poëta de plebe: *Belua multorum es capitum.* COLER.

F I N I S.

AN-

ANTONII SCHULTINGII,

Jurisconsulti & Antecessoris,

EXERCITATIO

AD

VALERII MAXIMI

LIB. VII. CAPUT. VII.

De Testamentis Rescissis.

ANTONII SCHULTINGII

Jurisconsulti & Antecessoris,

EXERCITATIO

AD

VALERII MAXIMI

LIB. VII. CAPUT VII.

De Testamentis Rescissis.

OCCASIONEM paulo diligentius cogitandi de iis, quae hoc capite scripta reliquit Valerius Maximus, praebuit mihi ante annos quatuordecim Vir magnae in republica, dum vixit, dignitatis, ac praeclari inter literatos nominis, Gisbertus Cuperus, per epistolam mecum agens de exemplo secundo nonnullisque ex sequentibus, cui cum paulo post meam de illis exposuissem sententiam, ipse eam per omnia approbavit. Adeo tamen procul ab illa tunc fui exspectatione, fore aliquando, ut, quae scripseram, in publicum prodirent, ut non nisi inperfectum illarum literarum exemplum mihi servaverim. Cum tamen hic loci typis describeretur Valerius Maximus, curante viro doctissimo, Abrahamo Torrenio, qui eundem plurimorum eruditissimorum virorum & propriis notis atque observationibus luculentissime instruxit: isque, cognito, aliquid mihi ad manum esse quo scriptor hic posset illustrari, me rogaret, ut secum id communicarem, facile recepi non illud ipsum solummodo, verum etiam me de omnibus, quae in laudato capite occurrerent ad Jurisprudentiam pertinentia, copiosius fore commentaturum. Atque inde tandem haec prodiit exercitatio.

De testamentis rescissis] Vis quidem testamenti longe est maxima, eousque, ut in privatorum actis nihil eo sit validius; non statim tamen vires hasce exserit, sed tum demum cum primum morte testatoris, ac dein hereditatis ex eo adquisitione, eaque firma atque inconcussa, confirmatum est. Ceterum testamenta ab initio legitime facta, adeoque valida, non una ratione vim suam ex postfacto amittunt, mutata non tantum testatoris voluntate, verum etiam aliquo incidenti, veluti postumi adgnatione, vel testatore capite deminuto: idque etiam ipso jure, ac tum dicuntur *infirmari t. t. Inst. quib. mod. testament. infirmant.* nullumque jure civili habent effectum.

§. 1. I. de exheredation. liberor. imo & contra manifestam testatoris voluntatem evertuntur post mortem ipsius per sententiam judicis, quod Jurisconsulti dicunt *rescindi l.* 8. §. 16. *D. l.* 24. *C. de inofficios. testament.* idque evenit quando testamentum pronunciatur inofficiosum; sive factum contra officium pietatis, exheredatis vel praeteritis illis, qui non debebant: qualia in hoc capite proponuntur nonnulla.

In antecessum vero meretur notari, controversias de testamentis atque hereditatibus delatas olim fuisse Romae ad centumviros, sive hastam centumviralem (hastae judicium vocatur *cap. seq. exempl.* 4.) cui praeerat Urbanus Praetor. docet hoc Cicero *de Orator. lib.* I. *cap.* 38. & 39. Quinctilianus *de Institutione orator. lib.* IV. *cap.* 2. Plinius *lib.* V. *epist.* I. *lib.* VI. *epist.* 33. adeoque hereditatis petitio ab Imperatore quoque Justiniano vocatur judicium centumvirale *l. ult. C. de petition. hereditat.* idemque de querela inofficiosi testamenti patet non tantum ex. *l.* 13. *l.* 17. *D. de inofficios. testament.* Sed & ex hoc ipso capite Valerii Maximi *ex.* 1. & 2 & *cap.* 8. *ex.* 1. unde in inscriptionibus *l.* 7. *l.* 28. *l.* 31. *D. eod. tit.* scribendum esse *centumviralibus*, non *septemviralibus*, jam dudum observarunt viri insignes, interque eos ex professo hoc adstruxit V. C. Joh. Fred. Gronovius *Observation. lib.* IV. *cap.* II. Proderit legisse, quae de centumviris scripsere Viri Praeclari Jac. Cujacius *Observation. lib.* X. *cap.* 20. ac Gerardus Noodt, collega mihi maxime honorandus *de Jurisdiction. & imper. lib.* I. *cap.* 12.

Cum vero illa juris remedia, quae ad inpugnandas evertendasque supremas voluntates comparata sunt, non ex juris antiqui rigore, sed moribus usuque fori invaluerint, & quidem sensim, uti fieri amat, mirum videri non debet, si quaedam hic occurrant, quae nec ad normam juris veteris, nec etiam recentioris, quo res haec accuratius est definita, sese patiantur exigi. Hic, scilicet, illa conspicimus in sua origine, atque adeo rudiora minusque plene efformata. Quin in hoc ipso ac sequenti capite ea quoque inveniuntur, quae plene ostendant saepe ex bono & aequo res fuisse terminatas, magisque honestatis atque officii, quam juris rationem habitam fuisse, dum centumviri aliquam quasi censuram in testatorum heredumve mores exercuerint. imo pleraque exempla sequenti capite memorata, secundum posterioris etiam juris, quod in Digestis habemus, dispositionem, nihil habent plane, quod querelae inofficiosi locum faceret, utcumque illic testamenta merito rescindi potuisse judicet hic Auctor. *h. cap. pr.* & *seq. cap. pr.* Ut autem ab initio rem repetamus, observandum erit, legem duodecim tabularum patrifamilias dedisse liberrimam legandi, sive verbis imperativis disponendi, licentiam, atque ut quod ille legasset, esset jus, hoc est, tam firmum, ac si ab ipso populo in comitiis foret sancitum. Verba sunt notissima, exstantque apud Auctorem ad Herennium *lib.* I. *cap.* 13. Ciceronem *de invention. lib.* II. *cap.* 50. *in l.* 120. *D. de verbor. signification.* apud Ulpianum *tit.* XI. §. 14. ad quem nonnulla notavimus. ac videntur haec fuisse. *Paterfamilias uti legassit super pecunia tutelave suae rei* (vel *super pecunia tutelave sua*: vel *pecuniae*, *rei*; *tutelaeve suae*) *ita jus esto*. Atque

haec

haec libertas diu apud Romanos videtur obtinuisse. At cum, ut fieri adsolet, homines illa abuterentur, res ipsa suasit, ut illa coangustaretur, quod factum est prudentium interpretatione, legumque & jura constituentium auctoritate, *d. l.* 120. *D. de verbor. signification.* idque accidit quoque in exemplis omnibus hic relatis, primo excepto.

Honorem hereditatis] Sic dicitur honor proprius *l.* 26. *pr. D. si quis omiss. caus. testament. &c.* & honor ad aliquem pervenire Ciceroni *pro Quinct. cap.* 4. Cui opponitur exheredatio, vocaturque injuria Ulpiano *l.* 8. *pr. D. de inofficios. testament.* Cajo *l.* 4. *D. eod. tit.* *Justiniano l.* 4. *C. de liber. praeterit.* contumelia Cornelio Nepoti *Themistocl. cap.* 1. plenum contumeliae ludibrium Valerio nostro *cap. seq. ex.* 9. Plura dabit ante laudatus Joh. Fred. Gronovius *ad Senec. de tranquillitat. anim. cap.* 11.

I. *Aliis heredibus scriptis*] In priori fuerat scriptus filius, sed pater illud mutaverat, ut docet etiam Cicero *de Orator. lib.* 1. *cap.* 38. adeoque per posterius erat sublatum prius, non obstante, quod in secundo esset praeteritus filius, de quo mox.

Coactus est in fora togatam ingredi militiam] Ita occurrit hostis togatus *cap. seq. ex.* 7. Nota est etiam militia advocatorum ab Imperatoribus copiose celebrata *in l.* 14. *C. de advocat. diversor. judicior.* quam nos olim cum armata comparavimus speciali oratione. Illis vero, qui Jurisprudentiam existimant universam simul esse natam ac absolutam, non poterit non mirum videri, qui fieri potuerit, ut huic militi, vel veterano, lites fuerint sequendae, judicioque contendendum de hereditate sui patris, cum certo fuerit certius etiam florentibus nostris veteribus Jurisconsultis, filiofamilias a patre praeterito, nullum esse patris testamentum *pr. Inst. de exheredation. liberor. l.* 30. *D. de liber. & postum. l.* 1. *D. de injust. rupt. irrit. fact. testament.* adeoque prius vigorem suum retinuisse. quales causas in judicium vocari non solere notum est, ut apud Ciceronem dicit Antonius *de Oratore lib.* 1. *cap.* 57. multo magis id obscurum iisdem illis erit, quaenam Valerium Maximum causa impulerit, ut hujus judicii, ceu singularis, memoriam ad posteros transmittendam esse existimaret, exemplo ipsius Ciceronis *de Orator. lib.* 1. *cap.* 38. adde quod nemini etiam queat esse dubium, quin nihil minus voluerit hic paterfamilias, quam filium proprium ab hereditate sua posteriore testamento excludere: atque haec voluntas praecipue spectanda esse videatur. at facillime difficultates has superabit, qui observaverit, testamentum non absolvi sola voluntate; sed ejus testatione, ac justa, sive legibus conveniente sententia, seu declaratione; & attenderit ad illa verba duodecim tabularum, *uti legassit, ita jus esto*, quae non id volunt, ut haesitemus circa probabilem testatoris mentem, unde per se nulli juris effectus possunt consequi, Grot. *de jur. bell. ac pac. lib.* II. *cap.* 4. § 3. at verba expressa consideremus, in quibus quando non est ulla ambiguitas, non est admittenda voluntatis quaestio, *l.* 25. §. 1. *D. de legat.* 3. adde quod mancipatione interveniente testamenta olim ordinata sint, §. 1. *Inst. de testament. Ordinand. Ulpian. tit.* 20. §. 2. ac primo quidem testator familiam

Xxx xx 2 suam,

ſuam, [illegible]e hereditatem ipſi vendiderit heredi, ſed poſtea alii, cum id periculoſum videretur teſtatoribus, notum eſſe quemnam habituri forent heredem *Theophil. ad* §. 1. *Inſt. de teſtament. ordin.* & §. 10. *ib. heredem, qui imaginem d. t.* in mancipationibus vero id quod lingua nuncupaſſet, jus eſſe ſanxierint duodecim tabulae, *Cicer. de Offic. lib. III. cap.* 16. *Feſt. v. nuncupata*, quod & ad teſtamenta interpretanda dextre applicat Cicero *de Orator. lib.* 1. *cap.* 57. atque inde poſtea quoque dicta videtur teſtamenti nuncupatio, quae eſt declaratio voluntatis, quam olim apertis verbis faciebat teſtator. formulam exhibet Ulpianus *tit.* 20. §. 9. *In teſtamento, quod per aes & libram fit, duae res aguntur, familiae mancipatio, & nuncupatio teſtamenti. Nuncupatur teſtamentum in hunc modum. Tabulas teſtamenti teſtator tenens ita dicit. Haec uti in his tabulis cerisve ſcripta ſunt, ita do, ita lego, ita teſtor: itaque vos Quirites teſtimonium praebitote.* (vel potius *perhibetote*) ut adeo omnia, quae eſſent ſcripta, pro nuncupatis fuerint habenda, ac ſecundum ſcripti rationem expedienda, *t. l.* 16. *D. de conditionib. & demonſtrationib.* ubi verbum *juris* expungendum eſſe recte obſervavit vir egregius, Petrus Faber *Semeſtr. lib. III. cap.* 15. Quin imo quamvis teſtator profeſſus fuiſſet, ſeſe teſtamentum condere, quia filius ſuus interiiſſet, ſic etiam cauſae in ultima voluntate expreſſae falſitas diſpoſitioni, utpote cauſam non requirenti, nihil officeret §. 31. *Inſt. de legat. l.* 17. §. 2. *l.* 72. §. 6. *D. de conditionib. & demonſtrationibus.* unde & heredi in teſtamento priori ſcripto contra inſtitutum in poſteriori, in quo diſerte, ſed per errorem profeſſus fuerat teſtator, ſe hunc inſtituere, quia quos voluerat habere non potuerat, opus fuit Principi ſupplicare, qui ei etiam ſubvenit *l. ult. D. de heredib. inſtituend.* ubi *modus* accipitur pro *cauſa.* Hic igitur militi illi vel veterano tantum non contra torrentem natandum & nitendum fuit. Nondum illud contra juris rigorem tunc invaluerat, ut etiam ob praeſumptam teſtatoris voluntatem teſtamentum vi ſua privaretur; niſi cum filii poſtea nati eſſent teſtatori ſui heredes, illos enim teſtamentum parentis rupiſſe, idque jam ſuo tempore certum fuiſſe docet Antonius apud Ciceronem *de Orator. lib.* 1. *cap.* 57. ubi poſtquam dixerat, de cauſis in jure non dubiis omnino non ſolere in judicium vocari, quod jam attigimus, haec ſubjicit; *Num quis eo teſtamento*, (forte *ex teſt.*) *quod paterfamilias ante fecit, quam ei filius natus eſt, hereditatem petit? nemo, quia conſtat agnaſcendo rumpi teſtamentum.* Idem attingit Cicero *pro Caecin. cap.* 25. & quis verus & bonus erit pater, qui credi poſſet velle, ut bonis ſuis omnibus ad alios delatis, liberi, quos illi naturalis inſtinctus maximopere commendat, & qui nullius adverſus ipſum culpae rei eſſe poſſunt, in ſpem eſuritionis lucem adſpiciant? Aliter ſeſe res habet in liberis tempore facti teſtamenti viventibus, quos ſeſe habere parentes non ſolent ignorare; quibuſque adeo praeteritis nihil auxilii adverſus teſtamenta patrum erat proditum, non magis quam exheredatis ab initio eſt datum, dum pater quos ipſi licebat vel occidere, etiam a ſuis bonis excludere poterat, *l.* 11. *D. de liber. & poſtum.* Paulatim tamen haec juris durities diſplicuit, tam prudentum auctoritate, quam cen-

centumviralibus judiciis, quibus etiam Praetor Urbanus praefuit, is vero juris civilis non adjuvandi tantum ac supplendi, sed corrigendi quoque facultatem habuit *l. 7. §. 1. D. de justit. & jur.* Pro filio vero in hoc exemplo faciebat voluntas patris inde satis manifesta, quod demum, nuncio de ejus morte accepto, secundum testamentum fecisset, in quo alii erant instituti heredes; nihil occurrebat praeterea in filio, quare videretur privandus paterna hereditate: abfuerat quoque reipublicae causa, & quidem in militia, cui plurimum favoris Romanos indulsisse vulgatissimum est, illic absumptus flos aetatis, labores & pericula tolerata, vulnera quoque adverso corpore pro patria accepta, quorum cicatrices ostendebat. Hic sane evidentissima aequitas judices coëgit universos, ne paterentur jus summum in manifestam iniquitatem degenerare, adeoque ut, rescisso paterno testamento, hereditatem ipsi adjudicarent. Uti autem jura increscere cum tempore solent, initio alicunde sumpto, etiam ex singularibus exemplis, qualia habemus *§. 1. Inst. de fideicommissar. hereditatib. pr. Inst. de codicill. l. 1. pr. D. de ventr. inspiciend.* ita eo usque res processit, ut in jus abiret ordinarium, quod filiusfamilias a patre praeteritus per ignorantiam non tantum, sed & sine ulla distinctione testamentum ejus faceret ipso jure nullum; de quo aliquid scripsi ad Ulpianum *tit. 22. §. 2.* & *in Orat. de Jurisprudent. M. Tull. Ciceron.* Tandem Justinianus idem esse voluit in omnibus suis heredibus praeteritis, sublato, quod antea observatum fuerat, sexus & gradus discrimine, *§ 5. Inst. de exheredation. liberor. l. 4. C. de liber. praeterit. vel exheredat.*

Consiliis] Quatuor fuisse simul in uno loco congregata docet Plinius *lib.* IV. *epist.* 24. *lib.* VI. *epist.* 33. judicia quatuor vocat Quinctilianus *de institution. Orator. lib.* XII. *cap.* 5. qui tamen alibi duas hastas iis adscribit. *lib.* V. *cap.* 2. & centumviralia judicia duplicia *lib.* XI. *cap.* 1. nec ut inter tempora distinguamus, quasi antea duo, postea quatuor, fuerint, sinit Quinctilianus, de suis temporibus ubique loquens, nec Valerius Maximus, qui dum omnium meminit consiliorum, plura fuisse quam duo, clare indicat. Forte utraque hasta ad duo pertinuerit consilia, & hoc voluerit Quinctilianus *lib.* V. *cap.* 2. scribens partes centumviralium in duas hastas esse divisas. Evenit vero etiam, ut actores hic pro parte obtinerent, pro parte causa caderent *Plin. d. lib.* VI. *epist.* 33. *l. 76. pr. D. de legat.* 1.

II. *Item M. Annaeus &c.*] In priori specie effectum est sortita voluntas vera testatoris, insuper habito juris rigore, ipsoque testamento rescisso. in sequentibus contra certam defunctorum mentem, claramque & omni jure validam dispositionem judicatum est: quod sane majorem longe difficultatem habuit, cum neque Jurisconsulti, neque Praetores cum centumviris possent juri certissimo aperte & directo adversari, nec testamentum, quod legis vim habebat, evertere. Interim nulla aequitatis ratio patiebatur, ut iniquissima etiam parentum adversus liberos judicia nullo prorsus modo hi possent oppugnare. Solent in ejusmodi casibus, ubi tam aperta inter strictum jus atque aequitatem est pugna, Jurisconsulti & Praetores iniquitatem

 illam,

illam, cui tollendae pares non sunt, per fictiones & commenta eludere, aliquid, quod fieri quidem potuit, at factum non est, pro facto habentes: quam in rem videri poterunt quae habet ante laudatus Ger. Noodt *Probabil. lib. III. cap. ult.* & ego aliquid eodem pertinens notavi *ad Ulpian. tit.* XI. *p.* 592. Adhibitus, scilicet, est color, quasi testator sanae non fuisset mentis, quando testamentum ordinavit *pr. Inst. de inofficios. testament. ubi vid. Jan. a Costa*, *l.* 2. *l.* 5. *l.* 13. *D. eod. tit.* ac proinde testamenti factionem non habuisset *l.* 17. §. 1. *D. eod. tit.* hereditasque ita ab intestato ad actorem pertineret. Quo circuitu opus non fuisset, si lex ipsa tale prodidisset remedium: unde viri doctissimi recte existimant oriundum id esse ex moribus, sive jure non scripto, uti vocatur a Pomponio *l.* 2. §. 5. *D. de origin. jur.* atque hoc sensu dici esse inductum *pr. Inst. t. t.* Jure novissimo *Novellae* CXV. quo Imperator Justinianus certam huic rei formam praescripsit, qua non servata sola heredis institutio per inofficiosi querelam rescinditur, haec fictio videtur esse supervacua.

A Suffenate avunculo adoptatus]. Illud explicatu difficile est, quo pacto filius in adoptionem datus testamentum patris naturalis, in quo erat praeteritus, inofficiosum dicere potuerit: est enim querela nihil aliud, quam quaedam hereditatis petitio *l.* 20. *l.* 21. §. *ult. l.* 27. §. *pen. D. l.* 34. *C. de inofficios. testament. l.* 3. *C. de petition. hereditat.* quod plenius ostendit. V. C. Arn. Vinnius *Selectar. Quaestion. lib.* 1. *cap.* 19. nempe, ab intestato: adeoque qui illam recte movebit, nisi sit suus & ipso jure heres, necesse habet prius hereditatem ab intestato adire, vel bonorum possessionem litis ordinandae gratia accipere *l.* 6. §. *ult. l.* 7. *l.* 8. *pr. v. sequente*, *D. l.* 2. *C. de inofficios. testament.* atque ita adversus testamentum querelam movere, per quam si obtinuerit, tunc demum hereditas bonorumve possessio stabili jure ad ipsum pertinebit *l.* 8. §. 16. *D. d. t.* Quod si quis ab intestato non vocatus egerit, ac per errorem forte adversarii vel judicis victor exstiterit, is aliis leporem, ut ita dicam, excitaverit, successores enim ab intestato, rescisso testamento, rem habebunt, *l.* 6. §. 1. *D. d. t.* Hic viro filius in adoptionem datus, naturali patri erat extraneus, §. 4. *Inst. de exheredation. liberor.* ac familiam ejus abdicaverat in aliam transeundo, ut scribit Servius *ad Virgil. Aeneid. lib.* II. *v.* 156. *in schedis*: itaque alteri patri jam adsignatus *l.* 17. *D. de bonor. possessionib.* omnem spem in hoc debebat ponere, nec voluntatem ultimam naturalis patris turbare, secundum ea, quae & Imp. Justinianus statuit *l.* 10. *C. de adoptionib.* querelam prorsus denegans ei, qui in adoptivi patris potestatem transiit, (quod olim ordinarium, hodie tunc tantum obtinet, cum quis ab adscendente est adoptatus). probata sententia Papiniani, improbatoque Paulo, qui illam sine effectu relinquebat, ac Marciano, qui distinctione rem temperabat. Sic ergo tamquam filius querelam non habuit M. Annaeus a naturali patre praeteritus. Sed nec eidem dari potuit bonorum possessio contra tabulas, quam Praetor dat liberis emancipatis praeteritis, patris judicium rescindens *l.* 16. §. 1. *D. de inofficios. testament. l.* 1. *pr. D. de legat. praest.* &c. non tam ob fictam dementiam, quam

ut

ut contra taciturnitatem patris eis succurreret *l. 4. C. de liber. praeterit.* praeterquam enim quod illud auxilium non ante a Praetore indultum fuisse videatur, quam postquam plane constitit, filiumfamilias praeteritum patris testamentum jure civili facere nullum; & quidem, rescissa, sive neglecta, quae illis obstabat, emancipatione *l. 6. §. 1. D. de bonor. possessionib.* ut ea ratione, quantum fieri posset, emancipatos suis exaequaret. verum adeo nihil hoc ad datos in adoptionem pertinet, *§. 10. 12. Inst. de hereditatib. quae ab intest. deferunt.* ut etiam emancipatus praeteritus, si mortuo patre ante petitam eamdem bonorum possessionem sese adrogandum dederit, illam amittat, *l. 3. §. 6. D. de bonor. possession. contr. tabb.* Unus casus est, quo illi bonorum hanc possessionem Praetor largitur, quando alii parentis testatoris liberi praeteriti sunt, quibus illa conceditur, atque ipse ex minore parte est institutus, ut tunc aequalem habeat cum aliis portionem *l. 8. §. 11. l. 10. pr. D. d. t.* (in quarum legum posteriori *τὸ instituti*, vel, ut alii legunt, *institutis* redundat, cum praecesserit *scriptis*:) & sic inter liberos quoque quando scripti sunt heredes. computatur quod ad exigendas a liberto operas *l. 7. §. 8. D. de oper. libertor.* Extra has species hoc beneficium prorsus cessat. Eadem vero ratione nec dari potuit huic filio bonorum possessio Unde liberi, quae emancipatis ab intestato datur etiam litis de inofficioso ordinandae gratia, secundum jam praemissa: quaque obtenta, hi exheredati de inofficioso agunt; verum haec pari passu cum bonorum possessione contra tabulas ambulat, *l. 1. §. 6. D. si tabul. testament. null. exstab. unde liber.* Nihilne igitur inveniri posset, quo defendatur centumvirale decretum, nec injuria vel scriptis vel legitimis heredibus illata sit? Nihil habet Valerius Maximus. Fieri tamen id potuit, si ponamus, secundum jus quod antecessit *Novellam* CXVIII, quodque in Pandectis, Codice & Institutionibus habemus, nullos a naturali patre relictos esse nec liberos alios, nec adgnatos: & de liberis id est verisimile, dum nulli non tantum memorentur, sed & soli instituti sint remotiores sanguine juncti. Adgnatos quoque adfuisse nihil est quod evincat, nec enim sanguine juncti, quorum hic fit mentio, statim etiam adgnati fuerunt ac de familia; ac nulli fuerunt, si fingamus patrem naturalem a patre suo emancipatum fuisse, sic enim omne jus adgnationis perit *§. ult. Inst. de legitim. adgnator. tutel.* In hac specie Praetor, naturalem aequitatem secutus, ab intestato cognatos successive vocat ad bonorum possessionem Unde cognati, & quidem hunc filium, ut proximum, primo loco *§. 13. Inst. de hereditatib. quae ab intestato deferunt. §. 2. Inst. de successIon. cognator. l. 1. §. 4. D. unde cognat. l. 2. §. 9. D. ad S. C. Tertullian. & Orphitian.* cum minima capitis deminutio jura cognatorum non imminuat *§. ult. Inst. de legitim. adgnator. tutel. §. 6. Inst. de capit. deminution. l. 10. §. 2. v. neque. C. de adoptionib.* Hac vero ipsa bonorum possessione accepta, querela movetur *in l. 6. pr. D. de inofficios. testament.* nec alia bonorum possessio intelligenda in exemplo quinto in hoc capite: plenoque jure & irrevocabili habere eam potuit filius, everso per querelam testamento *l. 8. §. 16. D. inofficios. testament.* Nec diversa de hoc loco sententia fuit Viri Summi, Jacobi Cu-

ja-

jacii *ad l. 6. pr. & ad l. 30. D. d. t.* sed paucis expressa. Ita videri posset supe..a omnis difficultas, dummodo tunc fuerit sublata successio gentilitia ex lege duodecim tabularum, qua, deficiente proximo adgnato, vocabantur gentiles, testibus Cajo & Ulpiano, quorum verba habet Collatio Mosaicarum & Romanarum legum *tit. ult. n. 2.* & 4. quique docent illud suo tempore in usu non fuisse. At quando hoc judicium agitabatur, illud viguisse ostendunt Cicero *de Orator. lib. 1. cap. 38.* Catullus *carmin. 69. ad Manlium*, Suetonius *Caesar. cap. 1.* imo ejus, ceu Trajano imperante usitati, meminit Plinius *Panegyric. cap. 37.* & forte demum illud sublatum est sub Hadriano, ut & alia multa tunc fuerunt mutata, imo & Edictum perpetuum conditum *l. 2. §. 18. l. 3. §. 18. C. de veter. jur. enucleand.* unde & is Princeps Rempublicam legibus inbuisse dicitur a Latino Pacato *Panegyric. ad Theodos. cap. 11.* ita inter nostros Jurisconsultos ac hos scriptores optime conveniet: sed nec illi gentiles M. Annaeo obstitere, si speciem retineamus, quam posuimus, patre enim ejus emancipato, quod olim fieri non potuit, quin aliquis in imaginariam servitutem deduceretur, *l. 3. §. 1. D. de capit. minut.* per illam deminutionem capitis sublatum fuit jus non tantum adgnationis, *§. ult. Inst. de legitim. adgnator. tutel.* sed & gentilitatis, auctore Cicerone *Topic. cap. 6.* uti illud quoque factum est adrogatione, *id. Cicer. pro domo cap. 11.* Tale quid nisi intervenerit, cum juris civilis vel Praetorii ratione decretum centumvirorum conciliari nequit.

Rescidit] Quemadmodum accusator dicitur reum damnare, dum efficit, ut is a judice damnetur, apud Quinctilianum *declamation. 313. 331. 361.* aliosque; & condemnare apud Ulpianum *l. 2. pr. D. ad leg. Jul. de adulter.* ita is hic dicitur testamentum rescindere, qui in judicio rescissionem obtinet *l. 24. C. de inofficios. testament. l. 16. C. famil. erciscund.* & liberi per bonorum possessionem contra tabulas judicia parentum rescindere *l. 1. pr. D. de legat. praestand.* quamvis re vera id sit beneficium Praetoris.

Ipso quidem Pompejo signatore] Officium signandi testamenti, quod advocatorum muneri & commendationi candidatorum aequiparat Seneca *epist. VIII.* etiam summae dignitatis viros aliis praestitisse, apparet quoque ex Cicerone, qui jam dudum Consularis, Cyri architecti testamentum signavit, uti ipse id narrat *Oration. pro Milon. cap. 18.* cum in eodem esset heres scriptus, quod tunc temporis licitum fuisse docet Imperator *§. 10. Inst. de testament. ordinand.* ne dicam de Claudio, quem adhuc privatum idem fecisse Suetonius scribit *Claud. cap. 10.* verum illud exemplum minoris est ponderis, cum is multa egerit minus decora.

Cum parentis cineribus] Quasi querela inofficiosi mortuorum cineres quietos esse non pateretur, ut loquitur *cap. seq. ex. 4.* dementiae enim accusabatur testator. Ne vero quis existimet, ideo adhibitum esse illum praetextum, quia pius filius in patre mentis errorem morbo potius adscriberet ac fato, quam moribus, ut loquar cum Calpurnio Flacco *declamation. 30.* tale enim aliquid allegandum erat, quo testamentum necessario vim amitteret, ad quod vitium morum vel durities non suffecisset.

Paterna bona] Accurate loquitur; nec enim filius hereditatem, quae jure ci-

civili obvenit, sed bonorum possessionem ex edicto Praetoris, adeptus est.

Sacramento cum adolescentulo contendere] Sponsione litigator unus alterum solebat provocare, ni vera foret ipsius intentio, de summa pecuniae, quae ipsa sacramentum appellabatur, teste Festo *v. Sacramentum*, & quidem deponenda erat apud pontifices: unde victor suam recuperabat, victi vero pecunia ad aerarium redibat, *Varr. de Ling. Latin. lib.* v. *p.* 42. Plura habent Budaeus *ad Pandectas p.* 28. Sigonius *de judic. lib.* 1. *cap.* 21. Brissonius *de formul. lib.* v. *p.* 369. *& de verbor. signification. h. verb.* Dictum vero esse reum sacramento esse provocatum ab actore, ipsum autem sacramento contendere, quod putat Sigonius, dubito an perpetuo observatum sit. certe dicitur noluisse contendere is, qui debuisset agere, *cap. seq. ex.* 2.

Tabulas testamenti] Ante dixerat *testamentum*, inter quae duo in jure nostro distinctio est notanda: accurate si loquamur, testamentum est verbum juris civilis, vimque habet legis; de quo jam diximus. Tabulae vero testamenti, quibus verbis uti solet Praetor, corpus aliquod & rem factam denotant; quod bene observavit V. C. Ant. Faber *de errorib. pragmaticor. decad.* 30. *err.* 8. *n.* 4. quid vero per tabulas intelligatur, plene docet Ulpianus *l.* 1. *pr. D. de bonor. possession. secund. tabul.* Eademque ratione Praetor non defert hereditatem, quod beneficium est legis, Senatus, vel Principis, sed bonorum possessionem *pr. Inst. de bonor. possessionib.* quae verba quoque factum denotant; licet re ipsa Praetor in jure reddendo bonorum possessorem per omnia pro herede habeat. *d. pr. Inst. l.* 1. *l.* 2. *l.* 3. *D. de bonor. possessionib.* actionesque hereditarias, quamvis jure civili nec illi, nec in illum competant, tamen ei accommodet *pr. Inst. de perpet. tit. temporalib. actionibus.* atque in eum reddat: quas fictitias vocat Ulpianus *tit.* 28. §. 12. ad quem nonnulla notavi. Ceterum scripti heredes quoque potuerunt, imo & debuerunt, petere bonorum possessionem secundum tabulas, vel ex testamento hereditatem adire, ut tamquam legitimi contradictores in hoc judicio possent comparere: sed victoria filii illis haec abstulit.

Et aliquantulum adjuvabat heredes, quod M. Annaeus in Sufenatis familiam ac sacra transierat] Locutio haec originem habuit a sacris familiae cuique propriis, ac frequenter in jure sacra patris usurpantur pro potestate patris *vid. Brisson. de verbor. signification. h. v.* Ut autem haec ratio valuerit, credi debet is moriente naturali patre in Sufenatis familia fuisse; ex ea enim si exiisset, eodem fuisset habendus loco, ac si a naturali patre fuisset emancipatus, §. 4. *Inst. de exheredation. liber.* ac jus naturale filii habuisset, *l.* 4. *fin. D. si tabul. testament. null. exstab. Unde liber.* Quod autem Festus *v. myrtea* videtur indicare, liberos in adoptionem datos naturali patri mansisse suos, adducta quoque auctoritate Servii Sulpicii, id non tantum est duriusculum, ut Vir doctus scribit, sed falsissimum: ac sunt illic quaedam non tam ex schedis Festi, quam supplementis recentiorum, quos hac in parte sequi non possumus. Tangit hoc Guil. Ranchinus *Variar. Lection. lib.* 1. *cap.* 1. Sed nihil extricat.

III. *Divus Augustus &c.*] Dubitatione prorsus carere videbatur, quod filius infans a patre exheredatus adversus ejus testamentum haberet inofficiosi quere-

lam *pr. Inst. l. 3. l. 4. D. de inofficios. testament.* Sed hinc quoque colligere licet, non nisi sensim hoc jus plene invaluisse, utpote in fraudem quodammodo legis duodecim tabularum inventum, unde & adhibito furoris colore intentari debuit. Forte hoc ipsum quoque ac sequens exemplum, ob Augusti auctoritatem, aliquod huic rei momentum attulerunt. Ceterum nec tunc temporis, nec diu postea, pro lege sunt habita quae Princeps in causa quadam decrevisset, uti nec rescripta; de quibus plura scripsi in Dissertatione *pro rescript. Imperator. Romanor.* §. 4.

In bona paterna ire decreto suo jussit] Fuit hic infans ab intestato patri ipso jure heres, utpote suus, adeoque etiam eo vivo quodammodo dominus, §. 2. *Inst. de hered. qualitat. & different.* quales post parentum mortem non tam hereditatem videntur percipere, quam liberam bonorum administrationem consequi, auctore Paulo *l.* 11. *D. de liber. & postum.* Sic ut nec aditio hereditatis jure civili, nec bonorum possessionis adeptio jure Praetorio, requiratur ad movendam querelam *l.* 7. *D. de inofficios. testament.* ipsa tamen corporalis possessio, sive bonorum detentio non ita adquiritur, uti nec aliis heredibus hereditate suscepta, nisi naturaliter apprehensa fuerit *l.* 23. *pr. D. de adquirend. vel amittend. possession. l.* 1. §. 15. *D. si is qui testament. liber ess. juss. erit &c.* Hoc vero vel infans potest agere, modo quod illius judicio deest, suppleatur auctoritate tutoris *l.* 32. §. 2. *D. de adquirend. vel amittend. possession.* Atque etiam per tutorem aut tutores delatam esse ad Augustum querelam credendum est.

IV. *Filiis irata*] Injuste, videlicet; alioquin oggeri illis potuisset, justas irascendi causas matrem habuisse, quomodo sese pronunciasse contra filium a matre exheredatum scribit Plinius *lib.* v. *epist.* 1.

Utrumque praeteriit] Qualis praeteritio matris etiam hodie nihil juris tribuit liberis, quam de inofficioso querendi, §. *ult. Inst. de exheredation. liberor.*

A quibus aditus Divus Augustus] Qua ratione? cum liberi ad hereditatem matris, cui nec sui sunt, nec adgnati, demum vocati sint ab intestato per Senatusconsultum Orphitianum, imperante Marco Antonino *pr. Inst. de S. C. Orphitian. l.* 9. *D. ad S. C. Tertullian. & Orphitian.* imo ne quidem tunc a Praetore admissi sint liberi ad bonorum possessionem, nisi adgnatis & gentilibus deficientibus, tamquam proximi cognati: quibus proinde ne injuria illata esse ab Augusto videatur, ita erit formandus casus, ut Septicia ex familia patris sui, vel pater ejus vel avus ex familia patris avive per emancipationem exierit, secundum ea, quae dicere antevertimus; adeoque adgnatum vel gentilem ab intestato successorem non habuerit; quale quid etiam admittendum est in exemplo, cujus meminit Plinius *lib.* v. *epist.* 2. Ita licuisset liberis Septiciae impetrata bonorum possessione Unde cognati, matris testamentum, ceu inofficiosum accusare; ac victoria obtenta, illam cum pleno effecto habere: verum videntur illi recta ad Augustum sese contulisse. Alia forte via quis putet hosce filios uti potuisse, ac hereditatem ab intestato habere, si credamus Septiciam patri liberorum in manum convenisse, usu, farre, vel coemptione, de quibus late agit V. C. Petrus Pithoeus *ad Collation. Mosaicar. & Romanar. leg. tit.* 16.

nec

nec non viri docti ad Caji Institutiones *lib.* II. *tit.* 8. Sic enim liberi erant matri quasi consanguinei, sive fratres & sorores ex eodem patre, auctore Ulpiano in eadem Collatione relato *d. tit. n.* 6. cum mulier ita nubens esset viro tamquam filia, teste Cajo *in ead. Collat. d. tit. n.* 2. At praeterquam quod jus illud fuerit fragile, ac muliere postea in alterius manum conveniente debuerit evanescere, non est verisimile Septiciam alia lege priori viro nupsisse, quam posteriori, cui dotem solummodo dedit: adeoque in patris sui potestate, vel sui juris remansisse videtur; quin nec illa tempestate mulieres opulentiores sese viris tam dura conditione junxisse existimo, ut sese demitterent in sortem filiarumfamilias, bona illarum universa maritus adquireret dotis nomine; quod factum esse docet Cicero *Topic. cap.* 4. adeoque ipsae nihil habere possent, nisi peculia; secundum notata ad Ulpianum *tit.* 9. nec testamenta facere; uti ostendi *ad eumd. tit.* 20. §. 15. An autem inde quoque inter alia illud ortum sit, ut Tiberio imperante rarae essent confarreatae nuptiae, quod indicat Tacitus *Annal. lib.* IV. *cap.* 16. alii viderint. Dixi de hoc exemplo aliquid ad Ulpianum *tit.* 26. §. 7.

Nuptias mulieris . . . improbavit] Eo usque, videlicet, ne vir dotem lucraretur, de quo mox; non ut plane essent nullae.

Hereditatem] Inproprie loquitur; nec enim liberis hereditas jure civili competere poterat; sed tantum bonorum possessio jure Praetorio. Haec tamen hereditatis nomine interdum venit; non modo in edicto Verris relato a Cicerone *in Verr. lib.* I. *cap.* 45. sed & in *l.* 138. *D. de verbor. signification.*

Non quaerendorum liberorum causa &c] Pii hujus voti eorum, qui matrimonio operam dant, mentio in *l.* 220. §. 3. *D. de verbor. signification.* ad quem locum plura congessere viri eruditi, item apud Ulpianum *tit.* 3. §. 3. ad quem nonnulla adjeci.

Virum retinere vetuit] Quod alioquin volebat juris dispositio in dote adventitia, auctore Ulpiano *tit.* 6. §. 5. hoc est, dote, quam ipsa mulier, aut pro illa extraneus dedit, opposita doti profectitiae, quam pater avusve paternus pro filia vel nepte dat, *Ulpian. d. tit.* §. 3. *l.* 5. *pr.* & §§. *seqq. D. de jur. dot.* Augustum vero, ut ita ex bono & aequo quasi magister morum magis, quam judex, decerneret, movisse videtur rei indignitas. Dixi aliquid *ad Ulpian. d. l.*

V. *Praetoris Urb.*] Ita recte scriptum est: Praetor enim Urbanus solus hastae centumvirali, apud quam tales controversiae agitari solebant, praefuit; de quo jam dictum est: atque ita libros veteres habere testatur Vir Summus, Jacobus Cujacius *Observation. lib.* IV. *cap.* 15. existimans quoque, ut quidem mihi videtur, rectissime, neminem magistratum in Urbe dedisse bonorum possessionem, quae hic data memoratur, nisi Praetorem, hoc saltem tempore, (Pighius in margine vult fuisse U. C. annum IↃCLXXXII.) imo & diu postea; nisi quod etiam Consules id facere potuisse nolim inficiari. quin & integris verbis *Praetoris Urbis* scriptum in libro MS. se invenisse testatur V. C. Jac. Raevardus *Protribunal. cap.* 17. Quomodo etiam in pluribus aliis reperiri monuit Doctissimus Torrenius ad *h. l.* Itaque stare non potest quod in

plerisque libris exstare testatur V. C. Justus Lipsius *Praefecti Urbis.* ac placet etiam Viro Doctissimo Scipioni Gentili *ad Apulej. Apolog. n.* 45. amboque id quod hic adscribitur C. Pisoni, referre conantur ad L. Pisonem, Praefectum Urbi sub Tiberio, cujus meminit Tacitus *Annal. lib.* VI. *cap.* 10. & 11. verum praeter discrimen inter praenomen; cui tamen soli non insisterem, illud notari meretur, vix ullam illorum, quae illo tempore acciderint, mentionem fieri a Valerio Maximo: & Praefectum Urbi sub Tiberio bonorum possessiones dedisse unde probabitur? Nimis longe petitum est, quod Apulejus narrat *in Apolog. p.* 274. Lollium Urbicum de aliquo testamento pronunciasse id ratum esse debere: & occurrat in inscriptionibus aliquis Lollius Urbicus Praefectus Urbi apud Gruterum *p.* 38. *inscript.* 13. cum praeterquam quod in eadem inscriptione apud Aldum Manucium *in Orthograph. p.* 46. non legatur PRAEF. sed PRAET. unde etiam liquebit eumdem cum priori hunc esse; & praeterea dum Praefectus fuit illud pronunciasse, vel etiam bonorum possessionem dedisse?

Constitutio] Hoc est, decretum. Ita Seneca *de beneficiis lib.* IV. *cap.* 38. constitutionem vocat quod antea nominaverat decretum, in hisce verbis. *Praebe in facie tua legendum illud decretum, quo cavetur, ne miseros tecto juvare capitale sit. Magis ista constitutio sic erat rata, quam si illam in aes incidissem.*

Terentius ex octo filiis] Vir egregius J. Lipsius mallet *cum octo:* sed sequentia ostendunt reliquos nonnisi septem fuisse, unumque ex octo in adoptionem datum naturalem patrem exheredasse.

Ab uno in adoptionem dato exheredatum se] Liberi primum admissi videntur ad inpugnanda parentum testamenta *pr. Inst. de inofficios. testament.* utpote, quibus naturalis ratio, quasi lex quaedam tacita, parentium hereditatem addicat, velut ad debitam successionem eos vocando *l.* 7. *pr. D. de bon. damnator.* Si tamen, turbato mortalitatis ordine, liberi sui juris facti, nec ipsi liberos habentes, parentes excluserint, his quoque idem remedium adcommodatum est §. 1. *Inst. l.* 15. *pr. D. de inofficios. testament.* quamvis liberi in adoptionem dati fuerint *l.* 30. *pr. D. d. t.* obtenta tamen prius ab intestato bonorum possessione Unde cognati secundum ante a nobis tradita: haec vero ipsa ut sine cujusquam injuria ex edicti ordine obtineri potuerit, opus fuit, ut vel hic filius ab adoptivo patre emancipatus fuerit, adeoque eodem habitus loco, quo fuisset, si à naturali patre fuisset emancipatus, & in totum oblitus adoptivae familiae *l.* 66. §. 6. *D. de rit. nuptiar.* contra qualium testamenta dari querelam constat, illaque jus antiquum vocatur *l.* 1. §. *ult. D. si a parent. quis manumiss. sit*; vel ponendum est, adoptivum patrem capite deminutum fuisse, videlicet, a patre suo emancipatum, nullosque liberos alios, reliquisse; (quos etiam qui habent vel sperant, adoptare non solent) ita nemo illi adgnationis vel gentilitatis jure potuisset succedere.

Querelam] Verbum hoc de illis praedicatur, qui verecunde expostulant apud magistratus de injuriis eorum, contra quos ipso jure actio ipsis non competit, veluti cum servi de dominis queruntur §. 2. *Inst. l.* 2. *D. de his qui sui vel alieni jur. sunt. l.* 1. §. 8. *D. de offic. praefect. urb.* quod etiam notavit

Barn.

Barn. Briſſonius *de verbor. ſignification. v. querela.* unde & inter accuſationem ac querimoniam accurate diſtinguit Imp. Conſtantinus *l.* 12. *Cod. Theod. de appellationib.* Atque haec querela adverſus rigorem juris eſt inducta, primumque conceſſa eſt liberis ob injuſtam exheredationem adverſus judicia parentum magiſtratum implorantibus: quamvis deinceps id quoque ad parentes fratreſque & ſorores extenſum ſit. Non vero ſemper illa ſubtilis verborum diſtinctio obſervatur, ſed & dicitur inofficioſi actio *l.* 12. §. *ult. D. l.* 15. §. 2. *D. l.* 25. *l.* 27. *C. de inofficioſ. teſtament.* & accuſatio *l.* 6. §. *ult. l.* 17. *l.* 22. *D. eod.* nec plane verum eſt quod ſcribit Deſid. Heraldus *de rer. judicatar. auctoritat. lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 2. querelam non vocari accuſationem, cum ab eo proficiſcitur, qui reverentiam debet ei, de quo illa inſtituitur.

Heredeſque lege agere paſſus non eſt] Dederat Piſo bonorum poſſeſſionem Unde cognati Terentio patri defuncti, utpote proximo ab inteſtato, ut ita eſſet loco heredis, neglectis plane teſtamenti tabulis, quibus injuriam exheredationis filius patri intulerat, qui de ea querebatur: ipſam quoque rerum corporalium poſſeſſionem, ſive detentionem is erat adeptus. Contra heredes a filio ſcripti, rationem meri juris pro ſeſe habentes, hereditate ex teſtamento ſuſcepta, cum Terentio, tamquam injuſto rerum poſſeſſore ab inteſtato, cum exſtaret teſtamentum omni jure validum, cujus cauſa praecedere debebat, voluerunt lege agere, nempe hereditatis petitione ex lege duodecim tabularum, quorum intentio optimo jure niti videbatur *l.* 1. §. 1. *D. de hereditat. petition.* Verum quemadmodum ſaepiſſime evenit, ut actiones generaliter conſideratae deberent eſſe efficaces*, at ob circumſtantias ſingulares iniquitatem contineant, ac tunc per exceptionem reis vel poſſeſſoribus ſuccurratur, *t. t. Inſt. de exceptionib.* ita & hic Terentius illis oppoſuit, teſtamentum illud, quaſi a demente factum, nihil ſibi obſtare debere, per modum contradictionis inofficioſi querelam movens, & recte *add. l.* 8. §. 13. *D. de inofficioſ. teſtament.* ſecundum regulam, quod cui damus actionem, illi multo magis demus exceptionem, *l.* 156. §. 1. *D. de regul. jur. l.* 1. §. 4. *D. de ſuperficieb.* cujus quando apertum eſt jus, uti hic erat, repellitur actor a limine judicii, *arg. l.* 9. *pr. D. de jurejurand. t. t. D. quar. rer. act. non det.*

Patria majeſtas] Non poteſtas, quae per dationem in adoptionem erat ſoluta, ſed dignitas, quomodo & verbum *majeſtas* accipit Cato ad Ciceronem *lib.* XV. *epiſt. familiar.* Ciceron. *epiſt.* 1. & alii. Ceterum neque haec ratio, neque ſequentes de dono vitae, beneficio educationis, numeroque liberorum, etſi invidiam faciant teſtamento, decretum Piſonis ab injuria abſolvere potuerunt, niſi res ita ſeſe habuerit, uti nos ſpeciem antea poſuimus.

Septem fratres inpie exheredatos] Quod ad parentem peccatum eſſe non negaverim, non tamen idem quod ad fratres; quibus numquam querela data eſt, niſi cum illis eſſent praelatae perſonae turpes §. 1. *Inſt. de inofficioſ. teſtament.* vel extranei, ſive non municipes *arg. l. pen.* §. 1. *D. eod. tit* & quandoque liberti *l.* 27. *C. eod. tit. vid. Jac. Gothofred. ad l.* 1. *Cod. Theod. d. t.*

VI. *Impetraverat, ut restitui se in bona Naeviani juberet &c.*] Naevianus hic Surdini libertus fuisse dicitur in sequentibus: in quo illud miror, quod nomen hoc *Naevianus* plane videatur non hominis libertini, sed ingenui ex gente Naevia per adoptionem in aliam translati, cum tamen liberti nomen habuerint patroni gentilitium una cum proprio nomine, ut Tullius Tiro, Octavius Terminalis & similia. Plura collegerunt Guil. Fornerius *Selection. lib. III. cap.* 13. Dion. Gothofredus *ad l.* 108. *D. de conditionib. & demonstrationib.* quale nihil hic apparet. Unde verisimile videtur quod ex libris nonnullis antiquis profert Vir Egregius, Jacobus Perizonius *ad h. loc.* nempe *Naeviana*, ut nomen fuerit *Naevius*, gentile patroni Naevii Surdini, cui tamen additum fuit quoque nomen vetus servile, quod omisit Valerius Maximus. Jam casum formemus secundum narrationem auctoris. Naevianus aut Naevius Surdini libertus in testamento heredem instituerat Genucium, Matris Magnae Gallum, is post Naevii mortem, prolatis testamenti tabulis, inpetraverat non tantum bonorum ejus possessionem secundum tabulas a Cn. Oreste Praetore Urbano, & recte sane, *l.* 1. §. 2. *D. de bonor. possession. secund. tabb.* adeoque jus erat adeptus hereditario simile, secundum jam dicta; sed & ipsam corporalem rerum possessionem; quae morte alicujus interrupta non adquiritur heredi vel bonorum possessori, nisi apprehensione. Ut vero facile haec possit obtineri, Praetor quoque bonorum possessori remedium accommodat possessorium, quod appellatur interdictum Quorum bonorum, quo, si quis aliquid ex illis bonis pro herede vel possessore possideat, id jubetur illi restituere, (hoc est, tradere) §. 3. *Inst. de interdict. l.* 1. *D. quor. bonor.* quod hic dicitur *in bona restitui.* & sic Ulpianus loquitur in *l.* 15. §. *ult. D. locati conduct.* Quid hactenus adversus edicti sui ordinem peccaverit Orestes Praetor, prorsus non video. Adde quod eadem bonorum possessio, utpote edictalis, non decretalis, solennitatem quidem requisiverit olim *l.* 1. *l.* 2. *C. commun. de successionib.* quod mutatum postea *l. ult. C. qui admit. ad bonor. possession. poss.* non tamen causae cognitionem, sed etiam de plano dari potuerit, *l.* 2. §. 1. *D. quis ord. in bonor. possessionib. servetur.* Quinetiam idem erit dicendum, licet ponamus Surdinum testatoris fuisse patronum, ac jam eo tempore patronum contra tabulas testamenti a liberto suo relictas petere potuisse pro parte bonorum possessionem; non enim impedit illa bonorum possessionem secundum tabulas, quemadmodum impedit bonorum possessio contra tabulas, quae liberis datur praeteritis a patre avove paterno, *l.* 2. *pr. D. de bonor. possessionib. secund. tabb.* cum per priorem quasi dividantur bona inter patronum & scriptos heredes post hereditatem aditam aut adquisitam bonorum possessionem secundum tabulas *l.* 4. *pr. D. de bonor. possession. secund. tabb. l.* 3. §. 5. *l.* 36. *D. de bon. libertor.* nisi scripti heredes neutrum fecerint; tunc enim speciali edicto Praetor partis destitutae possessionem pollicetur patrono *l.* 6. *pr. D. de bonor. possessionib.* tamquam legitimo *l.* 23. *pr. D. de bon. libertor.* Ut adeo tunc bonorum possessio contra tabulas liberti ex postfacto sine re & effectu relinquatur. Ita Cujacius *ad. d. l.* 4. *pr. D.*

de

de bonor. possession. contr. tabb. ad Paul. libb. ad Edict. Atque hoc modo rem sese habuisse post Edictum perpetuum uti constat, imo & ante forte sese habuit, adhibita tamen distinctione una alteraque *vid. tit. Inst. de bon. libertor.* ita an hoc tempore, (secundum Pighium anno DCLXXVI.) tale quid notum fuerit, non ita certum est: utque rem ab origine repetamus, licuit liberto lege duodecim tabularum in testamento patronum praeterire, *pr. Inst. d. t. Ulpian. tit. 29. §. 1.* secundum generalia illius de patrefamilias legante verba: quod postea Praetores emendarunt, sed sensim, data patrono partis bonorum possessione *vid. l. 1. pr. §. 1. & 2. D. de bon. libertor.* & quidem dimidiae, quae nunc est tertia *§. 1. & 3. Inst. de succession. libert.* An vero eousque jam tunc perventum fuerit, uti nolim definire, ita patrono libertos partem bonorum relinquere debuisse (saltem si liberos ex se natos mortis tempore non haberent *§. 1. Inst. d. t.*) colligi posset ex Cicerone *in Ver. lib. 1. cap. 48.* ubi Verrem perstringit, non tam quod edixisset a liberto sextam partem esse relinquendam patroni filiae (filiorum mentionem forte fecerat, quo nomine & filia continetur *l. 16. pr. D. de testamentar. tutel. l. 45. pr. D. de legat. 2.*) sed etiam ad hereditates jam dudum adquisitas id, extendisset; longe vero acerbius ipsum culpasset, si ne ipsi quidem patrono aliquid relinquendum fuisset; nunc id solummodo notat, decessorem, Verris Sacerdotem edictum tale, quod ad filium pertineret, scilicet, non habuisse; uti illa tempestate edicta Praetorum quotannis mutationi erant obnoxia. At quidquid etiam horum sit, nihil hactenus, nisi ex ordine edicti, indulsit Orestes: ac si quid habuisset juris Surdinus, contra Genucium jam in possessione constitutum, bonorum possessionem contra tabulas obtinere potuisset, & forte in hac specie in solidum. Parenti certe liberorum manumissori, quem servorum manumissori jura aequiparant *§. 6. Inst. quib. mod. jus p. p. solv. l. 1. & t. t. D. si a parent. quis manumiss. sit.* illa sic datur, si turpes personas emancipatus instituerit, non tam ex edicto tamen, quam prudentium auctoritate, *l. 3. pr. D. d. t.* idque ratione egregia subnixum fuisset, quod libertus patrono, cui ob inaestimabile libertatis beneficium in infinitum esset obstrictus, cujusque persona ipsi semper debebat esse sancta ac venerabilis, *l. 9. D. de obseq. parentib. & patron. praestand.* gravissimam intulisset injuriam contemptissimum ac spurcum talem hominem virilitatis imminutae ipsi praeferendo. Quo pacto nunc quoque constat fratres a fratribus exclusos simili casu, si, nempe personas turpes levisve notae macula adspersas instituerit, de inofficioso posse conqueri testamento *§. 2. Inst. de inofficios. testament. l. 27. C. eod. tit.* Id vero si rogatus a Surdino noluisset largiri Praetor Orestes, Surdini appellatio credi potuit suo non carere fundamento. Mirandum vero quod nihil tale attingat Valerius Maximus, quod jus spectet ipsius Surdini; causamque ejus stabiliat.

Appellatus Mamercus à Surdino] Itaque a Praetore appellatum est ad Consulem, nec mirum, cum etiam a pari ad parem appellatum fuerit, *Cicer. de legib. lib. III. cap. 3.* atque adeo & Praetor Praetori intercesserit, *Cicer. in Verr. lib.*

lib. I. *cap.* 46. appellatione ad collegam facta *Ascon. Pedian. ad Ciceron. d. l. Caes. de bell. civil. lib. III. cap.* 20. Sic quoque ab uno Decemviro ad alterum appellatum fuit, *Liv. Lib. III. cap.* 36. In jure nostro non alium id habet effectum, quam ad impediendum, ne lapsu temporis ab interponenda appellatione excludatur. interim ad illum, qui appellandus fuerat, causa devolvitur *l.* 1. §. 3. *D. appellationib.* multo ergo magis a Praetore ad Consulem appellari potuit: non quod apud Consules quaestiones de inofficioso tractatae quoque sint; ut Quinctilianus docet *de Institution. orator. lib.* VII. *cap.* 4. id enim ad posteriora pertinet tempora: verum quia ab initio non tantum omnem habuere jurisdictionem, sed & major erat illorum potestas, omnesque magistratus illis subjecti, teste Polybio *lib.* VI. *p.* 640. In jure nostro a Praetore appellatur ad Praefectum Urbi *l.* 38. *D. de minorib. l.* 17. *C. de appellationib.* quod Maecenatem Augusto, ut constitueret, auctorem fuisse scribit Dion Cassius *lib.* LXII. *p.* 478.

Praetoriam jurisdictionem abrogavit] h. e. rescidit decretum, quod Praetor ex officio jurisdictionis suae interposuerat: Praetor enim cum decernit, quamvis inique, jus tamen dicit, sive reddit. *l. pen. D. justit. & jur.* non dissimili modo dicitur non inprobari alicujus jurisdictio, pro eo, quod is ex sua jurisdictione statuit vel decrevit *l.* 57. *v. cert. D. de re judicat.*

Quod diceret Genucium &c.] Rationes haē solae non videntur satis validae ad evertendum Praetoris decretum, magisque ostendere, quid honestum sit vel decorum, quam ad juris normam esse exactae. Eunuchi in jure nostro nusquam inter incapaces referuntur: quinetiam, quod plus est, ipsi testamentum possunt facere, *l.* 6. §. 1. *D. de liber. & postum. l.* 5. *C. qui testament. facer. poss. Paul. Sentent. lib. III. tit.* 4. §. 2. nec usquam prodita distinctio, an quis invitus talis sit factus, an sponte sua, uti hicce Genucius, ob religionem, vel veram vel simulatam, certe non prohibitam: adeoque nec dubitavit Orestes pari eum cum aliis civibus jure habere. Non probat quoque hoc exemplum eunuchos jure capiendi ex testamento privatos fuisse, quamvis id ita visum sit Petro Aerodio *Pandect. rer. judicatar. lib.* V *tit.* 10. *cap.* I. Periculosum est ex solis exemplis judicare: magisque ipsa exempla ad rationem & juris regulas sunt examinanda *l.* 13. *C. de sentent. & interlocutionib. omn. judic.* videndumque non quid factum sit vel fiat, sed quid fieri debeat, *l.* 12. *D. de offic. Praesid.*

Provisum est, ne obscoena Genucii praesentia &c.] Haec ad invidiam declamatorio modo dicuntur, quasi homines ejusmodi personam standi in judicio vel jus postulandi habere non debeant, cum tamen pro se postulare etiam possint passi muliebria, capitis damnati, quique operas, ut cum bestiis pugnarent, locaverint, *l.* 1. §. 6. *D. de postuland.*

VII. *Qui Vecilio lenoni bonorum &c.*] Est sane leno publicum damnum *Quinctilian. declamation.* 385. homoque vel maxime turpis, atque ipso jure infamis *l.* 1. *l.* 4. §. 2. *D. de his qui notant. infam.* nulla tamen juris auctorita-

te

te idonea a bonorum possessione secundum tabulas arcebatur. Aliud quidem volunt Petrus Aerodius *loc. cit.* & Jacobus Menochius *de arbitrar. judic. quaestionib. lib.* II. *cap.* 534. *n.* 38. non alio tamen argumento quam hujus ipsius exempli, adeoque parum firmo nixi tibicine: nec quia honeste est vivendum, inde recte eviceris, ea quae honestati repugnant, jure publico quoque ac certis poenis in foro coërceri, nisi aliqua juris accesserit sanctio, uti saepe etiam evenit. Qua de re videri poterunt quae habet jam plus semel cum laude mihi memoratus Gerardus Noodt *Jul. Paul. cap.* 10. & 11. ut proinde Metellus non tam ex edicto suo, secundum quod is, qui tabulas testamenti septem testium signa habentes ostendere poterat, bonorum possessionem secundum illas recte petebat, quam ex proprio arbitratu jus reddiderit: quod alias quoque a Praetore ac centumviris factum in hujusmodi quaestionibus de bonis defunctorum ac supremis judiciis, clarissime docet caput sequens, ubi dicuntur testamenta fuisse rescindenda, quae rata manserint, nemine conquerente; de quibus tamen Jurisconsulti in Digestis, & Imperatores in Codice non dubitassent prorsus, quin firma atque inconcussa deberent manere. Ac videtur postea forma quaedam nova & certa huic materiae esse addita, an sub Hadriano, qui hereditatis petitioni modos praescripsit ac limites *l.* 20. §. 6. *D. de hereditat. petition.* an sub alio, viri docti viderint. Illud indubitatum, ne quidem cognatos ultra fratres ullam habere spem obtinendi hac querela, *l.* 1. *D. l.* 2. *C. de inofficios. testament.* Quantum vero inde abeunt in allegato capite exempla 3. 5. 6. 7. 8. 9.? Quibus consideratis minus haerebimus in inveniendo colore, quo Caesar Caligula testamenta primipilarium, qui ab initio Principatus Tiberii neque illum, neque se heredem reliquissent, ut ingrata resciderit, auctore Suetonio *Caligul. cap.* 38.

Hac vero in specie an heredibus aliis simul cum Vecilio scriptis bonorum possessionem secundum tabulas in solidum, an ab intestato legitimis heredibus vel cognatis Metellus dederit, id, tamquam alio pertinens, non exprimit Valerius Maximus.

Jura reddere] Alias quoque hominibus probro vel flagitio pollutis Praetores jura reddere noluerunt, absque speciali juris dispositione, solo moti personarum odio. Refert Cicero *in Oration. post redit. in Senat. cap.* 9. L. Caecilium direptoribus bonorum Ciceronis in jus adeundi potestatem non fecisse; quod tamen ad controversias de bonis ipsius Ciceronis Hotmanus restringit; ne de illis dicam, quae per nefas patrata sunt a Verre, vel ab aliis in ipsius gratiam, de quibus agit idem Orator *in Verr. lib. II. & III.* Edicto quoque Praetor actionem denegat de damnis & verberibus furtisve, quae is passus est, in cujus domo alea lusum est, secundum *l.* 1. *D. de aleatorib.* imo & infamibus injuriarum actionem non dari auctor est Dion Chrysostomus *oration.* LXV. *p.* 608. 609. Quod forte obtinuit tunc circa injurias leviores, uti nec leviores contumeliae servis illatae vindicantur §. 3. *Inst. l.* 15. §. 44. *D. de injur.* indistincte enim injuriarum illis denegare actionem,

 pe-

periculoſi foret exempli; nec quidquam tale de infamibus in jure cautum legimus, etſi injuria illis facta minoris aeſtimetur §. 7. & 9. *Inſt. de injur.* Chriſtiani quoque ſub perſecutoribus ſimilia & atrociſſima experti ſunt, ut non de adulterio, non de rebus ablatis agere poſſent, *Lactant. de mortib. perſecutor. cap.* 13. *Baſil. Magn. in martyr. Julittam tom.* 1. *p.* 315. 316. Illud hinc alienum, quod ſaepiſſime juſtis de cauſſis a Magiſtratu denegentur actiones ſubtili jure competentes, ita jubente aequitate, de quo conſuli poterit V. C. Barn. Briſſonius *de formul. lib.* v. *p.* 415.

F I N I S.

INDEX
VERBORUM ET LOCUTIONUM
IN
VALERIUM MAXIMUM.

Primus numerus Librum, Secundus Caput, Tertius Exemplum indicat.

A.

Avia.

B.

C.

Ca-

I N D E X

Col-

Com-

con-

Dam-

bra-

E.

fue-

Ani-

F.

Fa-

Fi-

Frui

G.

gra-

H.

In-

I N D E X

L.

L. Ae-

M. Ati-

Mi-

no-

O.

Op-

P.

Pe-

P

Pro-

R.

op-

Se-

Sub-

T.

To-

V.

Tau-

Vul-

FINIS.

INDEX
RERUM ET VERBORUM
Quae in Notis explicantur.

A.

As-

B.

C.

Cer-

Distri-

F.

G.

H.

In-

L.

N.

O.

P.

Pal-

P. Ru-

S.

T.

V.

F I N I S.

EMENDANDA in Textu.

P. 242. 17. *liberati*, l. *libertati*. 331. 5. *novus*, l. *novis*. 348. 4. *quem*, l. *quam*. 361. 8. *repulsis*, l. *repulsus*. 426. 10. *mansutum*, l. *mansurum*. 478. 3. *expiare*, l. *expirare*. 532. 7. *Olympio*, *Olympo*. 617. *statu*, l. *flatu*. 625. 8. *habetari*, l. *hebetari*. 632. 4. *cognita* l. *cogita*. 815. 2. *postponendum*, l. *postponendam*. 868. 2. *erat*, l. *erant*.

In Notis.

P. 32. a. 10. *praenomen*, l. *pronomen*. 116. b. 3. *Jovis*, l. *Junonis*. 123. b. *graevidae*, *l. gravidae*. 194. a. 6. *Feriis*, l. *Feris*. 375. a. 1. adde PIGH. 404. a. 33. adde, VORST. 417. 1. *fureris*, l. *fureres*. 424. b. 14. *duplicata*. l. *duplicataque*. 435. b. 12 *facias*, *fascias*. 437. b. 3. *Aequiculi*, *l. Equiculi*. 468. b. 37. *proculdio*, l. *procul dubio*. 681. 62. *Reip.* l. *Rep.* 684. a 2. *Lipsium*, l. *Lipsius*. 836. a. 4. *danunt*, l. *dabunt*. 857. b. 23. adde, COLER.